JACOBI SCHULTES ELBINGENSIS ... QUAESTIONES PRACTICAE, QUIBUS COMPLURA JURIS...

Jacob Schultes, Giovanni Battista Coccini

M

JACOBI SCHULTES ELBINGENSIS U. J. D.

QUÆSTIONES PRACTICÆ,

Quibus complura Juris CIVILIS *&* SAXONICI *dubia, partim omninò non, partim non satis hactenus explicata, usu tamen forensi frequentissima, accuratâ brevitate pertractantur.*

Omnibus in foro versantibus & utiles & fructuosæ.

CUM TRIPLICI INDICE, TUM LOCUPLETISSIMO, TÙM IN OMNES PARTES USUSQUE accommodatissimo.



M. D. C. IX.

CUM GRATIA ET PRIVILEGIO AD DECENNIUM.

Impensis HENNINGI GROSII *junioris, Bibliopolæ Lipsensis.*

JENÆ per TOBIAM STEINMANUM.

Summa Privilegii.

CAutum eſt Privilegio Sereniſſimi ELECTORIS Saxoniæ, ne quis in Celſitatis ſuæ & FRATRUM Illuſtriſſimorum provinciis, haſce JACOBI SCHULTES Quæſtiones Practicas, intra decennium, ab editione iſtâ computandum, excudat, aut alibi excuſas vendat, diſtrahatvê, præter HENNINGUM GROSIUM juniorem, Bibliopolam Lipſenſem, ſub amiſſione Exemplarium omnium, & pœnâ ducentorum florenorum, parte dimidiâ fiſco, dimidiâ verò parti læſæ applicandâ, &c.

SERENISSIMO POTENTISSIMOQVE PRINCIPI AC DOMINO, DOMINO

CHRISTIANO II.

SACRI ROMANI IMPERII ARCHIMARESCHALLO ET ELECTORI, DUCI SAXONIÆ, Landgravio Thuringiæ, Marchioni Misniæ, & Burggravio Magdeburgensi, &c. Principi ac Domino meo clementissimo

S.

QVANQVAM PERMULTA, Serenissime Princeps Domine, clementissime, inter homines artium sunt & scientiarum genera, vix tamen ex his ullum inveniatur, quod, seu rerum, in quibus versatur, seu cognoscendi exercendiq; spectemus rationem, non sit omni ex parte certum atq; finitum: Nam qui literas & loquendi artem profitentur, verborum tantùm & orationis effor mandæ curam sustinent, certis suis regulis circumseptam, ad quas

quic-

quicquid est vocabulorum nullo negocio possint conformare: Differendi etiam argumentandiq́ peritia, quam verbo græco διαλεκτικὴν *appellamus, jampridem ab antiquissimis eius autoribus duobus quasi cancellis inclusa, definitaq́ est; Qui enim primi eam professi sunt, artem se tradere dixerunt benè differendi, & vera ac falsa dijudicandi. eamq́ partitionem hodiè adhuc pleriq́ hujus disciplinæ magistri retinent. De alterâ verò, quæ benè, ornatè & ad persuadendum accommodatè dicendi facultatem tradit ratio, ne opus quidem est, ut moneam, omnium enim in conspectu, sensu & cognitione est, artem hanc, quanquam ab ijs, qui se ei dediderunt, omnium nobilissima præstantissimaq́ esse prædicatur, tamen ferè in solâ oratione tractandâ versari, totumq́ oratoris officium in exordiendo, narrando, confirmando, refellendo, amplificando, concludendoq́ esse collocatum: Jam quid de rebus numerandis dicam, quod est minus Arithmeticorum proprium: quid de cœlo etiam terraq́ metienda referam, qua in re Astrologi & Geometræ occupantur; quid deniq́ de canendi scientiâ, quâ sese aliosq́ Musici oblectant, commemorem? Omnes enim ex numeris solis & oriuntur, & ijsdem quoque numeris absolvuntur: numeros autem fini-*

tos

tos esse, neminem tàm rerum inscientem fore arbitror, qui inficietur, cum infinita numerari omninò nequeant.

Non est hoc loco prætereundum præpotens illud & gloriosum sapientiæ studium, quo rerum divinarum humanarumq; contemplatio continetur, quodq; vulgò Philosophiæ nomen obtinuit: Tametsi enim nihil ferè tota hæc rerum universitas ambitu suo complexa est, ad cujus naturam, vim, potestatemq; indagandam non adspirârit, ipsæ tamen res omnes quas prosequitur, non certas modò finitasq;, sed perpetuas etiam naturæ suæ formas, existendiq; metas ac conditiones, à Deo immortali constitutas habent, extra quas quantacunq; nostra pervestigandi perspiciendiq; industria, nec si velit quidem, possit evagari.

Medendi sanè facultas quæ hujus, de qua modò dixi, Philosophiæ pars quædam est, quamq; ego, quod ad vitam & valetudinem nostram tuendam conservandamq; sese accommodat, omnium artium mansuetissimam & humanissimam esse existimare soleo, cum in hominis naturâ versetur, & in sanitate corporis, non tàm infinita quàm copiosa esse videtur; quanquam enim variæ morborum, ægritudinumq; figuræ subinde exoriuntur, omnes tamen aut ex confusione manant, aut ex debilitate,

aut etiam ex robore nimio principiorum, quibus principijs restaurandis, æquabiliq; quasi statera retinendis, penè omnis medendi sollicitudo absolvitur.

Ad Jurisprudentiam verò cum deflectimus, magnum quendam oceanum, neque hunc magnum modò, sed multis ac creberrimis tempestatibus turbulentum ingredi videmur: heîc enim primùm jus, quod à Justiniano Imperatore, ac Pontificibus Romanis collectum est, finitum esse & dicimus quidem, & quod ita lege constitutum est, nobis alijsq; persuademus; cum interim non ex legibus modò, sed infinita Interpretum multitudine hauriendum sit; hos deinceps Interpretes, ubi non sine multorum annorum spacio, multa sæpè cum molestiâ, nauseaq; peragrâris, demum ad leges municipiorum moresq; populi cujusq; descendendum est, ne civitatis tuæ ignorare jura videare, quod in homine juris peritiam profitente turpissimum est.

Sed neq; his tamen emensis laborum est finis; tanquam enim exeundi tantùm difficultatem, qua ferè laborare portus solent, primiq; maris humilitatem, & adjacentium scopulorum discrimen effugeris, sic in altum nunc forum progrederis,

deris, ubi facta, ex quibus jus oritur, in unoquoq; negocio separatim cognoscere oportet, quæ planè infinita sunt, neq; ad ullam rationem certam possunt revocari: Neque enim ut cæterarum artium subjectæ res, ita hominum quoque facta, naturali quodam & æquabili cursu progrediuntur, sed varijs eorundem ingenijs, cautionibus, formulis, clausulis, denique cupiditatibus etiam ac maleficijs persæpè ita involvuntur, intricanturq;, ut rarissimè species causarum duas usquequaque inter sese convenientes invenias.

Mihi quidem certè, uno jam & decem annis summo studio, curâ atque diligentiâ in foro versanti, vix semel aut ne semel quidem accidit, ut causam, quæ tractanda esset, ab Interprete aliquo, in specie sic discussam invenirem, quo victoria sive salus ejus, aut eventus saltem Interpretis explicationi tutò committi posse videretur.

Quocirca in eam tandem adductus sum opinionem, ut quæ mihi in causis agendis obtigissent controversiæ, partim prætermissæ penitùs ab alijs, partim non satis explicatæ, eas, quoad possem, diligentius ipse pertractarem, periculumq; facerem, an eos, quibus forte ex hoc genere quæstiones inciderent,

labore nonnullo possem sublevare: Id si Commentarijs hisce obtinuero, est quòd mihi tùm meâ (quanquam quæ heîc persequimur, pleraq; decisa jam transactaq; sunt) tùm communium studiorum causâ gratuler; sin minus, volui tamen quantum in me esset sive ingenij sive industriæ, id in communem utilitatem collocare.

Cum autem vestra Celsitas multa clementiæ argumenta in me benignißimè collocârit, hæc, quam profiteor, æqui boniq; scientia nullâ ratione ferre aut pati videbatur, alij, Commentationes hasce dedicari: Tantam enim Celsitatis vestræ erga homines literis doctrinisq;, inprimis autem sacratißimæ Jurisprudentiæ deditos benignitatem non nostris modò hominibus, quibus tamen suâ sponte cognita probè perspectaq; est, sed exteris quoq; notam & testificatam esse conveniebat: mihi verò tàm illustrium in me meritorum & memoriam conservare, & animi grati significationem aliquam ostendere omninò erat necessarium.

*Hoc igitur Celsitati vestræ Opusculum qualecunq; quàm subjectißimè offero dedicoq;, summâ eandem pectoris submißione petens, ut animo id clementißimo suscipiat; D*EUS *Optimus &*

Maxi-

Maximus Celsitati vestræ vitam diuturnam, subditorum gubernationem pacatam, omniumq́ rerum suarum statum & accessionem florentissimam largiatur. Dabantur Lipsiæ Calendis Septembris, Anno 1609.

Serenissimæ Celsitatis vestræ

Subjectissimus

JACOB. SCHULTES D.

JACOBO SCHULTES J.C. VIRO CLARISSIMO, Fautori & amico suo maximo.

ECquid Anactorea dum tempora fallis in urbe,
Manat ab ingenii divite fonte tui,
Quo florens Astræa sui pomœria regni
Proferat, unde tibi fama perennis eat?
Si mihi nota tuæ, SCHULTZI, vis ignea mentis,
Si labor ingenii, judiciique vigor:
Vix requiesse potes, quin edas plurima, paucis
Cognita, de Genii fertilitate tui.
Vel quæ nunc vulgas, quam non vulgaria, quam non
Trita, nec à quovis enucleata prius!
Quæ tamen à gravibus dum subtrahis ocia rebus
Per ludum exciderint cum tibi, perque jocum:
Qualia des, si juridica sis totus in arte,
Nec te diversum πράγματα plura trahant?
Perge ita, per Musas rogo, tempus fallere, perge
Plurima per ludum scribere, perque jocum.
Sic tibi debebit cum Musis plurima tempus,
Plurima debebit sic tibi diva Themis.

Georgius Reimannus, Eloquentiæ in Acad. Regiom. Professor.

ALIUD.

Jus modò correxit, * supplevit, ademit eique
Ut Prætor olim Latius,
Utq; tulit meritò, tanto pro munere, digna,
Librarios * insignia:
Sic mihi, quando licet parvis componere magna,
Prætor Latinus audies.
Jus etenim supples doctè, modò corrigis idem,
Scribas, tenes, librarios.
Perge modò solito telam pertexere more,
Sic Prætor & Consul clues.

* l. in Jus autem. 7. & l. nam & ipsum. 8. de Just. & jur.

* Nov. 24. Cicero in Rullum. 2.

NEOSTAD.

Michaël Kittelman.

b 2 INDEX

INDEX QVÆSTIONUM.

XI. An

INDEX QVÆSTIONUM.

XXXII. Quid

QVÆ-

QVÆSTIO I.

Statuta usu non recepta, an ad causarum decisiones adhiberi possint?

SUMMARIA.

1. *Statuti verbis inhærendum, declaratur ibidem n. 14. 15.*
2. *Statuti verba de eo tantùm casu accipienda, quo de loquuntur, nec ulteriùs extendenda. Ampliatur ibid. n. 3.*
4. *Statuta contra jus commune non ex eadem modò, sed etiam maiori ratione extendi nequeunt.*
5. *Pro Statuto in dubio judicandum.*
7. *Statuti aut consuetudinis reformatione factâ, semper tamen & antè & pòst Statuto vel consuetudine servatâ, reformatio non attenditur.*
8. *Statuta moribus non recepta nullas vires habent. & n. 15.*
9. *Statuta moribus non recepta nec ligant quenquam, nec transgressorem eum faciunt.*
10. *Statuta quamvis juramento firmata, si tamen usu non sunt recepta, non obligant jurantem. Ampliatur ibidem n. 11.*

12. *Statutum moribus non receptum, fingitur à principio, me non obligasse.*
13. *Princeps à principio statuere videtur, sub conditione, si Statuta moribus recipientur.*
16. *Ius exstinctum nullum habet effectum.*
17. *Nihil quod est, nihil operatur.*

OPpidi cujusdam decurio cum uxorem, atque ex eâ filiam haberet, mortuâ uxore, maternam filiæ hæreditatem non solvit, retinuitq; filiam penes sese, in officiis domesticis, donec eam elocaret. Pòst & aliam duxit uxorem, eaq; gravida relicta, decessit, quæ paulo pòst filiolam enixa, hæreditatem, prioris matrimonii filiæ maternam paternamq; controvertit. Causa controversiæ ex oppidi ejus Statuto manavit, quod scripto comprehensum, atque à Domino loci confirmatum erat in quo scriptum extabat, quod uxore decedente maritus ex bonis, quæ cum muliere, aut hæreditate consecutus fuerit, aut stante matrimonio quæsierit, bessem retinere, trientem hæredibus ejus restituere debeat. Contrà, prioris matrimonii filia de omnibus sibi bonis tertiam deberi contendit, quod ita moribus esset, ante & post Statuti promulgationem, observatum.

Causa igitur ad judicem delatâ, disputatum est apud eum accuratè, utrius partes essent æquiores: Et pro † Statuto quidem adducebatur: quòd in Statutis sequi debeamus eam sententiam, quam verba ac literæ suppeditant, neque discedere ab his

1. Ratio dubitandi. 1

his ne latum unguem, si ratio Statuti potest conservari.

Bald in l. omnes populi. 9. n. 59. vers. dico ergò quod in Statutis &c. ff. de justit & jur.

2 Oportet † etiam Statuti verba de eo tantùm quo de loquuntur, casu accipi, neque ultra eum casum extendi. 2. Ratio dubitandi.

Hartm. Pistor, lib. 1. quæst. 32. incip. bona utensilia. n. 7. ibi. modo etiam casus, de quibus Statuta &c. & n. 8. ibi. sunt etiam Statuta propriè &c.

3 Idq; † multò magis locum habet in iis Statutis, quæ juri communi sunt contraria, quale hoc esse nemo dubitat;

4 Statuta † enim quæ juri communi adversantur, non ex eadem modò, sed ne quidem ex majori ratione extendi possunt ab uno casu ad alium.

Alexand. cons. 54. incip. in casu de quo quæritur. n. 9. ibi quintò quia in Statutis &c. lib. 7. ubi
* *hanc ait esse communem * opinionem.*

5 Commemorabat † etiam patronus viduæ Bartolum docere 3. Ratio dubitandi.

in l. omnes populi. 9. ff. de just. & jur.

Quod in dubio secundum Statutum judicandum sit.

Quæsivi sententiam hanc Bartoli eo in loco, sed non potui reperire.

6 Contra † Statutum allegabatur: ante & post illud in specie proposita, sic esse in oppido illo observatum, ut triens omnium bonorum hæredi cesserit; Decisio.

ſerit, ſine diſtinctione, ante an poſt matrimonium quæſita fuiſſent: pauper an locuples: dotata an ſine dote, virgo an vidua mulier in matrimonium veniſſet.

Ratio decidendi.

7 Conſtat † autem, ſi quæ Statuto (aut quod idem eſt, conſuetudini inveteratæ) contraria fiat reformatio, ſed tamen & ante & poſt reformationem, vetus Statutum, ſeu mores veteres obſervati ſint, hoc ipſum Statutum ſeu mores veteres, retinendos eſſe, neglectâ reformatione, ut quæ moribus civium non ſit recepta.

Bald. in auth. omnes peregrini. verſ. pone caſum fuit facta, &c. C. com. de ſucceſſ. Paris de Puteo in tract. Syndicatus. verb. Statutum. in princ. verſ. & in hoc prævalet Statutum ſemper practicatum, &c. Alex. conſ. 6. incip. viſo themate. n. 2. verſ. ubi inquit, pone quod fuit &c. lib. 1. Felin. in c. treugas. 1. n. 6. col. 3. verſ. per iſtam gloſſam infertur ad dictum Baldi &c. extr. de treug. Iaſ. in l. de quibus. 32. n. 34. verſ. confirmo etiam per id &c. ff. de legib. & in l. rem non novam. 14. n. 5. verſ. alibi Baldus &c. C. de judic. Roland. à Vall. de lucro dotis. quæſt. 99. incip. Proponitur. & quæſt. n. 5. ibi. ſecundò facit &c.

8 Nam † Statuta, quæ moribus civium non ſunt obſervata, nullas habent vires.

*Alexand. d. conſ. 6. n. 2. ibi. tamen ex quo tale Statutum, &c. lib. 1. communem * dicens. ibiq. Roveſcala in addit. lit. D. ad verb. tamen ex*

quo

*quo tale Statutum. ubi plures adducit concordantias. Iaſ. in l. ſi filius. 7. n. 22. verſ. ideò ſtatutum quod non fuit receptum, &c. ff. de lib. & poſthum. Roland. à Vall. de lucro dot. d. quæſt. 99. ibi & primò adducitur, quod notant Doctores, &c. ubi etiam communem * affirmat.*

9 Neque † aut obligant quenquam, aut ullum alium habent effectum, ſicuti nec qui obſervare ea recuſant, transgreſſores Statutorum dici poſſunt.

gl. in c. treugas 1. in verb. frangere. in fin. ex. de treug. & pace. Ruyn. conſ. 143. incip. Delictum de quo quæritur. n. 19. verſ. tertiò dicitur, quod non obſtat prædictum ſtatutum, &c. & n. ſeq. & n. 26. ibi. & ſic cum non fuerint moribus utentium &c. lib. 5. Schrad. de feud. part. 10. ſect. 20. incip. Sciendum vigeſimò eſt. n. 151. ibi præterea quoq; licet lex, &c.

10 Atque † hæc adeò ſunt vera, ut ſi quis jurejurando ſeſe adſtrinxerit ad obſervanda Stauuta edita, jam, vel in poſterum edenda, tamen jusjurandum hoc ad ea non extendatur, quæ vel moribus non ſunt recepta, vel contrariâ deſuetudine abrogata.

Roland. à Vall. de lucro dot. d. quæſt. 99. n. 7. ibi tertiò prædicta confirmantur, &c. Ripa Reſponſ. 2. incip. Poſſeſſori ſuper beneficio ſuo. n. 4. ibi. quia tale juramentum, &c. faciunt dicta Baldi in præluд. feudor. n. 15. ibi. item nos dicimus in ſimili, &c. & notata per gl. fin. in c. cum in cunctis. 1. extr. de ijs quæ fiunt à maiore parte Capituli. Dec. conſ. 475. incip. In cauſa quæ Mantua.

tuæ. n. 6. ibi. ubi inquit, quod ille qui juravit, &c. Natt. conſ. 19. incip. In cauſa d. Theſaurarij. n. 8. ibi. & licet poteſtas juret ſervare Statuta &c.

11 Etiamſi † ea ipſa Statuta initio promulgationis confirmata fuerunt:

Roland. à Vall. de lucro dot. d. quæſt. 99. n. 7. verſ. dato etiam quod dicta Statuta, &c.

12 Etenim † tale Statutum, quod in mores populi non venit, fingitur à principio me non obligaſſe.

Felin. in d. c. treugas. 1. n. 6. col. 3. verſ. nam ſi non fuit recepta, &c. ext. de treug. & pace.

13 Et † Princeps videtur à principio ſtatuere ſub tali conditione: Si Statuta moribus utentium recipientur.

Felin. in d. c. treugas. 1. n. 12. verſ. quia videtur à principio ſtatuere, &c. ext. de treug. ubi hæc appellat verba aurea.

14 Atque ex † his patet eorum, quæ pro Statuto diſputabantur, refutatio: Verum eſt enim, verbis ejus adhæreſcendum eſſe, atque pro Statuto in dubio judicandum, ubi ſemel receptum uſuq; approbatum eſt:

ut tradit Menoch. de præſumptionib. lib. 2. præſumpt. 2. incip. Non certè ſatis eſt. n. 4. ibi facilè poſſumus ſatisfacere, &c.

15 Sed † cum Statuta uſu non admiſſa, nullam habeant authoritatem, *dixi ſupra n. 8. & ſeqq.* conſequens eſt, ut neque verba neque mens, neque, ſi quid

quid aliud horum Statutorum dici possit, observari debeant.

16 Ex † jure enim restincto non assurgit ullus effectus.

Zas. cons. 12 incip Nobiles de A. n. 76, ibi. ex jure enim extincto, &c. lib. 1.

17 Quodq; † nihil est, nihil operatur.

Zas. cons. 5. incip. Ex facto deducitur. n. 71. ibi. quia quod nihil est, &c. lib. 1. text. in l. nam et si. sub conditione. 5. ibi. quia nullus est. ff. de injust. rupt. vel irrit. testam. l. bovem. 43. §. si sub conditione fin. ibi inutiliter agitur, quia nondum perfecta emptio, &c. ff. de ædilit. edict. l. si fundum. 81. §. cum statu liber. 9. ff. de legat. 1. l. si se non obtulit. 4. §. condemnatum. 6. ff. de re judic.

Pronunciatum est, filiam prioris matrimonii audiendam esse, si allegatam à se observantiam docuerit.

QVÆ-

QVÆSTIO II.

Confirmatio Statutorum à Principe facta, an impediat ea desuetudine civium abrogari?

SUMMARIA.

1. *De Principis judicio non est disputandum. Declaratur n. 26.*
2. *Statuta condere Superiorem recognoscens non potest sine eius licentia vel confirmatione.*
3. *Statutis suis contravenire an possit Superiorem recognoscens sine eius licentia? & n. 31.*
4. *Statuta, qui sine confirmatione Superioris condere nequeunt, ij nec desuetudine eadem abrogare queunt sine eius scientiâ.*
6. *Consuetudo legem abrogans Principis consensum non requirit.*
7. *Consuetudo non indiget consensu Superioris.*
8. *Consuetudo quare à lege differat? & n. 29. 30.*
9. *Consensus Principis in tacitis rebus exigi nequit.*
10. *Consuetudinis autor incertus.*
11. *Consensus Principis frustrà quæritur in consuetudine.*
12. *Consuetudinem oportet esse præscriptam.*

13. Con-

13. *Consensus Principis in consuetudine quomodo probetur? & n 35.*
14. *Consensum in consuetudine exigentibus satisfit.*
15. *Confirmatio Principis super Statutis conditionem habet, si Statuta moribus recipientur.*
16. *Ius Saxonicum multis jam seculis, mandatum literis est, & ab Imperatoribus confirmatum.*
17. *Ius Saxonicum eatenus viget, quatenus est usu receptum.*
18. *Iuris Saxonici cognitio ab usu magis, quàm ex libris petitur.*
19. *Iure Saxonico multa usu introducta verbis contraria.*
20. *Statutis non receptis Princeps ligare subditos velle non præsumitur.*
21. *Confirmatio Statutorum ad usu non recepta non extenditur.*
22. *Statuta usu non admissa vel abolita, non sunt amplius Statuta.*
23. *Confirmatio generalis Statutorum non trahitur ad invalida.*
24. *Confirmatio generalis valida tantùm non invalida comprehendit.*
25. *Confirmatio Statutorum simpliciter sine clausula annulante, facta, non impedit cives Statuta rursum tollere.*
27. *Principis voluntatem inquirere licet.*
31. *Confirmatio Statutorum à Principe facta non aufert civibus desuescendi facultatem.*
32. *Confirmatio Statutorum firma manet in validis, desue-*

desuetudine abolitis opem suam non accommodat.

33. *Confirmatio generalis non porrigitur ad specialiter sublata.*

34. *Consensus Principis super consuetudine Statuti abrogatoriâ, quomodo probetur.*

36. *Scientia Principis circa consuetudinem probatur, si doceatur, consuetudinem observatam esse, scientibus & patientibus Principis Officialibus.*

Controversiâ ex oppidi cujusdam Statuto suborta, quòd pars una verbis Statuti niteretur, altera verò nunquam id usu receptum esse contenderet: illud præter cætera incidebat, quòd omnia ejus oppidi Statuta volumine uno fuissent à Principe confirmata: hinc enim pars, quæ Statuto sese defendebat, acerrimè pugnabat, attendi omninò Statutum oportere, non quæ cives quandoque in contrarium observavissent; videbaturq;

1. Ratio dubitandi

1 pro eo facere, quòd † de principali judicio fas non sit disputare.

text. in l. disputare. 3. C. de crim. sacrilegij.

2. Ratio dubitandi.

2 Oppidumq; † illud superiorem recognosceret, ac propterea Statuta ejus non valeant, sine Principis confirmatione.

Bart. in l. omnes populi. 9. n. 3. vers. primo casu aut talis populus vult facere Statuta, &c. Iason ibid. n. 26. ibi. circa secundum, &c. & n. seq. ff. de just. & jur.

3 Cui † consequens est, ut nec contravenire Statuto cives ejus, sine licentiâ superioris posse videantur:

Quando

4 Quando † n. ii, qui introducere consuetudinem volunt, Statuta condere absque superioris confirmatione nequeunt, tunc hi nec consuetudinem inferre Statuto contrariam possunt, absque scientiâ superioris.

Cavalcan. de tutor. & curat. n. 45. ibi. & quando inducere volentes, &c. & significat haud obscurè Dec in c. cùm accessissent. 8. n. 14. vers. secus si confirmatio fuisset necessaria, &c. ext. de constit. Tiber. Decian. respons. 51 incip Et prima fronte sic discurrenti. n. 23. ibi. non enim videtur posse induci consuetudo, &c. volum. 2.

5 Sed † magis puto, ut etiam Statuta à Principe confirmata non inhibeant subditorum mores Statuti abrogatorios. *Decisio.*

6 Mores † enim populi, quibus Statutum populi commodo factum abrogatur, scientiam sive consensum atque authoritatem superioris non exigunt. *1. Ratio decidendi.*

Alexand. cons. 132. incip. Visa facti narratione. n. 2. ibi necesse dicendum, &c. lib. 1. Natta cons. 19. incip. In causa d. Thesaurarij. n. 7. vers. nec requiritur superioris, &c. & cons. 98. incip. In causa & quaestione vertente. n. 6. vers. ubi etiam vult, &c. Dec. in c. cum accessissent 8. n. 8. ibi tertiò nota, &c. juncto n. 16. vers. & pariter idem videtur, &c. ext. de constitut. Roland. à Vall. de lucro dot. quaest. 99. incip. Proponitur & quaestio. n. 12. ibi. imò fortius determinat

Alexander, &c. Ioan. Fab. in § ex non scripto. 9. n. 11. vers. & est mutabile, &c. Inst. de jure nat. gent & civil.

7 Et † meritò: nam & aliàs generaliter populus scientia sive assensu Superioris non habet opus in consuetudine inter sese introducendà.

*textus in c. licet Romanus. 1. ext. de const. tut. in 6. (ubi consuetudo pro valida agnoscitur, quæ tamen Principi ignota sit) Bart. in l. omnes populi 9. n. 4. vers. secundo casu ibi exemplo consuetudinis, &c. ff. de just. & jur. Panor. in c. cum tanto fin. n. 13. ibi. quartò requiritur quod consuetudo, &c. ext. de consuet. ubi ait hanc opinionem & communiorem ** esse, & sibi placere. Ioan. Fab. in d. §. ex non scripto. 9. n. 11. ibi. sed nunquid requiritur, &c. Schrader. ibid. n. 6. vers. item etiamsi in hac consuetudine, &c. Instit. de jure nat. gent. & civil. ubi Schrader. hanc communem * agnoscit. Bald. in l. de quibus 32. n. 11. ibi. & ideò non requiritur scientia Principis, &c. Iason ibidem n. 30. vers. teneo contrarium, &c. ff. de legib. Matth. Wesenb. in Paratitlis ff. de legib. n. 9. vers. in eo qui superiorem recognoscit, &c.*

8 Estq; † hujus rei ratio evidentissima: nam hoc ipso consuetudo à legibus differt, quòd ut illæ suffragium exigunt populi expressum, ita consuetudo nullum requirit, sed judicium tantum sive consensum tacitum, ex rebus atque factis nullo auctore certo prorepentem.

l. de

l. de quibus 32. n. 7. ibi. item nota quod lex & consuetudo differunt, &c. ff. de legib.

9 In rebus † autem factisq; tacitis impossibile est
10 Principis exigere consensum, cum † autor etiam primus consuetudinis ignoretur.

Matth. Wesemb. in Paratitlis ff. de legib. n. 9. vers. cum huius origo plerumq; ignoretur, &c.

11 Quin † & frustrà de consensu Principis quæritur
12 in consuetudine: nam ut † juris autoritatem obtineat, legitimi temporis usu invectā esse oportet.

text. in c. cum tanto. fin. ext. de consuetud.

13 Ipso † igitur tempore diuturno, vel Principis quoque respectu jam firmata consuetudo est, vel non defuisse consensus ejus evincitur.

per tradita Schraderi in d. §. ex non scripto 9. n. 7. ibi. cæterum hic consensus populi, &c. & n. 14. ibi. cum tamen ex cursu longi temporis, &c. Instit. de jure nat. gent. & civil.

Sufficit enim, dum introducitur consuetudo non contradicere Principem, etiamsi consuetudinem in generatione jam esse ignoret.

Herman. Vulteius inter Marpurgens. cons. 33. incip. Ex facti specie nobis proposita. n. 75. ibi. consuetudinem enim introduci, &c. lib. 1.

14 Itaque † & ipsis illis, qui assensum vel patientiam superioris in consuetudine exigunt,

Zas. in d. l. de quibus. 32. n. 26. ibi. nonnulli ex huiusmodi communitatibus, &c. ff. de legib. satisfactum erit.

15 Certum † præterea est, Principem haud aliter facere *2. Ratio decidendi.*

 cere

cere civibus ſuis Statutorum confirmationes, quàm ſub conditione iſtâ, ſi Statuta moribus utentium recipientur

Felin. in c. treuzas. 1. n. 12. verſ. quia videtur à principio, & c. ext. de treug. & pac.

3 Ratio decidendi.

16 Hinc † & univerſum jus noſtrum Saxonicum, tametſi multis jam ſeculis mandatum literis exſtat, & ab Imperatoribus eſt confirmatum:

Matth. Coler. in Oratione de origine juris Saxonici præfixa tractatui proceſſus executivi. col. 2. verſ. licet autem in procœmio, &c. & col. ſeq. Knithen de privileg. non provocandi, &c. verb. jus. c. 3. incip. Quamvis conſuetudo immemorialis. n. 13. ibi. & inter legiſlatores Saxonum, &c. Muſculus de ſucceſſ. convent. claſ. 1. memb. 2. concluſ. 5 lit. F. n. 187. ibi. de jure Saxonico illud hic addimus, &c.

17 Tamen † eatenus duntaxat locum obtinet, atque viget, quatenus uſu eſt comprobatum, forenſiq; conſuetudine receptum; non autem, quemadmodum voluminibus noſtris deſcriptum eſt.

Hartman. Piſtor lib. 1. quæſt. 16. incip. Ad damni illati æſtimationem. n. 11. ibi. ex quo ſimul evidenter apparet, &c. & lib. 2. quæſt. 13. incip. De agnatorum jure. in fi. & quæſt. 25. incip. Præter ſimultaneam inveſtituram. n. 35. verſ. ſæpius enim monuimus, &c. & quæſt. 26. incip. Iuris eſt indubitati. n. 18. ibi. cum ut ſæpius jam diximus. Rauchbar. lib. 1. quæſt. 37. incip. Etſi fœmina regulariter. n. 28. ibi. præſertim cum juris

juris Saxonici autoritas, &c. Muscul. de success. convent. clas. 1. memb. 2. d. concl. 5. lit. B. vers. eius tamen autoritas magis, &c.

18 Eoq; † cognitio etiam ejus ex usu magis forensi, quàm iis, quæ scripta exstant, potest comparari.

Hartm. Pistor. lib. 1. d. quæst. 16. n. 11. vers. ut proinde longè meo quidem judicio, &c. & lib. 2. d. quæst. 25. n. 35. vers. ac propterea veram eius cognitionem, &c.

19 Multa † namque apud majores nostros usu sunt introducta, quæ cum verbis juris Saxonici minimè conveniunt: & contrà, complura etiam jure Saxonico constituta reperiuntur, quæ usu non sunt admissa.

Hartman. Pistor. lib. 1. d. quæst. 16. n. 11. vers. quippe cùm multa apud nostros antecessores, &c.

20 Porrò † non est etiam verisimile, Principem ligare velle subjectos suos, iis Statutis, vel Statutorum capitibus, quæ moribus utentium non sunt approbata. 4. Ratio decidendi.

Felin. in c. treugas. 1. n. 12. vers. nam volens tollere, &c. extr. de treug. & pace.

21 Sicuti † & confirmatio Statutorum, quam facit Princeps, non porrigitur ad Statuta ea, quæ moribus utentium aut non sunt recepta, aut usu contrario abolita. 5. Ratio decidendi.

Ripa respons. 2. incip. Possessori super suo. n. 5. ibi quia talis confirmatio, &c. Roland. à Vall. de lucro dot. quæst. 99. incip. Proponitur & quæstio. n. 7. vers. quia huiusmodi confirmatio, &c.

Hæc

22 Hæc † enim non ſunt amplius Statuta,

Ripa d. reſponſ. 2. n. 5. verſ. quia non ſunt amplius, &c. Roland. à Vall. de lucro dot. d. quæſt. 99. n. 7. verſ. quia non ſunt, &c. Natta conſ. 19. incip. In cauſa D. Theſaurarij. n. 8. verſ. non enim amplius, &c.

6. Ratio decidendi.

23 Unde † cùm ex Statutis quædam ſunt valida, quædam non ſunt, generalis eorum confirmatio, valida tantùm Statuta, non invalida comprehendit.

Alexand. conſ. 59. incip. Viſo inſtrumento & titulo. n. 9. verſ. cùm ergò dicta approbatio Romani Pontificis, &c. lib. 1. Ripa. d. reſponſ. 2. n. 5. verſ. facit quia generalis Statutorum confirmatio, &c.

24 Id † quod generale eſt in omni confirmatione; ut quoties iis adhibetur rebus, quæ partim valent, partim non valent, ſemper in dubio valida ſolummodò complectatur, non etiam invalida.

Bald. in l. bonorum. 7. n. 3. ibi. item adde quod ubi factum ſuperioris, &c. C. qui admitti. Alexand. d. conſ. 59. n. 9. verſ. præterea reſpondeo per id, &c. lib. 1. (addens hoc dictum non facilè alibi reperiri) & conſ. 122. incip. Viſo puncto. n. 24. ibi. quia reſpondeo primò, &c. lib. 4. Felin. in c. qualiter. 18. n. 16. col. 10. verſ. quartò limita fallentiam, &c. ext. de accuſat. (ubi hoc dictum aureum appellat) Iaſ. in l. legata inutiliter. 19. in pr. n. 12. verſ. & ſic facit iſte textus, &c. ff. de legat. 1. & in l. quanquam. 3. n. 2. verſ. nam dicunt quod quando, &c. C. de teſtam.

testam. milit. Ripa in c. ex parte Conventrensis Episcopi. 2. n. 81. ibi. in dubio enim confirmatio &c. ext. de rescript. Hippolyt. de Marsil. sing. 196. incip. Confirmatio superioris. n. 2. ibi. scias tamen unum, &c. (ubi ait, hoc nunquam obliviscendum aureumq; dictum esse) Georg. Acacius Enenkel. de privil. lib. 3. c. 20. quod est ultimum. n. 30. in fine capitis.

25 Denique † confirmatio superioris simpliciter Statutis subditorum adhibita, citra clausulam decreti annullantis id, quod contrà fiat, &c. (sicut in eo erat casu, qui hanc nobis tractationem peperit) non impedit, quò minùs statuentes possint rursum Statuta sua tollere. *7. Ratio decidendi.*

Ripa d. respons. 2. n. 6. ibi. praeterea confirmatio superioris, &c.

26 Contraria nihil movent: nam † primum quòd de Principis judicio disputari non oportere diximus; id verum est, si quis de potestate ejus movere dubitationem velit,

Gail. lib. 1. observat. 14. incip. Quoniam regulariter. n. 6. ibi. & licet regulariter, &c. & lib. 2. obs. 58. incip. An in Principe. n. 7. ibi. his non adversatur, &c.

27 At † voluntatem ejus inquirere non est prohibitum.

text. in l. ex facto. 43. in pr. ff. de vulgar. & pupill. substit. Gail. lib. 1. d. obs. 14. n. 6. vers. tamen de voluntate, &c. & lib. 2. d. observat. 58. n. 7. vers. quod prohibitum non est, &c.

C Heic

28 Heîc † autem non, an possit, sed an velit Princeps Statuta sic confirmare quæritur, ut & usu non recepta complexus esse vel desuescendi quoque negare facultatem voluisse videatur.

patet hoc ex ijs, quæ supra n. 15. & n. seqq. latè disseruimus.

29 Altera † objectio: Statuta subditorum, confirmatione Principis indigere, ad consuetudines non pertinet, quæ hac re à legibus differunt, quòd authoritate Superioris non indigent.

dixi suprà n. 8. & seqq.

30 Hocq; † habent peculiare, ut absque Principe tacitè possint abrogare legem, quod expressim statuendo, sine Principe, non liceret.

Ioan. Fab. in d. §. ex non scripto. 9. n. 11. vers. & est mirabile, &c. Instit. de jure nat. gent. & civil. ubi hoc appellat mirabile.

31 Ex † quibus efficitur, ut nec desuescendi potestas confirmatione Principis denegetur.

id quod nos & antè probavimus n. 15. & seqq. usq; ad n. 25. inclusivè.

32 Retinet † etiam confirmatio authoritatem suam, in cæteris Statutorum capitibus, quæ valida sunt, nec moribus civium desueta, tantumq; iis, quæ usu non sunt recepta, operam suam non accommodat. Quæ res efficit, ut nemo heîc queri possit, aliquid ex juris forma immutari:

33 Generalis † namque confirmatio suâ naturâ non porrigitur ad ea, quæ speciatim sublata sunt.

gl. in l. si quis priore. 29. in verb. specialiter.

Bart.

Bart. ibid. n. 3. ibi. ex qua nota quod confirmatio generalis, &c. ff. ad SC. Trebell. Ripa in d. c. ex parte Conventrensis Episcopi. 2. n 82. ibi. & confirmatio generalis, &c. ext. de rescript. fac. l. Pactuleius. fin. ibi. sed legata ex posteriore testamento, &c. ff. de haredib. instit. l. Aurelius. 28. §. Titius Seio. 2. ibi. qua post testamentum, ff. de lib. legat. l. doli. 119. ff. de verb. obligat.

34 Si † quis tamen abundantioris cautionis gratiâ, consensum quoq; Principis in Statuto desuescendo adfuisse docendum sibi putet: huic equidem sufficere credo, allegare tantummodò consensum, satisq; probaverit eum, si ostendat usum decennii præsente Principe; vicennii verò eodem absente.

per tradita Petri Salazarij de consuet. c. 8. incip. De actibus ergò, n. 12. vers. sic item Principis consensum, &c & faciunt qua dixi suprà n. 13. quaq; de communi usu loquendi probando tradit Bart. in l. Labeo. 7. n. 10. vers. & adverte quia oportet, & c. ff. de supellect. legat. Menoch. de arbitrarijs. lib. 2. cent. 5. casu. 489. incip. Communis loquendi usus. n. 2. vers. & primò requiritur quod is usus.

35 Imò † cùm Princeps in suo Ducatu domicilium habet, ne hoc quidem decennii tempus præcisè necessarium videtur, sed satis esse, doceri duos aut tres actus contra Statutum gestos in populo esse, vel coram oppidi Decurionibus: ex his enim binis, trinisvè actibus satis colligitur consensus Superioris in provincià suâ degentis, neque

opus est aliquo temporis lapsu; cùm heic non agatur de præscriptione contra Statutum inferendâ, sed tantùm de authoritate sive vinculo Statuti in cives impediendo:

per notata Panor. in c. treugas. 1. n. 4. col. fin. vers. & puto quod non requiritur, &c. extr. de treug. & pace. & Petr. Ravennatis de consuet. vers. consuetudo non derogat legi, &c. mihi pag. 478.

36 Et † Principis scientia circa consuetudinem ita constare satis existimatur, si consuetudo observata fuerit scientibus ac patientibus Principis Officialibus.

Tiber. Decian. responso 124. incip. Post absolutum consilium. n. 19. vers. item non potest allegari ignorantia, &c. & n. seq. lib. 3. Frideric. Pruckman. cons. 47. incip. Cogitavi, qua debui. n. 25, ibi. de qua Principis scientia, &c. lib. 1.

QVÆ-

QVÆSTIO III.

An Statuta ſubditorum obligent uxorem Domini.

SUMMARIA.

1. *In Teſtamenti validitate æſtimanda ſpectatur conſuetudo domicilij teſtatoris. Declaratur ibid. n. 39. & ſeqq. & n. 47. 48.*
3. *Lex ubi perſpicua eſt, nulla verſatur dubitatio.*
4. *Statuti ubi clara eſt diſpoſitio, nihil ulterius quærendum.*
6. *Generali ſermone perſona loquentis non continetur.*
7. *Generali oratione nemo ſe includere vel obligare voluiſſe præſumitur.*
8. *Obligare ſeipſum voluiſſe nemo in dubio præſumitur.*
9. *Statuere contra ſeipſum voluiſſe nemo præſumitur.*
10. *Statutum de lucro dotis Principem ſtatuentem non obligat.*
11. *Arbitrium conceſſum non creditur, ad impediendum concedentem.*
12. *Privilegium non creditur quiſquam concedere voluiſſe in ſui retorſionem.*
13. *Conceſſio generaliſſima non intelligitur facta contra concedentem.*

4. *Iurisdictionem nemo potest exercere in seipsum.*
15. *Statuta condere jurisdictionis est.*
16. *Statutis quamvis generalibus provinciæ suæ datis nemo seipsum potest obligare.*
17. *Magistratus jus sibi dicere prohibetur.*
18. *Iurisdictionis exercitio prohiberi non est opus eum, qui nullam jurisdictionem habet.*
19. *Privatio præsupponit habitum.*
20. *Iurisdictio quam quisq; in suis rebus exercere potest, non ordinaria sed delegata est.*
21. *Delegatus proprium nihil habet, sed fungitur vice delegantis.*
22. *Iurisdictio, quam quis in suis rebus exercere potest, tantùm ad privatas causas restringitur.*
23. *Publicum quodammodo negociun agi significatur legis publica promulgatione.*
24. *Iurisdictio quò propiùs ad jus publicum deflectit, eò minùs in re sua suorumq; potest exerceri.*
25. *Legis generalis promulgatio totũ populum concernit.*
26. *Legem generalem promulgans, non potest eam ad seipsum extendere, sed id fieri oportet per Superiorẽ illo.*
27. *Maritus legibus à se latis uxorem suam ligare nequit.*
28. *Vxor marito subdita est, quoad officia coniugalia, nec tamen propterea eius fit subdita. ibid. n. 35.*
29. *Vxor viro par est in dignitate.*
30. *Vxor socia marito est rei humanæ & divinæ.*
31. *Maritus jurisdictionem non potest in uxorem suam exercere.*
32. *Par in parem non habet imperium.*

33. *Pater*

33. Pater in filiumfamilias non habet jurisdictionem.

34 Patria potestas maior est potestate viri in uxorem.

36. Imperatoris uxor legibus ab eo latis non obligatur. Ampliatur idem procedere etiam in inferiorum Principum uxoribus. ibid. n. 37.

38. Duces, Marchiones, Comites Superiorem recognoscentes eadem in suis territorijs posse, quæ Imperator in Imperio, non æquè inter omnes constat.

42. Maior minoris judicio subiugari nequit. Declaratur ibidem n. 43. 44. & n. 47.

45. Testamenti factio est jurisdictionis voluntariæ.

46. Statuto cessante, si id ad jus commune recurrere jubeat, recurritur ad jus Superioris.

CUm oppidi cujusdam Statutis prospectum esset quemadmodum subditi hæreditates inter sese obirent; accidit aliquando, ut Domino ejus civitatis moreretur uxor, liberis universaliter hæredibus institutis, præteritisq; iis, quibus portio certa, ex Statuto debebatur; cœpit igitur dubitari, ratumnè esset, quod testatrix hac ratione contra formam Statutorum ordinâsset?

1 Dubitandi † causa ex eo potissimùm nascebatur, quod in validitate testamenti æstimanda consuetudo domicilii testatoris inprimis attendi soleat. *Ratio dubitandi.*

Speculat. de instrum. edit. §. compendiosè transcurrimus. 12. n. 15. ibi. sed nunquid dicemus, &c. pro quo facit text. in l. venditor. 13. §. si constat. 1. vers. nisi talis consuetudo. ff. commun. prædior. l. cum judicio. 1. in pr. ff. de usur. l. testium.

stium. 3. §. testes non temerè. fin. vers. quod ad testes. ff. de testib. l. cum servus. 39. § fructus. 1. vers. in usurarum & l. si servus plurium. 50. §. si numerus. fin. ff. de legat. 1. cum similib.

Decisio.

2 Verum mihi † aliud dicendum videbatur, eò quòd nominatim Statuta subditos tantùm, non Dominum aut uxorem ejus continerent:

1. Ratio decidendi.

3 Nam † ubi manifestam legis sanctionem habemus, ibi nulla versari potest dubitatio,

Bald. in l. ancillæ. 12. n. 2. ibi. Tertiò nota quod ubi est casus legis, &c. C. de furt. Zas. cons. 4. incip. Orta controversia. n. 2. vers. ubi enim est casus legis, &c. & n. 13. ibi. ubi enim textus legis est, &c. lib. 1.

4 Et † cum clara atque perspicua exstat juris municipalis dispositio, nihil ulterius quærendum est.

Johan. Vincent. Hondedaus cons. 13. incip. Defuncto illustri Domino - Marco. n. 12. ibi. & quia in hoc habemus, &c. lib. 1.

2. Ratio decidendi.

5 Sed † fac sanè non ita perspicuè scripta esse Statutorum verba, ut inde appareat, an concedens se quoque & uxorem ac liberos suos, constitutionibus suis voluerit comprehendere: proclivius tamen esse existimo, uxorem legislatoris minimè Statutis contineri:

6 Nam † in generali sermone ejus qui loquitur persona, minimè comprehenditur.

text. in l. inquisitio. 18. ibiq; gl. prima. C. de solut. gl. in l. si mercedem. 53. §. si habitatoribus fin. in verb. habitatio. ff. de action. emt. gl. in l.

qui

qui insulam. 30. §. colonus. final. in verb. extrariam. ff. locat. Ludov. Roman. cons. 444. incip. An dictum castrum subverti. n. 10. vers. quod ultimum notant ea iura, &c. Matth. de Afflict. in c. contra omnes. fin. n. 6. vers. quia in generali sermone non continetur, &c. tit. hic finitur lex. Roland. à Vall de lucro dot. quæst. 84. incip. An Statutum Principis. n. 2. ibi. quia in generali sermone, &c.

7 Neque † quisquam creditur generali oratione personam suam includere voluisse atque obligare.

Ludovic Roman. d. cons. 444. n. 10. vers. secundò quia suo generali sermone, &c. Iacob. Menoch. lib. 3. præsumpt. 44. incip Egregia & celebris. n. 1.

8 Nemo † enim in dubio obligare seipsum velle præsumitur.

text. in l. si peculium. 6. §. sicut. 4. ff. de pecul. legat. l. 1. §. usufructuarius. fin. in pr. ff. de operis novi nunciat. l. cum fidei. 9. in fin. ff. de fideicommissar. libertat.

9 Multò † etiam minùs verisimile est, quenquam contra semetipsum aliquid statuere voluisse.

Paul. Castrens. cons. 50. incip. Si dicta reformatio post medium. vers. nec est verisimile, &c. lib. 1. Iacob. Puteus decis. 363. incip. Die trigesimo Octobris. lib. 1.

Imò contra naturam legis est, ut ipsum legislatorem sanctione suâ obliget.

Oldrad. cons. 95. incip. Ex forma istius Statuti. n. 13. vers. quod est contra naturam legis, &c.

10 Unde † Statutum de dotis lucro ad maritum deferendo, Principem, qui hoc ita statuit, minimè obligat.

Roland. à Vall. de lucro dot. d. quæst. 84. n. 1. & seqq. Menoch. lib. 3. d. præsumpt. 44. n. 19. vers. & Romanum secutus est, &c.

11 Cumq; † facultas alicui concessa est arbitrii interponendi, nunquam ea sic data videtur, ut ipse qui concessit, arbitrio eo impediatur.

Bald. cons. 102. incip. Omnis potestas arbitri. n. 5. vers. ad impediendum seipsum, &c lib. 3.

12 Qua † eadem de causa quoq; non potest quisquam Privilegium usurpare ad retorquendum eum, à quo immunitatem eam est consecutus.

text. in l. amicissimos. 36. §. Lucius Titius. 1. in fin. ff. de excusat. tutor. Natt. cons. 487. incip. Sine difficultate. n. 26. ibi. & privilegio utitur nemo, &c. Vincent. Caroc. de excuss. bonor. 10. quæst. decima quæst. princ. incip. Numquid in publicatione, n. 27. vers. nec in retorcutionem, &c.

13 Atque † hæc omnia locum habent, etiamsi concessio verbis fiat quàm maximè generalibus, nam ne hoc modo permisisse crederis, ut adversus teipsum concessio usurpetur.

Tiber. Decian. respons. 19 incip. Quoad primum dico dupliciter. n. 92. ibi. accedat, quod qui concedit aliquid, &c. lib. 3.

Quin

14 Quin † imò nec potest quis in seseipsum jurisdictionem exercere. *3. Ratio decidendi.*

Jacob. Put. d. decis. 363. in fin. lib. 1.

15 Statuta † autem generalia ad causarum decisionem in loco aliquo condere, ad jurisdictionem pertinet.

Bald. in c. cum causa. 8. n. 2. vers. & sicut facere Statuta, & c. ext. de re judic. Andr. Tiraquell. de jure primogeniorum quæst. 16. n. 2. vers. & id scilicet Statutum condere, &c. & quæst. 43. n. 4. vers. tertia quia condere Statutum, & c. Modestin. Pistor. cons. 20. n. 15. ibi. cum Statuta condere, &c. lib. 2. Mascard. de probat. conclus. 946. incip. Alia etiam probanda. n. 24. ibi. nam condere Statuta, &c.

16 Quare † ut maximè quis velit, non poterit tamen, hujusmodi generalibus Statutis oppido suo impartitis, seseipsum obligare.

17 Neque † moveat quenquam, quod qui jurisdictioni præest, jus sibi dicere prohibetur;

text. in l. qui jurisdictioni. 10. ff. de jurisdict. omn. jud. fac. l. Senatusconsulto. 17. ibi. quæ provincias regentes contraxerunt, parcissimè jus dicatur. ff. de offic. præsid.

18 Qua † prohibitione non esset opus, si jurisdictio-
19 nem eam in sese non haberet. Cùm † ii tantum, qui habent aliquam rem, privari eadem vel carere intelligantur:

text. in l. non solùm. 1. §. sed ita demum. 1. ibiq. gl. in verb. non amitti. ff. quib. mod. usufr.

vel usus amitt. gl. in l. eleganter. 23. §. si post rem judicatam. 1. in verb. attentari potest. vers. secundò, quia dicit lex, &c. ff. de condict. indebit. gl. in l. ex emto. 11. §. is qui vina. 6. in verb. ad distrahendam. in fin. ff. de act. emt. text. in l. Sempronius. 26. in pr. ibi. & ideò capitis diminutione, &c. ibiq; gl. in verb. non potest. ff. de usu & usufr. legat. gl. in l. sciendum. 1. §. sed si quis. 6. in verb. Separatio. ff. de separationibus. gl. un. in l. cum quis. 10. circa fin. vers. sed respondetur, non dicitur hæres habere exceptionem, &c. C. de jur. & fact. ignorant. Bald. in l. licet. 8. n. 2. vers. quia carentia sunt habentium, &c. C. locat. Gœdda. inter Marpurgens. cons. 24. incip. Divino auxilio omnis veritatis. n. 124. vers. & carentia sunt, &c. lib. 1.

20 Nam † ea jurisdictio quam quis suis quoque litibus judicio dirimendis adhibere potest, non est ordinaria & propria, sed aliena tantùm & delegata.

ut testatur gl. in d. l. qui jurisdictioni. 10. in verb. vel liberis. ff. de jurisdict. omn. judic. & in l. quinetiam. 6. in verb. & judicem. ff. de arbit.

21 Unde † nihil suæ jurisdictionis, sed meram alienam hic in sese exercebit.

text. in l. quicunq;. 1. §. qui mandatam. 1. in pr. ff. de offic. eius cui mandat. est jurisdict.

22 Et † verò hac etiam jurisdictionis exercitatione tantùm privata ejus negocia attinguntur.

l. in

l. in privatis. 77. ff. de jurisdict. fac. l. lex Cornelia. 5. in pr. ff. de iniurijs. quatenus ibi lex
23 Cornelia (id † causam quodammodò publicam esse significat, *arg. l. non omnia. 1. in pr. ff. de public. judic.)* judicio arcet patrem in rebus filii, generi & similium;
24 Unde † patet, quò propiùs ad jus publicum jurisdictio deflectit, eò minùs eam in re suâ, suorumvè posse exerceri.

25 At † in legum promulgatione non singulorum tractantur causæ, sed jus generale in publicum seu populum totum statuitur, quod formam det generalem adversus omnes.

l. jura non in singulas. 8. ff. de legib. Oldrad. d. cons. 95. n. 13. vers. quia potest dici quod non est propriè statutum, &c. Iason in l. lex est. 1. n. 1. ff de legib. text. c. erit autem lex. 2. in fin. distinct. 4.

26 Talis † autem jurisdictio non potest per ipsum Magistratum statuentem in sese exerceri, sed necesse est ejusmodi leges aut omninò promulgari, aut saltem extendi ab eo, qui potestate ipso sit superior.

arg. l. formam. 2 C. de offic. præfect. prætor. orient. ubi forma præfecti prætorio quamvis generalis, tamen à Principe ipso opus habuit, ut pro generali lege in omnes susciperetur. § lex est. 4. Instit. de jure nat. gent. & civil. ubi lex consulem interrogantem non obligaret, nisi populus constitueret.

27 Quæ † cùm ita sint, consequens est, neque uxorem Principis alicujus vel domini, legibus ab eo vel antecessoribus ejus ad subditos promulgatis, subjugari.

28 Nam † etsi uxor quoad obsequia & officia conjugalia marito est subjecta;

text. in l. sicut. 48. in pr. ibiq. gl. in verb. esse debet. ff. de operis libert. l. si id quod donatum. 28. §. si quas. 2. ff. de donat. inter vir. & uxor. gl. in §. postea autem. 2. in verb. parentis. Instit. de SC. Tertyl. gl. in l. statu liberos. 3. §. si quis servum. 8. in verb. operari domino. ff. de Statu lib. fac. tradita Baldi in authent. ex testamento. n. 26. ibi. dicet aliquis filius tenetur operari patri, &c. C. de collat.

29 in † cæteris tamen æqualem ipsi dignitatem habet.

Novell. de consulib. 105. c. si autem etiam uxorem. 2 in pr.

30 Cùm † in societatem ab eo suscepta sit rerum pariter humanarum atque divinarum.

text. in l. adversus. 4. in pr. C. de crim. expilatæ hæreditat. l. nuptiæ. 1. ff. de ritu nupt. gl. in l. ne quis. 6. in verb. Christianam. C. de Judæis. l. Imperatores. fin. §. item rescripserunt mulierem. 3. ff. ad municipal. l. sicut. 1. ibiq. gl. prima. C. de in jus vocan.

31 Eamq; † ob rem non possit vir etiam illustris aliquam advers⁹ uxorem suam usurpare jurisdictio-

32 nem: Par † enim in parem non habet Imperium,

l. nam

l. nam magistratus. 4. ff. de arbit. l. ille à quo. 13. §. tempestivum. 4. ubi gl. in verb. Imperium. ff. ad SC. Trebell. Tiber. Decian. respons. 118. incip. Pro clariori ergò n. 16. ibi. sed nulli dubium quod par, &c lib. 3. fac. l. apud filiumfamil. 18. §. apud collegã. 1 ff. de manumiss. vindic.

33 Confirmantur † hæc mirificè per id quod plus videri poterat habere dubitationis; Dominus enim territorii quanquam filiumfamiliàs patriâ suâ potestate continet, jurisdictionem tamen in eum nullam exercere potest, ceu parem sibi dignitate: *4. Ratio decidendi.*

Modestin. Pistor. illustr. quæst. 169. incip. Nuper patrocinijs. n. 3. ibi. sed si quæstio sit de nobili, &c. & n. seqq.

34 Quod † si igitur patria potestas, quam constat majorem esse in liberos, quàm viri in uxorem,

arg. l. si uxorem. 5. in pr. ibiq. gl. in verb. potestate. C. de conditionib. insert. d. §. postea autem. 2. in fin. Instit. de SC. Tertylliano. l. pratori. 1. in fin. C. de offic. prætor. l. filiæ licet. 12. in pr. C. de collat. l. si quis. 2. C. de patrib. qui fil. suos distrax.

non potest filium jurisdictioni patris subjicere,
35 multò † minùs reverentia & obsequia conjugalia mulierem viro subjicient.

36 Atque † hoc nominatim in Imperatoris Romani uxore cautum est, ut ea non minùs, quàm Princeps ipse, legibus ab eo latis soluta sit. *5. Ratio decidendi.*

text. in l. Princeps. 31. ff. de legib.

Nihil

37 Nihil † igitur prohibet quin magis idem jus inferiorum quoque Principum uxoribus adſcribatur,
38 quos † Principes eã in territoriis ſuis, quam Imperator in Imperio authoritatem habere, vix æquè apud omnes obtinueris.

Roſenthal. de feud. c. 12. concl. 10. incip. Qualificationem. n. 15. verſ. quamvis enim conceſſeris in Ducatu, &c.

39 Neque † movet quicquam, quod in teſtamentorum ſollemnib. æſtimandis, conſuetudo attendi ſolet loci ejus, in quo domicilium teſtator habuit; quia id non ſic accipiendum eſt, quaſi neceſſe ſit ſemper ej⁹ loci ſollemnia in teſtamento condendo obſervari, ſed quòd vel ea tantùm obſervaſſe ſufficiat, teſtamento nihilominùs, per alterius etiam loci ſollemnia, valituro.

qua de re latè Speculat. de Inſtrum. edit. d §. 12. incip. Compendioſè tranſcurrimus. n. 16. ibi. quod ſi de conſuetudine, &c. & ibi. Ioan. Andr. in addit. ad verb. opponunt. & duab additit. ſeqq.

40 Deinde † cùm ſufficere dicimus teſtatorem juxta domicilii ſui teſtari ſollemnia, verum eſt, ſi modò talis ſit teſtatoris perſona, quæ vel ſubſit ejus loci magiſtratui, vel ſubeſſe, ſi eò ſe conferat, poſſit.

in his terminis loquitur Speculat. de Inſtrum. edit. d. §. 12. d n. 15. & 16. ibiq; Ioan. Andr. in d. additionib. ſuis.

41 Nam † ſi eminentior ſit oppido vel villa iſta, in qua

qua testationis tempore versatur, non illius loci legibus, sed iis potiùs, quibus loci dominus vivit, testando sese accommodabit.

arg. l. Deo authore. 1. §. sed & si qua leges. 10. C. de vet. jur. enucl. §. quam formam. fin. Instit. de satudat.

42 Neque † enim potest majoris potestatis homo, ejus, qui in minori authoritate est, judiciis aut legibus subjugari.

l. minor autem. 18. in pr. ff. de minor. c. inferior. 4. in fin. distinct. 21. c. cum inferior. 16. in pr. ext. de maiorit. & obedient. l. si quis. 6. §. quod si quis. 10. ff. de iniust. rupt. & irrit. fact. testam.

43 Et † quanquam receptum est, ut si quis major vel æqualis subjiciat sese jurisdictioni alterius, possit ei & adversus eum jus dici:

text. in l. est receptum. 14. ff. de jurisdict. omn. judic.

44 Id † tamen ad contentiosam solummodò jurisdictionem pertinet, non voluntariam,

gl. in d. l. est receptum. 14. in verb. maior ff. de jurisdict. omn. judic. per l. apud filium familiàs. 18. §. apud. collegam. 1. ff. de manumiss. vindict.

45 Qualis † est testamenti factio.

Matth. Wesenb. in Paratit. ff. de testament. n. 10. vers. maximè in his quæ sunt voluntaria jurisdictionis, &c.

46 Suffragatur † sententiæ nostræ, quod cum lege

municipii cessante, ad jus commune recurrere jubemur, eas sequi leges oportet, quibus utitur Princeps municipii dominus.

Angel. Matthæ. de via ac ratione juris. lib. 1. c. 35. incip. Ius multigenum. per tot.

47 At † in nostra specie cessat jus municipii propter dignitatem personæ.

ut suprà demonstratum est n. 5. & seqq. n. usq. ad n. 38. & n. 42.

48 Igitur † eas leges testando consectabitur, quas tulit is, cui dominium suum acceptum fert.

QVÆ-

QVÆSTIO IV.

Pecunia, itineris causâ, recenti Consiliario donata, an debeatur, si Consiliarius, antequam iter ingrediatur, decesserit?

SUMMARIA.

1. *Munificentiæ mos erga recentes Consiliarios. & n. 9.*
2. *Salarium annuum totum debetur, etiam ante annum completum decedenti.*
3. *Salarij obligatio, an statim etiam non cœpto officio cedat? & n. 4. 6. 8. 11.*
5. *Causa itineris promissum, non debetur, nisi cœpto itinere; & n. 9. Declaratur hoc ibid. n. 7. & n. 10.*
6. *Potestas in itinere decedens, quo officium ingrediebatur, nihil consequitur. Declaratur ibid. n. 7, 10.*

1 USitatum † hodie nonnullis est Principibus genus quoddam munificentiæ, quo Consiliariis recens delectis, præter annuum salarium donent aliquid, quasi ad sumtus itineris, aut domicilii translati molestias sublevandas: cùm itaque nuper Princeps quidam Jurisconsultum non incelebrem ad Consiliarii dignitatem adsciviffet, simili liberalitate certam ei pecuniæ summam numerari jussit,

antequam iter ingrederetur; sed Consiliarius cùm jamjam numerandi nummi essent, ipseq; etiam profectioni sese accingeret, decessit; quæsitum igitur, an hæredibus ejus nummi deberentur? visum est enim aggressu primo eos deberi:

Ratio dubitandi.

2 nam † & salaria annua Præsidi, (quem vulgò potestatem Itali appellant) Assessori, Advocato ac similibus tota debentur, licet Præses, Assessor aut Advocatus anno toto non vixerit.

text. in l. diem functo. 4. ubi gl. in verb. præstitum. & Bart. ibid. n. 1. ibi, ego autem revoco in dubium, &c. Alexan. n. 12. vers. in glossa in verbo præstitum, &c. & n. seqq. Iason ibid. n. 36. ibi. pro clara intelligentia, &c. & n. seqq. usq; ad n. 43. exclusivè ff. de offic. assessor. text. in l. post duos. 15. §. his quoq;. 1. & gl. in l. petitionem. 13. in verb. speraturis. C. de advocat. diversor. judiciorum. text. in l. Præses. 1. §. Divus Severus. 13. ubi gl. in verb. repeti. ff. de var. & extraordinar. cognit. fac. l. final. C. de domesticis & protector. lib. 12. (quatenus ibi generalis hæc sententia domesticis ac protectoribus in annum quoque sequentem extenditur, firmatur igitur regula in cæteris, quoad annum in quo salariandus moritur) *fac. etiam text. in l. si quis in sacris. 11. C. de proximis sacror. scrinior. l. matriculam. 3. C. de agentib. in reb. & l. commoda. 1. in fin. C. de primipilo. lib. 12.*

3 Imò † statim à die, quo electio sive cooptatio Præ-

Præsidis, Assessoris vel Advocati facta est, dies obligationis cedit, totumq; salarium debetur.

Bart. in l. Præses. 1. d. § Divus Severus. 13. n. 13. ibi quæro quid si stat per electum, &c. ff. de var. & extraordin. cognit. Ias. in d. l. diem functo. 4. n. 43. ibi successivè quærit Bartolus, &c. & n. seq. ff. de offic. assessor. ubi Bartoli sententiam isto loco traditam per omnia & indistinctè probat.

4 Verùm ego putavi non deberi: Regulariter † enim commoda officiorum sive salaria demum post cœptam administrationem deberi incipiunt non antè. *Decisio. Ratio decidendi.*

text. in l. commoda. 1. ibiq; glossa prima & Lucas de Penna in pr. C. de primipilo lib. 12. Bart. in d. l. diem functo. 4. n. 2. vers. secundò per rationem quia requiritur, &c. Alexan. ibid. n. 24. vers. quia commoda officij, &c. Ias. ibid. n. 43. vers. quia commoda officij demum post administrationem, &c. ff. de offic. assessor. Bald. in c. soldata autem. fin. in fi. quis dicatur Dux vel Marchio. fac. l. qui concubinam. 29. §. uxori. 5. ibi. quantolibet tempore. ff. de legat. 3. & Novell. de administratorib. 95. c. sancimus igitur. § illud autẽ. 2. vers sed ex quo, &c.

5 Multò † igitur minùs ejus aliqua erit petitio, quod non tàm propter onus officii, quàm itineris perficiundi causâ promissum est, itinere non secuto.

l. si pecuniam. 5. in pr. ff. de condict. causa dat.

6 Unde † & Præses à Principe assumtus, quanquam potestati subeundæ se præparavit, si tamen in itinere, quo officium ingreditur, decedat; nihil consequi debet, ne de salario quidem.

Bart. in d. l. diem functo. 4. n. 2. ibi. sed quaero de potestate, &c. Alexand. ibid. n. 22. ibi. juxta praedicta quaerit Bartolus, &c. & n. seqq. ff. de offic. assessor. ubi palàm profitetur, hanc sibi Bartoli sententiam magis placere, quàm contrariam suprà n. 3. à me relatam, ut quae in praxi minimè recepta sit, nec rationem regulariter veram habeat. idem tenet Bald. in d. c. soldata autem. fin. in fine. quis dicat. Dux vel Marchio.

7 Interim tamen † hoc ita putavi temperandum esse, ut si quas impensas, profectionis causâ, Consiliarius ante obitum fecisset, earum impensarum nomine indemnitati hæredum ejus consuleretur.

per text. in d. l. si pecuniam. 5. in pr. vers. nam si ita res se habeat. ff. de condict. causa dat.

8 Quod † de salariis objectum est, id ad rem præsentem non pertinet: salaria enim muneris operas spectant, quæ cœptæ jam sunt, atque ex parte aliqua confectæ:

per ea quae dixi suprà n. 2. & n. 4.

9 Hæ † autem donationes tantùm fiunt itineris causâ, quod nunquam Consiliarius iste ingressus
10 erat: Et † verò si quid profectionis gratiâ impensarum fecerat, non ei hoc nomine negata à nobis est satisfactio.

per

per dicta suprà n. 7.

11 Altera † ex Bartoli sibimetipsi adversantis opinione allata objectio, nostræ cedit sententiæ meliori,

de qua suprà n. 6. retulimus.

QVÆSTIO V.

An salarium annuum integrum debeatur Advocato, qui anno toto nihil nisi epistolam unam in causâ confecit?

SUMMARIA.

1. *Advocationem non præstat schedulam scribens judici vel eum alloquens. Declaratur ibidem n. 10.*
2. *Salarium annuum non nisi cœpto opere debetur, Declaratur ibidem n. 3. 4. 7. 8.*
4. *In Advocato requiruntur scientia, labor & promptitudo officij. & n. 11.*
5. *Ex rationibus duabus unâ cessante non tamen cessat dispositio.*
6. *Rationis reliquias aliquas superesse sufficit, ut vigeat dispositio.*
7. *Advocatus per quem non stat, quò minùs operam navet, etiamsi nihil præstiterit, salarium tamen totum consequitur.*
8. *Factum putatur, quod per facientem, quò minùs fieret, non stetit. & n. 9.*

Titius

Titius rei capitalis postulatus, causæ suæ defendendæ Sejum Juris Doctorem delegit Advocatum, annuo ei promisso salario: qui cum circiter annum liti adfuisset, tandem sive industriâ ejus, sive causæ merito, tales apparuêre circumstantiæ, quæ accusatorem ipsum ad transigendum commoverent. Reus igitur, Sejo etiam cohortante, cum adversario decidit, cumq; Sejus hoc toto anno posteriore nihil habuisset laboris, præter formulam unius epistolæ, quam Reus ad arbitros transactionis exaraverat, noluit cliens integrum ejus anni solvere salarium:

Ratio dubitandi.

1 Pro † quo faciebat, quòd advocationem præstare minimè videantur, qui schedulam tantum unam judici mittunt, aut cum eo colloquuntur.

Bart. in l. Paulus respondit eum qui. 8. §. Paulus. 2. in pr. vers. item nota pro Doctoribus hujus civitatis, &c. & n. 1. ff. de legationib. per eum textum.

2 Salarium † autem annuum non debetur, nisi aliquid saltem laboris eo anno cœptum sit.

text. in l. Præses. 1 § Divus Severus. 13. ubi Bart. n. 13. vers. item omnes leges quas allegavi. &c. ff. de var. & extraordinar. cognit. & dixi quæstione præcedente n. 4.

Decisio.

3 Sed † respondi, non impedire hæc, quò minus integrum anni extremi salarium debeatur.

1. Ratio decidendi.

4 Advocati † enim eo ex genere sunt, quorum non opera solùm, sed probitas etiam atque scientia, studiumq; omni tempore paratum spectatur,

quiq;

quiq; idcircò promissum ipsis annuum salarium totum consequuntur, modò vel minimam operæ partem, anno eo, navare cœperint.

text. in l. post duos. 15. §. his quoq. 1. C. de advocat. diversor. judiciorum. Bart. in d. l. Præses. 1. §. Divus Severus. 13. n. 5. vers. quandoq. ad aliquod officium quod respicit & laborem & probitatem, &c. juncto n. 7. vers. si verò erat facienda præstatio annua, &c. ff. de var. & extraordinar. cognit.

5 Videturq; † hujus sententiæ esse ratio, quòd cùm unius rei duæ sunt causæ, tametsi una ex his cesset, altera tamen rem sustineat.

text. in §. affinitatis. 6. Instit. de nupt. l. si ventri. 8. §. in bonis. 2. ff. de privileg. credit. Bart. in l. liberorum. 11. in pr. n. 1. ibi. ex quo nota quod ubi dispositio, &c. ff. de his qui notant. infam. & in l. ex facto. 43. n. 45. vers. & de duabus rationibus, &c. ff. de vulgar. & pupill. substit. Ludovic. Roman. in l. apud Iulianum. 11. §. idem Iulianus. 1. n. 53. ibi. modò habemus regulam, &c. ff. ad SC. Trebell. Tiraquell. in reg. cessante causa limit. 22. n. 1. & seqq. Iason in l. cum filiosfamilias. 11. n. 146. ibi. confirmo ultra eum, &c. ff. de legat. 1. Seraphin. de juram. privileg. 100. n. 8. ibi unde quamvis cesset una, &c.

6 Ita † quidem ut etiam cum aliquæ tantum causarum reliquiæ supersunt, tota nihilominùs dispositio vigorem suum retineat.

Rota Rom. decis. 70. incip. Leo Quintus. n. 15. ibi. non obstat quod ubi remanent, &c. part. 1. in novissimis.

2. Ratio decidendi.

7 Quinimò † etiamsi nihil Advocati navârint operæ, ad salarium tamen consequendum sufficit per eos, quò minùs laborarent, non stetisse.

text. in d. l. Præses 1. §. Divus Severus. 13. ff. de var. & extraordinar. cognit. & in l. qui operas. 30 §. advocati. 1. ff. locati.

8 Id quod admodum in jure generale est: in † omnibus namque causis pro facto accipitur id, in quo non per eum, à quo fieri debet, sed per alium mora committitur.

text. in l. in omnibus. 39. & l. in jure civili 161. ff. de reg. jur. l. in jure civili 24. ff. de condit. & demonstrat. c. imputari. 41. & c. cum non stat. 66. extr. de reg. jur. in 6. facit l. Labeo. 50. ff. de contrahend. empt. l. Iulius Paullus. 81. in fin. ff. de condit. & demonstrat. l. uter ex fratribus. 23. in fin. ff. de condit. institut. l. in illa. 50. §. item stipulatione. 1. l. in exsecutione. 85. in fi. ff. de verb. obligat. l. cum avum. 1. ibi. aut Anthylli filio recusante. C. de instit. & substit. l. in legatis. 1. vers. sed si per te. C. de his q̃ sub modo.

9 Atq; † hac ratione refellitur simul, quod in contrarium adducebatur, non videri eum qui epistolam tantùm exaravit, advocationem præstitisse; nam si non impedierit ipse, quin plus operaretur, perinde est ac si plura fecisset.

10 Et † verò de eo quoque tantùm tractat objectio, qui

qui quod docendi munere fungitur, advocatione prohibetur, quam advocationem nudâ epistola aut colloquio consiliovè gratuito præstare non intelligitur,

text. in d. l. Paulus respondit cum qui. 8. §. Paulus. 2. ff. de legationib.

11 Nisi † etiam omne Advocati officium in sese susceperit, quòd non tantùm ingenio, scientiâ consilioq; pollere Jurisconsultum, sed ea quoq; ceu Advocatum clientulo addixisse, operamq; suam non perfunctoriè, sed seriò paratam toti causæ habere oportere, demonstravimus.

suprà n. 4.

QVÆSTIO VI.

An advena ad hæreditatem admittatur, cùm in patria ejus advenæ à successione incolarum prohibentur?

SUMMARIA.

1. *Successio apud Anglos non conceditur extraneis inter collaterales. Declaratur hoc jus ibidem n. 10.*
2. *Statuto loci pro subditis contra advenas, uti possunt advenæ in sua civitate, contra omnes statuentium subditos.*
3. *AEquum mihi contra alios, æquum quoq; contra me & omnes de corpore meo existentes videri debet.*
4. *Ius, quod in alterum statuimus, ipsi servare debemus. Ampliatur ibidem n. 5.*
6. *Vniversitati servitus pascendi quæritur quoad omnes, si aliqui ex universitate nomine eius eo jure utuntur.*
7. *Arbitri sententia universitati adiudicans jus lignandi vel pascendi etiam futuris Vniversitatis habitatoribus prodest.*
8. *Vniversitatem quæ spectant, in ijs novi incolæ supervenientes continentur.*

9. Vni-

9. *Universitas eadem semper est.*
11. *Iura non in singulas personas, sed generaliter constituuntur.*
12. *Hæreditatem, utensilia & res expeditorias Saxones non concedunt eorum locorum subditis, quæ extraneos ab hæreditate excludunt, vel utensilium & expeditoriarum successionem non agnoscunt.*

1 ADvenis † in Anglia non est successio in hæreditate collateralium: Cùm itaque mortuus esset incola civitatis Gedanensis, qui sorores haberet in Anglia viventes, quæsitum est, an illis concedenda fratris hæreditas esset, cum Statutis Gedanensibus collateralium successiones longè ulterioribus non denegarentur? Respondi, propter commemoratum Anglorum jus, non posse sorores hasce ad fatris successionem admitti.

2 Æquissimum † est enim, ut quod jus à magistratu aliquo pro subditis suis contra advenas generaliter statutum est, eodem jure & ipsi subditi utantur, non tantùm postulante eo, qui læsus est, sed omni alio advenâ, qui quandoque hoc nomine in illa civitate experitur.

text. in l. hoc edicto. 1. in pr. & §. 1. & l. si quis iniquum. 3. §. hac pœna. 2. & ibi gl. in verb. quandoq. experitur. ff. quod quisq. juris.

3 Quò † fortassè & Molinæus respexit, cum diceret, quod cuipiam videtur æquum esse contra alios, idem ei videri æquum debere non adver-

ſus ſeipſum tantùm, ſed omnes quoque qui ſunt de ejus corpore.

Molinæ. in regulas cancellariæ Rom. reg. 18. tit. de infirmis reſignantibus. n. 230. verſ. quod ergò ſibi videtur æquum, &c.

4 Quæ † ſententia ex intimis juris naturalis, imò ipſiſſimis ſapientiæ divinæ principiis profecta eſt, ut quod quisq; juris in alterum ſtatuerit, eodem & ipſe uti non recuſet.

Matth. c. 7. verſ. 12. Luc. c. 6. verſ. 31. Tob. c. 4. verſ. 16. c. juſtum 2. ibi nec in ſe poſſe damnare jura. diſtinct. 9. c. cùm omnes 6. § cùm igitur. extr. de conſtit. c. pro illorum. 22. §. quia verò ibi. cum nobis legem imponere non debeant, &c. extr. de præbend. l. cùm in eo eſſet. 44. ibiq; gloſſ. fin. ff. de pact. & l. altiùs. 15. ff. ſi ſervit. vindicet. l. frater à fratre. 38. in fin. princ. verſ. porrò eum quem. ibiq; gloſſ. in verb. oportet. ff. de condict. indeb. l. ſi negocia. 31. in fin. ibiq; gloſſ. fin. ff. mandat. l. quotiens. 9. §. & generaliter. l. cum hæreditas. 59. ff de adminiſtrat. & pericul. tutor. ſac. l. vindicantem. 17. ff. de eviction.

5 Idq; † non tantùm ſinguli faciant adverſus ſingulos, ſed etiam Univerſitates totæ, licet effectu

6 ipſo res ad ſingulos redeat: Nam † & in juribus prædiorum acquirendis, velut ſervitute paſcendi, & ſimilibus, quanquam non omnium ex univerſitate, ſed quorundam ſolummodò animalia in fundo alieno paſcuntur, tamen quoties id ea fit

fit mente & instituto, quod hoc jus sit Universitatis, toti Universitati, atque ita & cæteris, qui nunquam pecora sua paverunt, idem jus acquiritur.

Cæpoll. de servit. rust. prædiorum c. de servit. juris pascendi. 9 n. 26. ibi. qui dicit quod si aliqui, &c.

7 Arbitri † quoque sententia, quâ pronunciavit, incolas loci alicujus lignatione & pascuis uti posse in prædio aliquo, non tantùm eos comprehendit, qui arbitrii tempore locum eum inhabitârunt, sed qui & postea eò sese habitandi causa, contulêre.

Cravett. cons. 252. incip. Proponitur quod magnificus. n. 3. vers. alibi scribit mirabilius, &c.

8 Nam † in his quæ Universitatem spectant, etiam recens supervenientes incolæ continentur. Cùm
9 semper † eadem sit, & censeatur esse Universitas.

Cravett. d. cons. 252. n. 3. vers. quia in his quæ respiciunt Universitatem, &c.

10 Non † est autem dubium Anglos Constitutione ista, universam provinciam suam, aut civitatem illam, in qua id jus instituerunt, voluisse compre-
11 hendere: Jura † enim non in singulas personas, sed generaliter constituuntur:

l. jura non in singulas. 8. ff. de legib.

12 Saxonicis † sanè legibus res hæc omni caret controversiâ, iis enim hoc nominatim statutum est, ut nihil hæreditatis, utensilium, ac rerum expeditoriarum capere queant, eorum locorum habi-

habitatores, quæ aut domicilio defuncti hæreditates penitùs denegant, aut utensilium & expeditoriarum rerum distinctionem non agnoscunt. *text. art. 19. incip.* Der Schwab nimpt Heergerehte. *vers.* Oder als fern er gezeugen mag. *ibiq. gl. nova lit. C. incip. Nota istum textum lib. 1.* Landrecht. *& Constitut. Electoral. Saxon. 38. tit.* Ob vnd wie weit das *Ius retortionis, &c. part. 3.*

QVÆSTIO VII.

An & quatenus doli actio cum aliis actionibus concurrat?

SUMMARIA.

1. *Doli actio in negotio civili competit, quoties dolus intervenit. Declaratur ibidem n. 2. 11. & n. 17.*
3. *Doli actio cur in contractibus innominatis competat, interveniente dolo. & n. 4. 5. 6. 7.*
4. *Dolo contractus innominati penitùs viciantur.*
6. *Nullum quod est, nullum parit effectum.*
8. *Intellectus* l. naturalis. 5. §. quod si faciam. 3. ff. de præscript. verb.
9. *Dolosè facit dare recusans, quod debet.*

10. Hein-

10. Heinrici Heydeccii *sententia seponitur.*
12. *Intellectus* l. si mandato. 59. §. Paulus respondit. 1. ff. mandat.
13. *Intellectus* l. si fidejussor. 1. C. de dolo.
14. *Fideiussio suâ naturâ, solvendi tantùm habet mandatum, non etiam pignoris redimendi.*
15. *Mandati actio cessat, ubi fines mandati exceduntur, præsertim incommodo mandatoris.*
16. *Actionibus pluribus concurrentibus, quod una non consequimur, id altera licet persequi.*

1 QVotiescunque † dolus in negociis civilibus committitur, generaliter quidem per rei naturam doli actio competit,

text. in l. Divus. 7. § nec intra has. ff. de in integ. restit. l. si cum exceptione. 14. §. eum qui. 13. ff. quod met. caus. l. si fideiussor. 19. ff. de dol. l. verum. 11. in pr. ff. de minor. l. & si quis. 14. §. si cui. 2. ff. de religios. & sumt. fun. l. si servus. 21. in pr. ff. de evict. l. si si fidejussor. 1. C. de dol. juncta. l. si mandato. 59. §. Paulus respondit. 1. ff. mandat.

2 Sed † jurisdictione Prætoris ita temperata res est, ut nemini actionem tàm famosam instituere permittatur, nisi omni alio remedio deficiente: *Regula.*

d. l. Divus. 7. in fin. ff. de in integ. restit. l. 1. §. ait prætor. 4. & §§. seqq. l. & eleganter. 7. § non solùm. 3. ff. de dol. l. de dolo. 2. C. eod. tit.

3 Quæ † res lucem magnoperè affert definitioni nostræ, quòd in contractibus innominatis, cùm *1. Declaratio regulæ.*

 dolus

dolus intercessit, omninò de dolo tantùm agendum sit:

dixi infrà quæst. 11. incip. Vulgò existimatum. n. 20.

4 Nam † cùm interveniente dolo, contractus innominati nulli efficiantur, penitusque inutiles.

dixi modò relata quæst. 11. n. 23.

5 Non † potest ea, quæ hisce contractibus assignata
6 est, in factum civilis actio inde oriri: Nam † quod nullum est, nullum potest parere effectum.

text. in l. bovem. 43. §. si sub conditione. fin. ibi inutiliter agitur, quia nondum perfecta emtio, &c. ff. de ædilit. edict. l. nam etsi sub conditione. 5. ibi. quia nullus est. ff. de iniust. rupt. vel irrit. testam. Zas. cons. 5. incip. Ex facto deducitur. n. 71. ibi. quia quod nihil est, &c. lib. 1. Dan. Moller. lib. 3. semestr. c. 44. incip. Titius & Seius. n. 4. ibi. cum quod nullum est. &c.

7 Sola † igitur de dolo actio supermanet.

2. Declaratio regulæ.

8 Ex quo † patet, quare in articulo facio ut des, si posteaquam feci, tu dare cesses, præscriptis verbis actio non detur, sed doli?

l. naturalis. 5. § quod si faciam. 3. ff. de præscript. verb.

9 Dolosè † enim facis quòd dare recusas.

l. depositum. 1. in fin. ff. depos. l. si si procuratorem. 8. §. dolo. 9. l. dolus. 44. ff. mandat. Alex.

cons.

conf. 164. incip. Præsuppono primò circa cosultationem. n. 2. vers. pro hoc facit, quia non reddere, &c. lib. 5.

10 Quare † non assentior Heinrico Heydeccio, Jurisconsulto ingeniosissimo pariter mihiq; desideratissimo, actionem de dolo, pro actione ex contractu propter dolum, interpretanti.

in tractatu suo de præscript. verb. thesi. 27. incip. Quocirca omninò statuendum est.

11 Porrò † evenit etiam quandoque, ut alia quidem actio quadantenus competat, sed omnes præsentis negocii casus non comprehendat, quoties itaque per eam actionem non satis actori consulitur, tunc sanè quasi cunctis aliis remediis cessantibus, ex doli actione ejus quod reliquum est, petendi subsidium assumitur. *3. Declaratio regulæ.*

12 Colligo † id ex *l. si mandato. 59. §. Paulus respondit. 1. ff. mand.* ubi vel principium legis, vel titulus satis evincit, mandato debitoris fidejussorem pignus à creditore comparasse, aut saltem expediisse Actori, ut pignus per fidejussorem redimetur, mandati igitur hoc nomine actio competit. *l. si quis pro eo spoponderit. 46. ff. mandat.* Aliter † *in l. si fideiussor. 1. C. de dol.* ubi de mandato in hanc rem extenso nullum verbum; fidejussio † autem per sese ac sua natura solvendi tantùm habet mandatum, *text. in l. idemq. 10. §. fideiussores. 11. ff. mandati.* non etiam emendi

 pigno-

15 pignoris; Cessat † igitur heic mandati actio, cùm fines mandati excesserit, *l. diligenter. 5. in pr. ff. mand. l. cùm mandati. 12. C. eod. tit.* mandatoris incommodo: *d. l. si quis pro eo. 46. ff. mand. fac. l. fideiussor. 2. in fin. ff. de pignor.* aut si non planè cessat, insufficiens tamen est, quoad redemptionem pignoris à fidejussore factam in specie, *d. l. 1. C. de dolo.* ideoque saltem quoad hunc casum ad doli actionem confugietur.

16 Cujus † rei ratio ex generali illa juris regula est, ut pluribus actionibus concurrentibus, quod una non consequimur, id altera persequi possimus.

l. unde quæritur. 7. in fin. ff. commod. l. sed si ex causa. 47. ff. pro soc. l. prædia. 28. in fin. ff. de act. empt. l. cum ex uno. 32. l. qui servum. 34. in pr. l. quotiens lex. 41. §. si ex eodem. 1. ff. de obligat. & act. l. si furtim. 1. l. sed si arboribus. 11. ff. arbor. furt. cæsar. l. qui rem. 1. in fin. ff. vi bon. rapt.

17 Atque † hoc sensu accipiendæ sunt reliquæ leges omnes, quæ una eademq; in specie modò civilem aliquam, modò & doli actionem dari palàm profitentur.

ut est d. l. Divus. 7. §. nec intra has. 1. ff. de in integr. restitut. & l. si cum exceptione. 14. §. eum qui. 13. ff. quod met. caus. l. verum. 11. in pr. ff. de minorib. l. & si quis. 14. §. si cui. 2. ff. de re-

de religios. quibus locis doli actio concurrere dicitur, cum restitutione in integrum, & cum actione quod metus causa, & cum aliis extraordinariis remediis: discutiat heic quæso Lector benevolus, naturam cujusque actionis, reperiet semper aliquid in hisce aut aliter aut minus impetrari quàm actione doli.

QVÆSTIO. VIII.

Debito soluto qua actione chirographum repetatur?

SUMMARIA.

1. *Condictio sine causa datur ad chirographum repetendum, debito soluto.*
3. *Veritas rei gestæ in contractibus, Scripturæ anteponitur.*
4. *Actionibus personalibus triginta annis præscribitur.*
5. *Actioni personali Saxonico jure 31. annis, & sex septimanis præscribitur.*
6. *Condictioni sine causa præscribitur tempore longissimo.*

7. Protestatio debitoris statim a soluto debito facta, juvat protestantem, ut eo durabilior sit actio ad chirographum condicendum.

1 CONfessus † est quis data syngrapha sibi emtum esse linum, cùm nihil ei numeraretur, sed tantùm fidejubendi causà, pro altero sese obligaret; debito dissoluto, potest hic condictione sine causa syngrapham suam repetere.

text. in l. est & hac species. 1. § sive ab initio. 2. l. qui sine. 3. ff. de condict. sine causa. l. cùm & soluta. 3 C. de condict. indeb.

2 Quod † si adversarius urgeat, nihil syngraphâ de intercessione contineri; replicandum est, hoc
3 non esse gestum, sed illud; In † contractibus autem rei veritatem potiùs quàm Scripturam attendi oportere.

text. in l. in contractibus. 1. & duab. ll. seqq. C. plus valere quod agitur.

4 Cùmque † omnis actio personalis ad minimum non nisi triginta annorum præscriptione summoveatur.

l. sicut. 3. l. cùm notissimi. 7. §. quamobrem. 1. vers. in actione scilicet personali. C. de præscript. 30. vel 40. annor.

5 aut † jure Saxonico triginta uno annis & sex septimanis.

Dan. Moller. lib. 2. semestr. c. 18. incip. Cùm hodiè. n. 4. ibi. verum his omnibus non obstantibus,

bus, &c. & dixi infra quæst. 34. incip. Dubitationem hanc. n.12. ibi, præterea quoties pecunia, &c.

6 Sequitur, † condictioni huic, quæ & ipsa personalis actio est,

Matth. Wesenb. in paratit. ff. si cert. petat. n. 14. ibi. nunc de ultima parte, &c.

non aliter nisi memorato tempore longissimo præscribi.

7 Atque † hæc vel maximè procedunt, cùm statim post dissolutam, quæ verè debebatur, pecuniam contestatio per syngraphæ authorem facta est.

arg. l. si non est numeratum. fin. C. de condict. ex lege.

QVÆ-

QVÆSTIO IX.

In re petitâ cujus temporis æstimatio servanda sit?

SUMMARIA.

1. *Moram committens in re præstandâ tenetur ex eo tempore ad omnem rei causam & utilitatem.*
2. *AEstimatio rei non præstitæ refertur ad tempus moræ. & n. 10.*
3. *Mora in bonæ fidei judicijs fit, quàm primùm res efficaciter debetur, in strictis judicijs à lite contestata.*
4. *AEstimatio in bonæ fidei judicijs refertur, aut ad tempus quo solvi res debuit, aut quo res judicatur. n. 5. Declaratur n. 6.*
7. *AEstimatio in strictis judicijs fit aut ad tempus litis contestatæ, aut rei judicandæ. n. 8. declaratur n. 9. limitatur n. 12. 14.*
11. *Mora versatur usq; ad condemnationem.*
12. *Re ante litem contestatam perempta, æstimatio fit ex tempore mortis. & n. 14. Declaratur n. 15.*
13. *Frustratio sua nemini prodesse debet.*
16. *AEstimatio, in obligatione in diem, fit ad diem stipulatione comprehensum.*

17. AEsti-

17. *AEstimatio in obligatione in diem super qua deinceps satis acceptum est, fit ex eo tempore quo creditor satis accepit.*
18. *Solutionis loco frequentissimum est tantùm satisfieri.*
19. *Satis accipere quis dicatur.*
20. *Intellectus* l. cum quis. 21. ff. de obl. & act.
21. *Fur semper moram facere videtur.*
22. *AEstimatio in condictione furtiva fit ad id tempus, quo res unquam plurimi fuit.*

1 CUm † moram committens in præstando solvendoq; eo, quod debet, teneatur ex eo tempore, & rem præstare, & omnem rei causam, atq; utilitatem, usque ad tempus rei judicatæ, sic ut omnia illa habeat petitor, quæ habiturus fuisset, si Reus justo rem tempore restituisset:

dixi in quæstione 25. an in fideicommisso fructus veniant, &c. n. 42. & seqq. usq; ad fin. per textus illic adductos, quod autem adjeci heîc: usque ad tempus rei judicatæ. ejus optimam rationem habes *in l. 1. §. nec tamen. 2. vers. quid enim. ff. de usur. & gl. in l. Iulianus. 17. in pr. ad verb. judicatæ tempus. ff. de rei vindicat. eleganter Panor. in c. auditis. 8. n. 10. vers. Innocentius cuius dictum, &c. ext. de procurat.*

2 Quæri † solet, cùm aut non vult Reus, aut non potest præstare rem, cujus sit temporis æstimatio ineunda? quam equidem sic existimo quæstionem

nem esse terminandam, ut ipsum illud moræ tempus inspiciamus tàm in bonæ fidei,

l. hominem 37. ibi. quo solutus sit. ff. mand.

quàm stricti juris judiciis.

text. in l. in hac actione. 3. ff. de condict. triticiar. ubi posteaquam multas visiones sive casus enumerâsset faciendæ æstimationis, tandem ad omnes concludit his verbis: Quare ad tempus moræ in his erit reducenda æstimatio.

3 Mora † autem in bonæ fidei judiciis fit ab eo statim tempore, quo res efficaciter debetur, in judiciis strictis à tempore litis contestatæ.

patebit hoc ex sequentib. ideò heîc allegationes supervacaneas adducere nolui.

4 Igitur † in bonæ fidei judiciis æstimatio refertur, aut ad id tempus, quo res jure & peti poterat, & solvi debebat..

d. l. hominem. 37. ibi. ad id potiùs tempus quo solutus sit. ff. mandati. l. datio. 3. §. si per venditorem. 3. ff. de act. emt.

5 aut † quo lis in condemnationem deducitur,

d. l. datio. 3. §. si per venditorem. 3. ff. de act. emt. l. sed mihi. 3. §. in hac actione. 2. ff. com.

6 utro † scilicet pluris fuerit.

d. l. datio. 3. §. si per venditorem. 3. ff. de act. emt. Quod igitur *in d. l. sed mihi. 3. §. in hac actione. 2. ff. com.* solius temporis rei judi-

judicandæ mentio fit, id non excludit tempus alterum, reliquis legibus expressum, est enim & notissimum, & vulgatissimum, ut legem unam, generaliter indefiniteq; loquentem, explicemus ex aliis legibus specialius rem tractantibus.

7 In † strictis judiciis, si nihil dictum sit, æstimatio ponitur, aut ad tempus id quo judicium accipitur,

l. sed mihi. 3. §. in hac. 3. ff. com. l. vinum. 22. ff. de reb. cred. l. fi. ff. de condict. triticiar. fac. l. quid tamen. 21. in fin. ff. de arbit.

8 aut † etiam similiter ad tempus rei judicandæ.

l. in hac. 3. in pr. ff. de condict. triticiar.

9 nempe † utro res pluris fuerit,

d l. 3. ibi. ne ad exiguum precium æstimatio reducatur. ff. de condict. triticiar.

10 cùm † totum hoc æstimationis negocium ad moræ tempus reduci oporteat,

dixi suprà n. 2.

11 mora † autem versatur usque ad condemnationem.

dixi suprà n. 1. vers. quod autem adieci heîc, &c.

12 Quod † si res petita perierit, aut homo in rebus humanis esse desierit, ante litem contestatam;
13 quando † nemini frustratio sua prodesse debet,

l. hominem. 37. in fin. ff. mand.

14 Æstimatio † fit secundum id tempus, quo è vita excessit, sive quo periit, quod petitum est.

l. in hac 3. ff. de condict. triticiar.

15 Quod † tamen ἐν πλάτει spectandum, ne novissimum tempus æstimetur, atque ita ad exiguum precium reducatur æstimatio.

d. l. in hac. 3. vers. sed etiam. ff. de condict. triticiar.

16 Quando † autem obligatio in diem certum collata est, æstimatio fit ad eum diem, qui stipulatione comprehensus est.

text. l. vinum. 22. ff. de reb. cred. l. fin. ff. de condict. tritic. l. quotiens in diem. 59. ff. de verb. obligat.

17 Sed † quid si is, qui in diem stipulatus mercem est, debitore ad diem non solvente, aliam pro solutione satisfactionem admittat, fidejussorem scilicet accipiendo? æstimatio sanè non ex die convento capietur, sed ex eo, quo satis accepit.

18 *l. cum quis. 21. ff. de obligat. & act.* Est † hæc praxis hodiè, fuitq; etiam olim frequentissima ut non solutione tantùm, sed aliis compluribus modis perinde creditori satisfieret, ac si pecunia fuisset adnumerata *text. in l. si rem. 9. §. omnis. 3. & in pr. & vers. satisfactum. ff. de pignorat. act.* hoc au-

19 tem † satisfactionis genere qui contentus est, is satis accipere dicitur, *l. stipulationum. 5. §. satis autem accipere. 3. ff. de verb. oblig.*

quo

20 quo † etiam verba *d. l. cum quis. 21. de oblig. & act.* utitur, unde eam de hoc casu intelligo.

21 In † condictione furtiva speciale quiddam est: ibi enim furis odio, & quod semper moram facere videatur, in † æstimandâ re id tempus spectandum est, quo res unquam plurimi fuit.
22

l. in re furtiva. 8. §. si ex causa. 1. ff. de condict. furtiva.

QVÆSTIO X.

Quænam vera actionum in factum natura & differentia sit?

SUMMARIA.

1. *Actionis nomen libello exprimi non est necesse.*
2. *Actionis instituendæ substantialia ignorare periculosum est.*
3. *Contractus innominati varia sæpè, & ad quod genus conventionis pertineant, cognitu difficilia pacta habent.*
4. *Ad Actionem in factum devenitur, in actione quæ nomen non habet.*
5. *Iure destituti in mero facto manemus.*

6. *In Factum actio dicitur quæ non ex verbis, sed mente tantùm legis competit.*
7. *Actio ex mente legis competens, ex ipsa lege dari rectè dicitur.*
8. *Ipso jure quod competit, Prætoris jurisdictione non indiget.*
9. *A Prætore vivo non opus est impetrare ea, quæ à Prætore mortuo concessa sunt.*
10. *In Factum actio prætoria quæ dicatur?*
11. *Prætor jus civile semper imitatur.*
12. *In Factum actio civilis unde sit, & quomodo appelletur? & n. 13. 14. 15. 16.*
17. *Præscriptis verbis actio quid sit?*
18. *Præscriptis verbis in actione cur res gesta demonstrari dicatur?*
19. *Præscriptis verbis actio non ex pacti placitis, sed ex re tantùm nascitur.*
20. *Contractus innominati factis incipiunt & perficiuntur, utriusq; contrahentis respectu: & n. 21. 22.*
22. *Contractum innominatum quamdiu uterq; re non perficit, imperfectus manet contractus.*
23. *In contractu innominato nondum utrinq; perfectè adimpleto, pœnitere ei qui cœpit, licet.*
24. *In contractu perfecto, non licet pœnitere, etiam ante implementum.*
25. *In contractu innominato, Reus aut implere, aut data restituere potest.*
26. *Præscriptis verbis actio cur appelletur incerta?*
27. *Præscriptis verbis actio quomodo ab alijs in factum actionibus differat? & n. 28. 31. 32.*

29. Sub-

29. *Subrogata actio induit naturam eius cui subrogatur.*
30. *Subrogatum sapit naturam eius rei, cuius loco substituitur.*
33. *Advocati in forum venientis, qua cura esse debeat?*
34. *Actor in formando libello quid provideri debeat?*
35. *Reo quid in lite contestandâ prospiciendum sit?*
36. *Libellus declarari usque ad sententiam potest.*
37. *Libelli declarationem usque ad sententiam differens expensas refundere tenetur. Declaratur ibidem n. 38.*

1 SUmmum mihi in foro versanti laborem nonnunquam peperit, actionis, ex re propositâ, competentis investigatio: nam † etsi hodiè nomen ejus imprimere libello non est opus;

Cæpoll. de servit. rust. c. de servitute viæ. 3. n. 45. vers. sed tu dicas quod hodiè, &c.

2 Ipsam † tamen actionem, quæ commodissima actori sit, ejusq; substantialia ignorare, maximum causæ discrimen affert,

per ea quæ tradit Ioan. Dauth. in tractatu de testament. n. 393. vers. hac Salyceti sententia est periculosa, &c.

3 præsertim in contractibus, & quidem innominatis, in quibus † adeò varia & intricata sæpè adjiciuntur pacta, ut ad quodnam sint

ſint conventionis genus referenda, quandoque vix doctiſſimi queant intelligere.

arg. l. 1. §. ſi quis ſervum. 9. & quatuor §§§§. ſeqq. ff. depoſiti. l. ſi tibi. 13. in pr. & §. 1. l. apud Labeonem. 20. §. item Mela. 1. ibi. ſed non exprimit de actionibus. ff. de præſcript. verb. l. in omni. 2. in fin. ff. de jur. & fact ignorant.

Quare non abs re facturum me putavi, ſi in forum ingredientibus, actionum earum, quæ in factum appellantur, naturam paucis explicâro.

4 Tenendum † eſt igitur, cùm obligationes quidem exiſtunt, quarum tamen actiones nullum in jure nomen habent, ad eos nos actiones, quæ in factum appellantur, ſolere deſcendere.

l. nonnunquam. 1. in pr. ff. de præſcript. verb.

Quæ res à vulgari juris ratione proficiſcitur, eſt

5 enim † hoc generale, ut ubi jure deſtituimur, in mero facto maneamus.

l. ſi unus. 27. §. pactus ne peteret. 2. ff. de pact.

1. In factum actio.

6 Et † quidem quando aliqua in lege certam ſive nominatam habemus actionem, caſus autem incidit, qui verbis legis contineri non videtur, in factum actio dari dicitur, quæ non tàm ex verbis, quàm ex mente ſive ſententiâ legis, per interpretationem venit.

de qua eſt text. in l. partis. 10. ff. de præſcript. verb. l. in laqueum. 55. ff. de acquirend. rer. dom. text. optimus. in l. quæſitum 8. in pr. verſ. aut ſi quis dixerit. ff. de precar. l. ſancimus nemini. 21. (aliàs l. 18.) ibi. ſive per in factum actionem. C. de SS. Eccl.

Sed

7 Sed † cùm talis actio nihilominus ex lege illa dari rectè dicatur,

l. nominis. 6. in fin. ff. de verb. significat.

8 Jurisdictione † Prætoris non indiget, sed ipso jure civili competit.

text. in l. municipem. 1. in fin. ff. ad municipal.

9 Nam † ut Zasius ait, non opus est à Prætore vivo impetrare ea, quæ jam pridem à Prætore mortuo concessa sunt.

Zas. in l. hoc edicto. 1. §. nunciatio. 2. n. 1. vers. ex quo collige, quod ea quæ sunt concessa per Prætorem mortuum, &c. ff. de oper. nov. nunciat.

10 At † cùm certæ illæ, quæ legibus proditæ sunt actiones, ad præsens fortè factum, neque verbis, neque sententiâ accommodari possunt, lex tamen ipsa justa est, ac necessaria, supplet Prætor in eo, quod legi deest, reddendo actionem in factum prætoriam. *2. In factum actio.*

text. in l. quia actionum. 11. ff. de præscript. verb. Cuius actionis exempla passim sunt obvia, ut in l. si servum meum. 33. in fin. ff. ad l. Aquil. & in l. in hac actione. 3. §. interdum. ff. ad exhibend.

11 Quod † ut aliàs ita heic quoque Prætor fecit juris civilis imitatione.

arg. l. jus autem civile. 7. §. jus prætorium. 1. ff. de justic. & jur.

12 Hæc † autem ratio separatim in conventionibus valdè eminet, nam si in contractum incidamus, *3. In factum actio.*

civili jure approbatum quidem, sed nomine carentem, ad hoc gen⁹ actionis in factū pervenim⁹,

d. l. nonnunquam 1. in pr. & tribu. lll. seqq. ff. de præscript. verb.

13 quæ † ista in specie, quo à Superioribus illis facilius dignoscatur, in factum civilis,

l. 1. in fin. l. naturalis. 5. § at cum do, 2. in fin. ff. de præscript. verb.

14 incerta † vel incerti,

l. jurisgentium. 7. §. sed & si. 2. ff. de pact. l. insulam. 6. l. si dominus. 8. l. ob eam causam. 9. ff de præscript. verb. l. duo. 19. in fin ff. de precar. l. rebus. 6. C. de rer. permut.

15 & † nonnunquam utilis,

l. cum mota 6. in fin. C. de transact.

16 frequentius † autem præscriptis verbis actio appellatur.

l. si quis affirmavit 9. §. Labeo. 3. in fin. ff. de dolo malo l. nam cum. 2. l. naturalis. 5. §. at cum do. 2. l. si tibi. 7. l. si dominus. 8. l. si tibi. 13. in fin. l. si gratuitam. 17. in pr. & §. 1. 2. 3. 5. l. si apud. 18. l. rogasti. 19. l. apud. 20. in pr. & in fin. l. si tibi. 22. l. Titius. 24. sub fin. & duab. ll. seqq. ff. de præscript. verb. l. si filia. 20. §. si pater. 3. ff. famil. erciscund. l. depositum. 1. §. si quis. 9. & §. seq. ff. depositi. l. ait Prætor. 2. § & naturalem. 2. ff. de precar. d. l. cum mota. 6. in fin. C. de transact. l. cum precibus. 4. l. rebus. 6. l. ea lege. 8. C de rer. permut.

Quam

17 Quam † non invenienter sic describemus, quod sit actio civilis, bonæ fidei, quæ ex contractu innominato oriens, verbis præscriptis rem gestam demonstrat, intentione incertâ, an data recuperaturus actor, conventorumvè impletionem, aut id quod interest, in exitu judicii sit consecuturus.

18 Generis † loco rem gestam demonstrari dicimus, ut ostendamus, nō hoc loco obligationem certam & firmam allegari, ut in contractibus nominatis, sed rem solummodò, quæ & quoad gesta

19 est, proponi, sic † ut actio nascatur, non ex pacti placitis, sed ex re tantùm.

text in l. ex placito. 3. in pr. C. de rer. permut. idq; sensit fortassè etiam Cuiac. in lib. 4 observ. 7. in pr. dum hanc præscriptis verbis actionem, ex tacito negocio magis oriri dicit, quàm ex negocio contracto. Vide infrà quæst. seq. n. 19. & 27.

20 Nam † in hisce contractibus innominatis, conventio à factis sive cum factis incipit, iisq; adeò est implicata, ut sine illis nec esse incipiat, nec ad perfectionem suam possit pervenire,

l. naturalis 5. in pr. ff. de præscript. verb. (uti ob rē dati tractatus appellatur, quod essentiam nullam aliam consequatur, quàm ex re, quod non est in contractibus nominatis, qui substantiam suam habent ex aliis suis certis in jure expressis formis) Alexand. in l. filia licet. 12. n. 3. vers. secus in contractib. innominatis, & c. C. de collat.

21 Seu † priorem spectes incipientem,

l. sicut. 1. §. item emtio. 2. vers. permutatio. ff. de rer. permut.

22 Seu † implentem alterum, quorum quamdiu uterque perfectè ita non facit, ut natura conventionis exposcit, contractus imperfectus manet,
23 eiq; † qui aliquid jam dedit aut fecit, pœnitere & revocare gesta sua licet;

l. si quis accepto. 4. & l. si pecuniam. 5. l. dedi. fin. ff. de condict. causa dat. l. si cùm patruus. 1. in fin. C. de rer. permut.

24 Quod † certè non permitteretur, si conventio omni ex parte perfecta esset.

l. sicut. 5. C. de obligat. & act. l. ab emtione. 58. ff. de pact.

25 Rursum † etiamsi is qui initium fecerat, condictionem datorum eligat, adeò languida tamen rei conventi obligatio est, ut in liberrimo ejus arbitrio versetur, malitnè etiamnum implere placita, aut data restituere.

text. in l. cum precibus. 4. in fin. ibi. causa non secuta, & in l. quoniam adseveras. 5. ibi. vel si causam propter quam fundus datus est, sequi non perspexerit. C. de rer. permut. (ubi non opus judici esset videre an causa sequeretur, si cogere eum præcisè ad eam efficiendam posset.) *l. 1. in fin. C. de rer. permut.* (ubi dicitur, Actori si datorum repetitionem eligat licere quidem id postulare, sed tamen restitutionem fieri cum ratione,

ne, hoc est, conditione ea, de qua modò diximus) *l. naturalis. 5. §. & si quidem. 1. & §. seq. l. si tibi. 7. l. ob eam. 9. ff. de præscript. verb.* (ubi dicitur, actione ista non simpliciter ac præcisè peti posse, ut reddantur data, sed judicem officio suo condemnare Reum vel ad promissa conservanda, vel si nolit Reus ad id quod interest præstandum, aut ad data refundenda.)

6 Atq; † hæc causa est, cur actio præscriptis verbis modò incerta, sive incerti actio appelletur, modò incerti intentio, modò incerti condictio.

text. in l. jurisgentium. 7. §. sed etsi. 2. ff. de pact. l. insulam. 6. l. si dominus. 8. l. ob eam causam. 9. l. permisisti. 16. in pr. ff. de præscript. verb. l. duo. 19. in fin. ff. de precar. l. rebus. 6. C. de rer. permut.

7 Intelligi † etiam hinc potest differentia hujus actionis, ab Superioribus illis duabus in factum actionibus, certæ † enim sunt illæ, non minùs, ac si ex ipsis legis verbis, aut mente proficiscerentur, cui seu Prudentum, seu Prætoris interpretatione aggregatæ sunt:

8 Induit † enim actio naturam actionis ejus, in cujus locum successerat.

text. in l. si eum. 10. §. qui iniuriarum. 2. ff. si quis cautionibus. Barthol. Brixensis, dominicali quæst. 74. incip. Aliquis impetravit literas. n. 2. vers. præterea si aliqua actio in locum alterius, &c.

30 Et † notum est subrogata naturam suscipere ejus rei, cui subrogantur.

c. Ecclesia 3. ibiq. glossa prima. extr. ut lite pendent. Andr. Sicul. inter consilia Alexand. cons. 55. incip. Perspectis his quæ in themate. n. 13. vers. subrogatum sapit naturam, &c. lib. 4. Iason in d. l. si eum. 10. §. qui iniuriarum. 2. n. 2. ibi. secundò nota in versiculo, quia, &c. & n. 18. ibi. verum quia iste textus tota die, &c. ff. si quis cautionibus. Andr. Tiraquell. de jure primogen. quæst. 55. n. 11. vers. nam quod in locum alterius subrogatur, &c. Menoch. cons. 148. incip. Permulta sunt & argumenta & rationes. n. 18. ibi. quia dicimus subrogatum sapere, &c. lib. 2. Hartman. Pistor. quæst. 20. incip. Cùm in feudis. n. 28. ibi. cum regulariter subrogatum, &c. lib. 2.

31 Præterea † superiores illæ duæ in factum actiones, non ex conventione modò, sed ex maleficio, quoque & aliis causis competere possunt, quoties scilicet aut mens legis id suaserit, aut Prætoris jurisdictio suppleverit.

l. actionum. 24. §. actionum. 1. vers. in factum actio. ff. de oblig. & act.

32 At † præscriptis verbis actio tantùm ex conventione venit.

ut patet ex supradictis. n. 12 17. & seqq.

33 Qui † itaque controversiis forensibus exercendis,

dis, operam suam atque industriam addicturi sunt, ii discent, opinor ex his, diligenter sibi, præsertim in tractandis mercatorum contractibus, advertendum esse, ad varias illas pactionum formas, quæ passim obligationibus admiscentur,
4 operamq; † dabit Actor, ut & cautè verfetur, in libello efformando, & id quò redigi quandoque causa possit, ipso agendi exordio comprehendat, ne tardius eò deflectenti, non actum de eo esse, neque petitum Reus objiciat:
5 Contrà † verò Reus in id intendat, ut si quid ab actore omissum libello sit, aut non ritè conformatum, ipse omnes defensionis suæ partes statim in initio atque in lite contestanda sic præmuniat, ut regressus Actori non pateat, ad ea quæ imprudente agendi principio prætermissa, demum in progressu judicii multum sibi ad victoriam profutura esse intellexerit, Quod sæpè fieri solet, cùm illi mox leviusculâ petitionis inflexione factâ, non emendare sese libellum ajunt, sed tantùm declarare, quod
36 usque † ad sententiam Actori permissum esse, apud omnes Pragmaticos increbuit.

Bart. in l. edita. 3. n. 9. ibi. quandoque volo emendare declarando obscuritatem, &c. C. de edendo. Modestin. Pistor. illust. quæst. 155. incip. Quidam egit iniuriarum. n. 7. ibi. unde cum reperirem, &c.

37 Quanquam † qui declarationem hanc usque ad

ad ſententiam diſtulit, eum expenſas refundere debere haud immeritò dixeris;

Vti adnotavit Andr. Barbat. in addit. ad Bart. in d. l. edita. 3. ſub n. 9. ad verb. quandcq; volo. C. de edend. addens ita fuiſſe obtentum.

38 Quod † ita verum eſſe puto, ſi hac declaratione, plus Actor impenſarum Reo accerſat, quàm aliàs in eum redundaſſet.

arg. l. Gracchus. 4. ibi. quod legitimè factum eſt, &c. C. ad l. Iul. de adulter. l. nemo damnum. 194. ff. de reg. jur. l. Servius. 3. §. ſi quis novum canalem. 2. ibi. nos & hìc opinamur, &c. ff. de riv. l. opus novum. 3. in pr. ff. de operib. publicis. l. altius. 8. in pr. C. de ſervit. & aqua. faciunt notata *Bartholomæi Cæpollæ in tractatu ſervitutum urbanarum c. de ſolo & area. 39. n. 2. verſ. quintò fallit, quando quis levaret &c. & c. de feneſtra. 62. n. 2. verſ. ſecundò fallit ſi vellem, &c.* quatenus ibi tractat, primùm impunè me feneſtram in meo facere, ac deinde tamen non jure me facere, quatenus ea res ad æmulationem vel damnum vicini inſtituitur.

QVÆ-

QVÆSTIO XI.

An præscriptis verbis actio sit bonæ fidei vel stricti juris.

SUMMARIA.

1. *Præscriptis verbis actio bonæ fidei est, in æstimatoria, permutatione & precario.*
2. *Inclusio unius cæterorum est exclusio.*
3. *Dolus in bonæ fidei actionibus, per illas ipsas actiones vindicatur.*
4. *Dolus in contractu innominato, interveniens, sola actione doli vindicatur.*
5. *Dolus in strictis judicijs non nisi doli actione vindicatur.*
6. *Condictiones omnes sint stricti juris.*
7. *Præscriptis verbis actio nominatur etiam condictio.*
Declaratur ibidem n. 30.
9. *Intellectus* §. actionum. 28. Instit. de actionib.
10. *Intellectus* l. ait Prætor. 2. §. & naturalem. 2. ff de precar.
11. *Dictio, Ex bona fide, infert actionem bonæ fidei.*
12. *Precarij nomine quomodo præscriptis verbis actio competat.*

13. *Contractus innominati similes sunt nominatis illis, quibus quàm proximè accedunt.*

14. *Contractus innominati omnes similes sunt contractibus nominatis bonæ fidei.*

15. *Vsuræ in contractibus innominatis debentur ex nudo pacto.*

Vsuras ex pacto nudo deberi, proprium est contractuum bonæ fidei.

Vsuræ in strictis judicijs ut debeantur, stipulationem desiderant.

16. *Symbolum habentia facilè inter se commutantur.*

18. *Ratio ubi eadem est, ibi idem quoque jus esse debet.*

19. *Contractus innominati non ex pacti placitis, sed ex re tantùm & initium & absolutionem capiunt. & n. 27.*

20. *Dolo interveniente, præscriptis verbis actio non nascitur in contractu innominato, sed doli tantùm actio. & n. 27.*

21. *Dolus palàm bonæ fidei adversatur. & n. 22.*

22. *Intellectus* l. permisisti. 16. §. fin. ff. de præscript. verb.

23. *Contractus innominati, dolo celebrati, ipso jure nulli sunt.*

24. *Dolo circumventus in contrahendo, non tàm pactus, quàm deceptus esse dicitur.*

25. *In contractu nominato quoties præscriptis verbis actio nascitur, ex bonâ fide nascitur.*

26. *In contractib. bonæ fidei nominatis, etiamsi dolus intervenit, actio tamen ex eo contractu subsistit.*

29. In contractu nominato bonæ fidei, omnia ea, quæ contra bonam fidem fiunt, vindicantur, actione ex eo contractu.

31. Præscriptis verbis actionem quæ & qualis condemnatio sequatur.

VUlgò existimatum hactenus ab omnibus est, præscriptis verbis actionem esse stricti juris, asseriturq; † sententia ista primum ex eo, quod hæc actio, in duobus tantùm, vel tribus contractibus, bonæ fidei esse perhibetur, videlicet in æstimatoria, & in permutatione, & cùm de precario agitur. 1. Ratio dubitandi.

1 *text. in l. actionum. 28. Instit. de act. l. actio. 1. in fin. pr. ff. de æstimatoria act. l. permutationem. 2. C. de rer. permut. l. ait Prætor. 2. §. & naturalem. 2. ff. de precar.*

2 Reliquos † igitur contractus stricti juris erit, cùm † unius inclusio cæterorum sit exclusio.

And. Sicul. inter cons. Alexandri cons. 55. incip. Perspectis his quæ in themate narrantur. n. 3. vers. quia inclusio unius, &c. lib. 4. Ias. in l. maritus. 11. n. 9. vers. quia unius inclusio, &c. C. de procurat. Guid. Papæ. cons. 28. incip. Consilium pro illustri. n. 3. col. 8. vers. quia unius inclusio, &c. Hartman. Pistor. quæst. 19. incip. Successionis feudalis. n. 71. ibi. inclusio enim unius, &c. lib. 2.

3 Quin † etiam, si præscriptis verbis actio bonæ fidei esset, certè dolo interveniente, actione doli 2. Ratio dubitandi.

 non

non foret opus, sed hac ipsâ præscriptis verbis intentione dolus posset vindicari, ut in aliis bonæ fidei judiciis.

l. & eleganter. 7. §. non solùm. 3. ibi. in ex emto quidem actione. ff. de dol.

4 Verum † non fit hoc, sed quoties dolus intervenit, doli actio omninò necessaria est.

text. in l. naturalis. 5. §. at cum do. 2. vers. sed si dedi. l. qui servandarum. 14. in fin. pr. l. solent. 15. in fin. l. permisisti. 16. §. permisisti. 1. ff. de præscript. verb. l. actione. 4. C. de transact. l. cùm proponas. 4. C. de dol.

5 Quæ res cum strictis judiciis usquequaque convenit, in † quibus dolus non aliter emendatur, quàm doli actione instituta.

text. in d. l. & eleganter. 7. §. non solùm. 3. in fin. ff. de dol.

6 Præterea † condictiones omnes sunt stricti juris: *§. actionum. 28. ibiq. gl. in verb. ex permutatione. Instit. de actionib.*

7 Hæc † autem præscriptis verbis actio & condictio appellatur.

text. in l. duo in solidum. 19. § fin. ff. de precar.

Stricti igitur juris esse omninò putanda est.

Decisio.

8 Sed † ego, non obstantibus hisce argumentis, omninò existimo, eam esse bonæ fidei.

1. decidendi fundamenta per textus.

per text. in §. actionum. 28. Instit. de act. ubi

9 hæc † actio generaliter, ac perspicuis verbis, bonæ fidei esse dicitur, quod autem mox æstimatoria & permutationis actio recen-

recensentur, id non restringendorum praecedentium verborum gratia factum, sed quod istæ duæ actiones separatos etiam titulos in Pandectis habeant, Nam si restringendi causa essent expressæ, precarium quoque exprimi oportuisset, quod & ejus actio bonæ fidei sit, *text. in l. ait Prætor. 2. §. & naturalem. 2. ff. de precar.*

10 Qui † quidem textus identidem inevitabiliter sententiam nostram confirmat, generaliter enim ac citra omnem restrictionem ait, precarii nomine, vulgarem illam præscriptis verbis actionem, quæ ex bona fide est, competere. Quæ verba

11 † haud dubiè bonæ fidei actionem notant. *text. in l. si quis pecunias. 11. vers. & contractus C. depositi.*

12 His † adjungatur *l. interdictum. 14. d. l. duo 19. in fin. ff. de precar. l. eum qui emit. 14. §. is qui precario. 11. ff. de furt.* ubi indefinitè dicitur, cùm nulla civilis actio, precarii nomine prodita sit, generalem illam præscriptis verbis actionem dari, ex quibus intelligitur, non peculiarem aliquam præscriptis verbis actioni qualitatem ex precario datam esse, sed potiùs precarium inopià alterius actionis, ad generalem præscriptis verbis actionem confugisse.

Secundum fundamentum decidendi.

13 Estq; † hujusce rei ratio perquam manifesta, nam simi-

ſimiles dicuntur contractus innominati illis nominatis, quibus quam proximè accedunt.

text. l. depoſitum. 1. §. ſi quis ſervum. 9. & ibi gl. in §. ſeq. in verb. culpam. & Bald. in d. §. ſi quis ſervum. 9. n. 1. ibi. nota ex hoc paragrapho, &c. ff. depoſ. l. eum qui. 10. §. ſi rem. 1. & ibi Bart. in pr. ff. commod. idem Bart. in l. cùm proponas. 4. n. 7. ibi. contractus innominati dijudicantur, &c. C. de dol.

14 At † non æſtimatio tantùm aut permutatio, ſed cæteræ quoque ſpecies innominatorum contractuum omnes, ad ſimilitudinem contractus bonæ fidei appropinquant:

text. inevitabilis in l. naturalis. 5. §. ſed ſi facio. 4. in fin. (ibi. quæ actio ſimilis erit mandati *actioni, quemadmodum* in ſuperioribus *caſibus* emtioni & locationi) *& text. in l. ſi tibi. 13. (ibi neq.* mandati *neq.* pro ſocio, *& ibi neq.* emtionem *neq.* mandatum *neq.* ſocietatem) *ff. de præſcriptis verb.* quibus locis exſtat, quod omnes quatuor ob rem dati ſpecies, ſemper uni ex quatuor illis bonæ fidei judiciis, mandato, ſocietati, emtioni, locationiq; comparentur. *fac. d. l. 1. §. ſi quis. 9. ff. depoſ.*

5. Ratio decidendi.

15 Et † quod valdè notandum, in contractibus innominatis uſuræ ex nudo pacto debentur.

text. in l. Titius. 24. ff. de præſcript. verb.

Quod proprium eſt judiciorum bonæ fidei,

l. initio. 5. C. de pact. inter emt. & vendit. l.

cùm

cum quidam. 17 § ex locato. 4. ibi. nisi convenerit. ff. de usur. l. in bonæ fidei. 13. in pr. C. de pact. l. Lucius. 24. in fin. l. Publia. 26. §. Lucius. 1. ff. depositi l. qui negocia. 34. in pr. & fine principij. ff. mandati. l. si pro patre. 10. §. sed utrum. 5. ff. de in rem verso.

non stricti juris, quæ ut usuræ debeantur, stipulationem desiderant.

l. quamvis. 3. C. de usur. fac. l. usura. 121. ff. de verb. signif.

16 Igitur præscriptis verbis actionem omni casu bonæ fidei esse necesse est, Nam † quæ symbolum quoddam commune habent, ea facilè inter sese commutantur.

Bald in l. si aquam. 2. n. 57. vers. nam in habentibus symbolum, &c. C. de servit. & aq. & cons. 324. incip. Quæritur utrum Papa. sub. fin. vers. & est ratio differentiæ, quia in habentibus, &c. lib. 1. per l. pater filium, 38 §. quindecim libertis. 5. ff. de legat. 3.

4. Ratio decidendi.

17 Neq; † verò etiam probabilis reddi ratio diversitatis potest, cur præscriptis verbis actio, cùm in æstimatione, permutatione ac precario sit bonæ fidei, non eodem modo in cæteris bonæ fidei esse debeat.

18 Quæ † igitur sub eadem ratione versantur, ea & jure eodem esse convenit.

l. illud. 32. in pr. ff. ad l. Aquil. l. un. §. hoc interdictum eandem. 7. ubi gloss. in verb. hoc interdictum. & Bartol. ibid. ff. de fonte. l. his solis. 7. §. actionem. 2. ibi. satis etiam

tacitè cautum, &c. C. de revocand. donat. c. inter corporalia. 2. vers. unde cùm non sit. extr. de translat. episcop.

4. Ratio decidendi.

19 Denique † certum est, hasce contractuum innominatorum actiones non ex pacto sive conventione nasci; sed ex ipso tantùm negocio, ultro citroq; bona fide gesto, (quod græci συνάλλαγμα vocant,) & initium capere, & omnem perfectionem adipisci.

l. jurisgentium. 7. § sed & si in alium. 2. & §. sed cùm nulla. 4 ff de pact. junct. l. Labeo. 19. ff. de verb. signif. l. actio. 1. in pr. vers. est enim negocium civile. ff. de æstimat. act. l. sicut. 1. §. item emtio. 2. ff. de permut. l. naturalis. 5. §. at cũ do. 2. in fin. ibi. si ignorãs. (quod nihil est aliud quàm bona fide gestum) *l. si dominus. 8. in fin. l. solent. 15. vers.* [illegible] *quidem conventio. ff. de præscript. verb. l. permutationem. 2. ibi. re ipsa. & l. seq. ibi nulla re secuta. C. de rer. permut. & dixi suprà quæst. præced. n. 18. ibi. generis loco rem gestam, &c. & n. seqq.*

20 Nam † si quid dolosè aut geratur aut omittatur, non potest hæc præscriptis verbis oriri actio, sed de dolo tantùm agendum est, tanquam cessante omni alio civili remedio.

l. naturalis. 5. §. at cum do. 2. vers. sed si dedi. ibi. si sciens dedi (quod est dolosè) *& §. quod si*
21 *faciam. 3. ibi cessas dare.* (quæ res † palàm bonæ fidei adversaria est. *dixi suprà quæst. 7. incip. Quotiescunq; dolus. n. 4. & seqq.*) *l. qui*

servan-

servandarum. 14. in pr. ibi. si dolo. l. solent. 15. in fin. l. permisisti. 16. §. fin. ibi. nec pateris.

22 (quod † identidem ex dolo proficiscitur *per modò dicta) ff. de præscript. verb.*

23 Dolus † enim tam est inimicus actioni præscriptis verbis ex contractu innominato producendæ, ut tales contractus dolosè celebrati, ipso jure sint inutiles.

l. cum posteaquam. 9. ibi. id pactum malâ fide factum irritum est. C. de pact. l. dolo. 5. ibi. si subdita stipulatio sit à contrario sensu. C. de inutilib. stipulat.

24 Qui † enim heîc tanquam ex contractu agi queat, cùm non tàm pacti simus;

d. l. solent. 15. ibi. ut quis dicat ex pacto. ff. de præscript. verb.

quàm decepti.

l. qui cum tutoribus. 9. §. qui per fallaciam. 2. ff. de transact.

25 Quotiescunque † igitur præscriptis verbis actio nascitur, ex bonâ fide nascitur, eoq; & bonæ fidei judicium meritò appellatur.

Hanc sententiam sequitur etiam Paullus Busius lib. 2. subtilitatum c. 5. incip. Paradoxon videbitur. quem cum jamjam prælo subjicere hæc vellem, doctissim⁹ in Jure adolescens Adamus Herre, mecum fortè in hanc dissertationem prolapsus, obtulit, ex hoc autem Busio tertiam nostram decidendi rationem adsumsimus, cæteræ nostræ sunt.

26 Contrariis † sine difficultate potest satisfieri, nam quæ principio leges adducuntur, ad alteram sententiam stabiliendam, eas pro nobis militare, supra ostendimus.

n. 8. 9. 10. 11. 12.

27 Quod † autem in præscriptis verbis actione, non ita vindicari dolus potest, sicut in contractibus nominatis, ejus rei ratio jam est explanata, nimirum præscriptis verbis actionem, non ex conventione, ut contractus nominatos, sed ex re tantùm nasci, cui rei ut primum sese dolus immiscuerit, actionis nativitas impeditur.

ut suprà dictum n. 19. 20. 21. 22.

28 Secus † est in nominatis bonæ fidei judiciis, ubi quanquam dolus negotio intervenit, nihilominùs actio subsistit ex consensu,

§. id.ò. 1. & §. item in his. 3. Instit. de obligat. ex consensu.

29 Et † omnia quæ contra bonam fidem fiunt, in ejus contractus actionem veniunt.

text. in l. si res. 1. §. venditor. 1. vers. omnia enim. l. Iulianus. 13. in pr. vers. omnia detrimenta. & §. si venditor. 4. & §§. seqq. ff. de act. emt.

30 Quod † extremo loco proponebatur præscriptis verbis actionem appellari quoq; condictionem, id exigui momenti est, nam eâ ipsâ in specie, quâ condictio appellatur, bonæ fidei judiciis annumeratur.

tex. in ea, quæ heîc pro contraria sententia allegaba-

gabatur. l. duo in solidum. 19. §. fin. juncta l. ait Prætor. 2. §. & naturalem. ff. de precar.

31 Et † est ratio, nam licet ista in actione condictio instituitur, tamen non præcisè secundum eam pronunciatur, sed ita judicis officio temperatur res, ut aut impleantur promissa, aut præstetur id quod interest, aut data restituantur.

Vide suprà quæst. præcedent. n. 25. ibi. rursum etiamsi is qui initium fecerat, &c.

QVÆSTIO XII.

An damnatus repetundarum testis esse in testamento queat.

SUMMARIA.

1. *Pictores umbram quandoque inducunt, ut reliqua pictura sit illustrior.*
2. *Repetundarum damnatus, nec testis nec judex nec advocatus esse potest.*
3. *Repetundarum damnatus nec in judicio neq; in testamento potest esse testis. Limitatur ibidem n. 13. & 21. 22.*
4. *Testamenti factio juris publici est.*
5. *Iudicii exercitatio est juris publici.*
6. *Testis esse nequit publico judicio damnatus.*
7. *Repetundarum judicium publicum est.*
8. *Infamis nequit esse testis.*
9. *Infamis non potest esse judex.*
10. *Infamis non potest esse advocatus.*
11. *Infamis est, qui judicio publico damnatur.*
12. *Infamis nequit esse testis in testamento.*
13. *Florentina lectio* l. qui testamento. 20. §. eum qui. 5. ff. de testam. *quemadmodum salvari possit? & n. 16.*

14. In

14. In testium fide exploranda quemadmodum versari judex debeat?

15. Testamenta sunt favorabilia & secundum ea pronunciandum.

16. Repetundarum damnatus in judicio testis esse vetatur.

17. Reus tàm in civilibus quàm criminalibus judicijs actore favorabilior.

18. Reus testium contra eum producendorum repulsione sublevandus.

19. Testes non contra sed pro testamentis condendis inventi.

20. Testis calumniæ damnatus an fidem mereatur in judicio publico?

21. Calumniæ damnatus an & quatenus testamento testis adhiberi queat?

22. Testis in testamento quatenus esse queat is qui judicio publico damnatus est?

LEviuſcula quæſtionis hujus eſt, & fortaſsè rebus hiſce quas tractamus forenſibus, minùs
1 conveniens exercitatio: Sed † tamen quemadmodum pingendi artifices umbram quandoque inducunt, quò illuſtrior exiſtat reliqua picturæ pulchritudo; ſic nos ſcholaſticis interdum diſputationibus interjectis, gratiorem efficere operis iſtius lectionem poſſe nos arbitrabamur, volebamus quidem certè; eoq; ſi hoc genere nonnihil peccatum erit, ignoſcet Lector benevolus, ab illo forenſium rerum certamine, ad tenues

hasce & moderatas scholarum dissertationes, quasi in quoddam diverticulum, quandoque declinanti.

1. Ratio. 2 Eum † igitur qui lege Juliâ repetundarum damnatus est, testimonium publicè dicere, aut judicem esse, postularevè prohiberi certò certius est:

text in l. eadem. 6. §. hac lege. 1. ff. ad l. Iul. repetundarum.

3 Quare † non in judicio tantùm, sed nec testamento testis adhiberi potest.

text in l. repetundarum. 15. ff. de testib.

4 Non † minùs n. testamenti factio publici juris est,

l. testamenti. 3. ff. de testament.

5 quàm † judicii exercitatio;

l. quippe judicare. 78. ff. de judic. l. privatorum. 3. C. de jurisdict. omn. judic. l. ille à quo. 13. §. fin. juncta. l. seq. ff. ad SC. Trebell. l. filiusfamiliàs 9. ff. de his qui sunt sui vel alien. juris. l. amissione. 5. §. fin. ff. de cap. diminut.

2. Ratio. 6 Præterea † judicio publico damnati à testimonio dicendo repelluntur.

text. in l. testium. 3. §. lege Iulia. 5. ff. de testib.

7 Repetundarum † autem judicium publicum esse nemo dubitaverit.

per text. in §. sunt præterea. 11. Instit. de publ. judic. l. non omnia. 1. in fi. ff. eod. tit. de publ. judic.

3. Ratio. 8 Sed † & infames summoventur in jure à testimonio perhibendo.

l. Cassius. 2. ff. de senatorib. l. testium. 3. §. lege Iulia. 5. vers. alij verò propter notā. ff. de testib. l. is cui. 18. §. si quis ob carmen. fin. ff. de testam.

9 Quemadmodum † & aliàs neque judicare,

d. l. Cassius. 2. ff. de senatorib. l. cum Prætor. 12. §. non autem. 2. vers. lege. ff. de judic. l. divi. in pr. ff. ad l. Iul. de vi priv. l. neq; famosis. 2. l. judices. 12. C. de dignitatib. lib. 12.

10 neq; † postulare pro altero possunt ii, qui sese turpitudine aliquâ reddidêre notabiles.

l. hunc titulum 1. §. secundo loco. 5. & §. removet. 6. ff. de postulando.

11 At † judicio publico damnatus infamis est.

l. infamem. 7. in pr. ff. de publ. judic.

12 Testimonium † igitur ejus in testamento etiam conficiendo non est admittendum.

13 Unicam † esse exceptionem putârim non usquequaque ab juris ratione abhorrentem: si sex reliqui testes integræ existimationis sint, cæteraq; sollemnia constent omnia, septimum testem, quanquam repetundarum antea condemnatum, minimè testamenti tabulas debere infirmare. *Exceptio.*

quo sensu Florentinam lectionem accipio *in l. qui testamento, 20. §. eum qui, 5. ff. de testam.* Argumento † mihi est *text. in l. testium. 3. §. eiusdem. 2. ff. de testibus.* ubi non uni tantùm probationis speciei, cognitionem statim alligare suam debere judex, sed modò ex numero, modò ex dignitate & authoritate testium, modò ex famâ consentiente, & quæ alia ex animi sui sententiâ æstimaverit,

14

verit, testium fidem jubetur explorara. Est prętereà argumento & illud, quòd pluribus quàm duobus testibus concurrentibus non ita majores eos omni exceptione esse opus est, uti esse debent, cùm duo tãtùm testes adsunt.

Menoch. conf. 149. incip. Cùm gravißimi. num. 2. verf. primus est quando duo tantùm, &c. & n. feqq. usq. ad n. 12. lib. 2. Cæsar de Graßis decif. Rotæ Rom. 175. incip. Domini in hac gravi. num. 8. ibi. quartò quod extat regula vulgata, &c. & n. feqq.

15 Suadet † enim hoc testamentorum favor, secundum quem in dubio judicandum est,

text. in l. si pars. 10. in pr. ff. de inoffic. testam. l. Titia. 34. §. Lucius Titius. 1. verf. Modestinus respondit. ff. de legat. 2. Speculat. in tit. de teste. §. opponitur autem contra testem. 1. n 83. Verf. idem dicit Vbertus maximè in dubio, &c. Ludovic. Roman. conf. 179. incip. Amplißime Doctor. n. 22. ibi. ultimò non potest negari, &c. Alciatus de præsumptionib. part. 3. incip. Veniamus ad præsumptionem juris tantùm. n. 4. verf. quæ interpretatio in dubio, &c. fac. l. si miles. 3. ff. de milit. testam. Tiber. Decian. respon. 89. incip. Video consultum fuisse. n. 14. verf. quæ quidem interpretationes, &c. vol. 5.

16 Quò † mihi respexisse videtur Ulpianus, cùm repetundarum damnatum in judicio testem esse vetari dicit:

ind.

in d. l. qui testamento. 20. §. eum qui. 5. ff. de testam.

17 Nam † in judiciis seu de capite seu de fortunis agatur, semper Reorum partes favorabiliores esse solent,

l. inter pares. 38. in pr. ff. de re judic. l. Arrianus. 47. ff. de obligat. & actionib. l. si Praeses. 32. in fin. l. interpretatione. 42. ff. de pœnis. l. factum cuiq. 155. (aliàs l. 198.) §. fin. l. favorabiliores. 168 (aliàs l. 125.) ff. de regul. jur. c. in pœnis. 49. ext. eod. tit. in 6.

18 igitur † testium quoque faciliore repulsione sublevandi sunt: id quod in testamentis non exigi-
19 mus; non † enim contra sed pro his testes exposcuntur.

text. in l. dictantibus. 22. vers. testibus. C. de testament.

20 Auget † deinceps atque confirmat hanc sententiam nostram, quod etiam in judiciis publicis (quæ tamen pœnas atque ita res odiosas persequuntur) calumniæ damnatus, non omni testimonii fide exuitur, si eum integræ frontis hominem esse judex deprehendat.

text. in l. quæsitum. 13. ff. de testib.

21 Quidni † ergò hujusmodi testimonium & in testamento, re maximi favoris admittamus, si cætera illa, quæ dixi, sint sine vicio.

22 Atq; † hanc exceptionem omnibus fortassè aliis, judicio publico damnatis, sine errore accommodaveris.

[illegible] contra-rium [illegible] n. 6. & seqq. Nam si [illegible] p di-cio publico [illegible] instrumento adversus [illegible] consequens est, ut in ex-ceptione quoque mutua, si casus evenerit, [illegible] propterea quod haec exceptio regula benignior est.

QVÆSTIO XIII.

An idonea cautio in eo retentionis iure constitui queat, quod mulier dotis nomine habet?

SUMMARIA.

1. *Donatio inter virum & uxorem non subsistit.*
2. *Possessor fundi controversi, contra adversarium suum, pro immobilium possessore non habetur. Declaratur ibid. n. 12.*
4. *Retentionis iure, quam sine vicio possidemus, competit, pro alio debito: Ampliatur ibid. n. 5. 7. 8. 9.*
6. *Retentionis ius quid sit?*
7. *Retentio uxori in bonis mariti defuncti competit, pro dote restituenda: Ampliatur ibid. n. 3.*

9. Re-

9. *Retentio etiam in istiusmodi libero competit.*
10. *Retentio transit in singularem successorem: & n. 11.*
13. *Retentio tantùm in re alienâ locum invenit.*
14. *Satisdationis in possessore immobilium relevatio, & oppignoratio differunt. & n. 15. 19. 20.*
15. *Pignorari potest non tantùm res, sed & jus, item pignus, & possessio in re constituta. & n. 16.*
18. *Effectum actus non ipsum actum merum, leges considerant.*
20. *Pignus possidens creditor immobilium possessor non est.*
21. *A separatis nihil infertur.*

EQues quidam nobilis uxori ad compensationem dotis, prædium urbanum donavit, securitatisque majoris gratiâ, pro loci tribunali tradidit, neque ita multò pòst fato suo defunctus est, mox liberi ejus inpugnare donationem cœperunt, quod prædium non fuisset patris, sed ad sese adventitiâ hæreditate delatum pertineret, aut certè donatio ipsa inter virum & uxorem esset facta, quod † donationis genus, ceu
1 legibus improbatum, minimè subsisteret.

l. 1. & tot. tit. ff. & C. de donat. int. vir. & uxor.

Cumque pater certam pecuniæ summam apud magistratum ejusdem loci sub pensione an-

nua collocatam haberet, eamq; pensionem vidua, alimentorum interim nomine numerari sibi, quoad dotis causa terminaretur, postularet, cautionem offerens, vel prædio ipso, vel quod in eo haberet retentionis jure præstandam: Quærebatur, an cautio esset sufficiens?

Ratio dubitandi.

2 Nam † eam minùs esse idoneam, non absùrdè colligi videbatur ex eo, quòd in satisdationibus pro immobilium possessore non habetur, qui rem tantummodò possidet, de qua ipsa controvertitur,

l. sciendum. 15. ubi Bart. in pr. & §. si fundum. 6. ff. qui satisdar. cog.

Decisio. Ratio decidendi.

3 Sed † magis puto, hanc quoad summam concurrentem idoneam esse cautionem; Nam † certum

4 est, eum, qui sine vicio possessionem rei ad adversarium suum pertinentis, adipiscitur, posse eam rem retinere, donec ipsi aliud ejus debitum persolvatur.

text. in l. si non sortem. 26. §. si centum. 4. ff. de condict. indeb.

5 Idq; † procedit non tantùm si debiti ejus nomine res ea oppignorata fuerit, sed & si personali tantùm actione absque pignore debeatur.

text. in l. un. §. at si in possessione. 2. & ibi gl. in verb. eam. C. etiam ob chirographar. pecun. Schurff. cons. 77. incip. In præsenti consultatione quæritur. n. 2. vers. item si res non pervenisset, &c. cent. 2.

6 Ea † enim retentionis natura est, ut generaliter quasi

quaſi impedimentum quoddam ſit rerum debitoris, quas creditor modò in manibus ſuis exiſtentes, ex cauſis à jure conceſſis retinet, ac firmiter capeſſit, propriâ auctoritate, non dimittens eas ex poſſeſſione ſuâ, donec ipſi debitor ſatisfaciat.

Matth. Coler. de proceſſib. execut. part. 1. c. 2. incip. Circa hunc paſſum. n. 184. ibi. huc etiam pertinet, &c.

7 Atque † hoc nominatim etiam in uxore cautum eſt, ut viro defuncto propriâ auctoritate abſque licentia judicis remanere queat, in poſſeſſione domus, quam cum marito inhabitavit, donec ei dos ſua reſtituatur.

Schneidevvin. in §. item Serviana. 7. n. 55. verſ. adeò ut mortuo marito uxor, &c. Inſtit. de actionib.

8 Quæ † ſententia ad feuda quoque extenditur, nam & in his vidua retentionem habet, poſſeſſioniq; eorum tanquam pignori incumbere poteſt, ſaltem ad eum finem, ut donec dos ipſi reſtituitur, alimenta ſua conſequatur.

Dan. Moller. in commentar. ſuper Electoris Saxon. conſtit. 25. cuius tit. eſt: Tacita hypotheca num in feudis locum habeat. n. 5. ibi. quemadmodum & jus retentionis, &c. part. 2.

9 Imò † & liber homo, ab hoſtibus redemptus, tametſi ſervus quidem non eſt, retineri tamen poteſt, quoad precium pro ſe erogatum liberatori perſolvat.

text. in l. [illegible] testamento. 20. §. possessis. 1. ff. de testament.

10 Transit † retentio hæc etiam in creditoris successorem singularem.

Surd. [illegible] Plura videntur obstare. n. 8. ubi ea retentio sicuti transit, &c.

11 Unde † quemadmodum mulier ipsa retentionis jure gaudet; Sic in proposita specie, is quoque, cui hoc jus oppignoratur, eo gaudere poterit.

12 Non † obstat, quod possidere immobilia non putatur, rem de qua litigatur possidens; Nostro enim in casu de retentionis jure non controvertitur, an id mulieri competat, sed de ipso prædio, quod liberi aut suum, aut illicite matri donatum esse cōtendunt, quæ res juri retentionis nihil officit, quippe † quod tum demum competere incipit, cum res quæ retinetur, ad alium pertinet.

13

ut [illegible] quæ supra diximus n. 4. & seqq.

14 Quanquam † & ista res de immobilium possessore à satisdatione sublevando, ab hoc cautionis

15 genere aliena est, eo enim † genere oppignorari potest, non tantum res ipsa, sed etiam jus in re constitutum.

[illegible] usufructus. 2. & l. sed an [illegible] de pignoribus.

16 Et † nominatim etiam pignus itemque possessio pignori possunt obligari.

text. in l. 1. & 2. C. si pignus pignori dat. fuerit. l. grege. 13. §. cum pignori. 2. ff. de pignoribus.

Id

17 Id † quod frustrà traderetur, si nunquam in his
18 pignoribus idem [illegible] consisteret. Leges † enim non de [illegible] pignorandi, sed de effectu pignoris accipiendæ sunt,

arg. l. [illegible] creditor. 5. in pr. [illegible] [illegible] ff. [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] SC Turpil. l. debitor. [illegible] [illegible] exigi. l. nomen filiarum. 16. in fin. ff. de verb. signif.

19 At † in immobilium possessore à satisdatione judiciaria relevando contra statutum est, Nam † ibi
20 creditor qui pignus accepit, possessor immobilium [illegible].

[illegible] §. creditor, 2 ff. qui satisdare cog.

Cum [illegible] longo [illegible] à sese intervallo differant, [illegible] ab altero ad alterum argumentari,
21 neque [illegible] separatis inferre quicquam ad separata licet.

l. [illegible] ff. de minoribus. [illegible] de [illegible] lib. 2. cap. [illegible] Filia non potest. nu. 149. vers. igitur [illegible] & c. & n. 173. vers. & est [illegible] Vasquius in controversiis

troversiis usu frequentibus. quæst. 70. incip. Bonæ fidei possessor. n. 5. vers. sicq; ex diversis non fit, &c. Andr. Gail. lib. 1. observ. 11. incip. Præventionem jurisdictionis. n. 5. ibi. & ex separatis, &c.

QVÆSTIO XIV.

Ubi ex consuetudine vel Statuto inter virum & uxorem omnium bonorum societas est, an ancillæ dotalis partus communis sit?

SUMMARIA.

1. *Societas omnium bonorum inter coniuges est, apud Gallos & Hispanos. & n. 11. Declaratur ibidem n. 18. 19. 21. 23. 24. 25. 27.*
2. *Hispani servos hodiè habent ex India.*
3. *Ancillæ apud Hispanos sæpè in dotem afferuntur.*
5. *Partus ancillæ, accessio & emolumentum eius est.*
6. *Commoda bonorum coniugalium communia sunt. Declaratur ibidem n. 18. & seqq. & n. 26. & seqq.*

7. Qua-

7. *Quaestus & conquaestus appellatione quae contineantur? & n. 20. 30.*

8. *Partus ancillae, contubernium maris exigit.*

9. *In societate omnium bonorum omnia undecunque quaesita communicantur, ampliatur ibidem n. 10. Declaratur ibidem n. 26. & seqq.*

12. *Partus ancillae an quasi haereditas quaedam obvenire videatur? & n. 26. & seqq.*

13. *Commoda eum sequi debent cuius periculo res est. Declaratur ibidem n. 33. & n. 46.*

14. *Interitus ancillae dotalis à marito ex communi bonorum fructu reparatur.*

16. *Partus ancillae fructus aut reditus non est, sed ancillae augmentum. ibidem n. 17. 22, 23.*

24. *Hominis praestantia non patitur, ut partus hominis faetui pecudum comparetur.*

29. *Successurus aliàs, si peculiari titulo rem consequatur, nihilominùs eam illo jure tenet, quo alioquin fuisset eam rem quasi naturaliter consecuturus.*

32. *Hominis praestantia non patitur nativitatem servi, quasi in negociatione ac commercijs ita poni, ut caetera bona.*

34. *Ancillae dotales communibus matrimonij officijs inserviunt.*

35. *Ancilla dotalis sine culpa viri moriens, utriusq; damno decedit.*

36. *Socij unius propria res, in communi negocio, amissa, utriusq; damno est.*

37. *Ancillâ mulieris mortuâ, debet ex communibus coniugum proventibus alia sufficî. & n. 39.*
38. *Interitus rerum solent ex fructibus reparari.*
40. *Ioannis Lupi sententia improbatur.*
41. *Interitus rei alienæ, penes me, sine culpâ meâ, eveniens, domino non mihi obest.*
42. *Socij re peremta in re communi, non debet alia eius solius pecuniâ comparari.*
44. *Gemino onere nemo gravari debet.*
45. *Ancillâ uxoris decedente, cum alia ex communibus viri & uxoris lucris comparatur, hæc nova ancilla non soli mulieri sed etiam marito acquiritur.*

1 GAllorum † est & Hispanorum moribus receptum, ut viro & uxori societas sit omnium bonorum, communicenturq; inter eos fructus, obventiones reditus, quæstus, & omnia alia commoda, quæ stante matrimonio acquiruntur.

Sicuti de Gallis testantur *Oldrad. cons. 248. incip. Præsupposita consuetudine civitatis Parisiensis in pr. Molina. in consuetud. Paris. §. 37. gloß. in verb. se marie. nu. 1. & seqq. latè consuetudinis huius rationem explicans. Tiraquell. de retractu gentilitio. §. 20. gloß. un. in verb. si le marij. nu. 4. ibi. præterea hac consuetudo censetur locuta, &c. Chassane. in consuet. Burgund. rub. 3. §. 2. gl. in verb. participante. in pr.*

& pr. & num. 1. & seqq. Boër. in consuetud. Bituricens. tit. 8. §. 2. gloss. 1. in verb. & entous conquestr. in princip. & num. 1. & seqq. per tot. & gloss. 2. Pyrrhus in consuet. Aurelian. tit. 1. §. 42. incip. In nobilium. versic. fundamentum huius legis esse potest, &c. & tit. 9. cap. 1. incip. Inter coniuges. in text. & gloss. 1. per tot. Ioan Sanisonius in consuetud. Turonens. tit. 22. art. 1. gl. 3. in verb. A lexecution desquelles. col. 1. vers. est igitur verum, &c. & nonnihil Anton. de Petruc. de viribus iuram. effect. 2. fol. mihi. 21. vers. hic siquidem est quod licet societates, &c. & de Hispanis. *Didac. Covarruv. lib. 3. variar. resolut. cap. 19. incip. Contracta inter duos. num 1. vers. ex quibus quantum ad matrimonij societatem, & num. seq. ubi latè Ioan. Lup. de Palacijs rubeis in repet. rub. decretal. de donatio. inter vir. & uxor. §. 61. incip. operarum alium & quintum effectum. in princ. & §. 62. 63. 64. 65. 66. per tot. ubi latissimè Didac. à Spino in Speculo suo testamentorum. gloss. 13. qua tractat materiam legati usufructus. numer. 69. ibi, hinc fit quod quemadmodum iure nostro regio, &c. Gaspar Rodericus in tractat. de annuis reditib. lib. 1. quæst. 1. incip. Reditus à verbo Redeo. num. 7. vers. legibus autem regijs, &c. Alvar. Valasc. in praxi partionum.*

c. 5. incip. Hac consuetudo regni. n. 1. & seqq. ubi latè rationes huius consuetudinis deducit. Et in genere de hac societate mentionem faciunt *Ioan. de Imola in l rei judicatæ. 15. §. socero quoq. 2. n. 8. ibi item nota quod tacita societas, &c. & n. seq. ff. solut. matrim Gabriel Mudæus in rubrica tractatus pro socio. n 5. vers. est & tertij generis societas consuetudinaria, &c. Alexand. Raudens. decis. Pisana. 1. incip. In causa vertente. n. 35. ibi. nam si constat de societate statutaria, &c. & n. seq. Bartholom. Muscul. in tract. de successione anomala. claß. 1. memb. 1. concl. 1. lit. B. n. 12. ibi. anomala & statutaria societas, &c.*

2 Habent † quoque Hispani ex India servos complures, quorum operis aut alunt sese patresfamiliàs, aut ministerio eorum in uxoribus deducendis, similibusque negociis domesticis utuntur:
3 Quocirca † evenit non parum sæpè, ut dotis nomine ad maritos ancillæ adferantur. Dubitari igitur solet, partus dotalium ancillarum constante matrimonio editi, an inter virum & uxorem sint communicandi?

4 Et † debere quidem eos partus communicari probabile videtur,

amplectuntur hanc sententiam Didac. à Spino in speculo testamentorum d. gl. 13. n. 69. vers. pari ratione partus ancillarum, &c. & alij quos refert Gaspar Roderic. de annuis reditib. lib. 1. d. quæst. 1. n. 7. vers. in quo doctißimus Gregorius, &c.

Eò

5 Eò † quod partus iste accessio quædam est, atque emolumentum ancillæ dotalis, *1. Ratio dubitandi.*

ut cognosci potest ex his quæ tradidimus infrà quæst. 25. incip. Partus ancillæ. n. 36. & seqq.

6 quæ † commoda viro & uxori sunt communia,

ut dixi suprà n. 1.

7 Quæstus † etiam & reliquorum acquisitorum appellatione, quoad conjugum communionem, omnia ea continentur, quæ operæ aliquid aut solertiæ vel industriæ requirunt: *2. Ratio dubitandi.*

Boër. in consuet. Bituricens. tit. 8. §. 2. d. gl. 1. n. 2. vers. & dicuntur conquæstus & acquisita, &c.

8 Dubium † autem nullum est, quin ad partus ex ancilla suscipiendos aliquo saltem officio sit opus, cum sine contubernio servi ancilla minimè pariat.

ut monuit & ista ratione cum pecudum fructu comparavit Gasp. Roderic. de annuis reditib. lib. 1. d. quæst. 1. n. 8. vers. sed id ridiculosum est, &c

9 Præterea † ubi omnium bonorum societas coita est, quicquid quacunque ratione acquiritur, id omne communioni acquiritur. *3. Ratio dubitandi.*

text in l. ea verò. 3. §. cum specialiter. 1. l. cum duobus. 52. § socium universa. 16. l. si societatem. 73. in pr. ff. pro soc. Alvarus Valasc. in praxi partitionum d. c. 5. n. 10. ibi. quia sicut in socijs, &c. & n. 14. vers. at in nostra communione coniugum, &c.

4. Ratio dubitandi.

10 Ac † nominatim quidem in omnium bonorum societate, etiam non operis nostris quæsita, ut hæreditates, legata & quod donatum est, communioni acquiruntur.

text. in d. l. ea verò. 3. §. cum specialiter. 1. ff. pro soc. gloss. in l. aditio. 45. §. & cum. 2. in verb. acquirit. ff. de acquir. hæredit. Pyrrhus in consuetud. Aurelian. tit. 9. d. cap. 1. col. 2. versic. nisi inquit glossa omnium bonorum, &c. & expressius Chassanæ. in consuetud. Burgund. rub. 4. §. 2. gloss. in verb. & acquestr, num, 4. versic. tu dic quod donatio, &c.

11 Hac † autem in specie omnium est bonorum societas.

ut suprà propositum. nu. 1. & repetit Valascus d. cap. 5. n. 10. vers. ita quoq; in hac communicatione, &c.

12 Igitur † ancillarum quoque partus, etiamsi operæ nihil indigerent, tamen ceu hæreditas quædam, uxori obveniens communicanda erit.

5. Ratio. dubitandi.

13 Denique † secundum naturam est, commoda cujusque rei eum sequi, cujus periculo res est.

text. in l. id quod. 7. in pr. ff. de peric. & com. rei vendit. fac. l. secundum naturam. 10. ff. de regul. jur. c. qui sentit. 55. ext. eod. tit. in 6. cum similib.

14 At † ancillà aliquà decedente, maritus, ceu omnium

omnium bonorum socius, tenetur ex communi bonorum fructu, commodoq; alias in locum demortuarum ancillas sufficere.

ut refert Gaspar Rodericus de annuis reditib. lib. 1. d. quaest. 1. n. 7. vers. secundò quia periculum ancillarum, &c.

15 Verum † hisce ac similibus non movemur, quin magis probem⁹, partum ancillæ dotalis ad solam mulierem pertinere: Decisio.

Sequitur hanc partem Ioan. Garsia in tractat. de coniugali acquaestu n. 169. & seqq. quem tamen non vidi. & Gaspar Roderic. de annuis reditib. lib. 1. d. quaest. 1. n. 7. vers. sed ancillarum partus, &c. & n. seqq. ubi Garsiam ex praedicto loco citat.

16 Quam † in sententiam ducit nos potissimùm generalis illa juris regula, quod partus ancillæ, neque in fructu, neque ullo alio bonorum nostrorum reditu ponitur. Ratio decidendi.

quod alibi pluribus demonstravimus. infrà d. quaest. 25. n. 1. & seqq.

17 Sed † quoddam ancillæ est augmentum:

notavi d. quaest. 25. n. 36. ibi. sed ut augmentum, &c.

18 Hæc † autem conjugum societas, tametsi omnes utriusq; facultates continet, non tamen bonorum dominium commune facit, neq; res ipsas sive harum augmenta communioni acquirit, sed tantùm fructus rerum, item lucra, quæstus & conquæstus, qui rerum earum occasione, aut saltem

ſaltem non jure aliquo quod naturali, ac ſeparatim in alterutro fundatum eſt, obtingunt.

Molina. in conſuet. Pariſ. §. 37. gl. 1. in verb. ſe marie. n. 1. verſ. tamen etiam pendente matrimonio, &c. Ioan. Lup. de Palatijs rubeus in repet. rubr. Decretal. de donat. inter vir. & uxor. d. §. 61. col. 2. verſ. non intelligas quod inter maritum & uxorem, &c. & §. 62. in pr. & col. 4. verſ. ex iſta autem ſocietate reſultat effectus ſingularis, &c. & col. 5. verſ. & hinc eſt, quod fructus omnium bonorum, &c. & paulò pòſt, verſ. & per hoc corrigitur, &c. & col. 6. verſ. intellige quoad commoditatem, &c. & col. 7. verſ. ex his infertur quod ſtipendia & ſalaria, &c. & paſſim. Covarruv. lib. 3. variar. reſolut. d. c. 19. n. 2. ibi ſecundò infertur, &c. ubi latè usq; ad n. 3. Gaſpar Roderic. de annuis reditib. lib. 1. d. quæſt. 1. n. 11. ibi nec obſtat coniugalis ſocietas, &c. fac. tradita Alexandri conſ. 49. incip. Maturè ponderatis. n. 2. verſ. quia in tacita ſocietate, &c. junctis his quæ pòſt tradit ibidem n. 10. ibi. quia reſpondeo quod verum eſt, &c. lib. 1.

19 Quæ † igitur neque in fructu ſunt bonorum conjugalium, neque emtionibus, venditionibus, locationibus, conductionibus, donationibus, teſtamentis, ſimilibusq; commerciis quæruntur, ſed jure ſucceſſionis inteſtatæ vel quo alio etiam ſeparatim competente veniunt, eorum nulla eſt inter conjuges communio, ſed dominium ei cedit,

cedit, cui res etiam extra matrimonium versanti cederent.

text. in l. aditio. 45. §. & cum quæstus. 2 vers. sibi autem. ff. de acquir. heredit. l. nec adiecit. 9. l & ita 11. l. duo societatem. 71. in fin. ff. pro soc. Bald. in l. cum oportet. 6. in pr. n. 3. vers. sed in socio distingue, &c. C. de bon. quæ liber. Chassan. in consuet. Burgund. rub. 4. §. 2. gl. in verb. & acquestur. n. 3. ibi. juxta prædicta quæro, &c. & n. seq. ubi elegantissimè usque ad n. 6.

20 Neque † enim hæc quæstus aut conquæstus appellatione continentur, sed illa tantùm, quæ, ut paulò antè diximus, operâ, solertiâ, vel industriâ alterutrius quæruntur, & quasi ex negotiatione quadam communis matrimonii.

text. in l. coiri. 7. cum tribus ll. seqq. & in d. l. duo societatem. 71. §. duo conliberti fin. ff. pro socio. d l. aditio. 45. §. & cum quæstus. 2. ff. de acquir. heredit. Ioan. Fab. in rub. proœmij Instit. in verb. Alemanicus. n. 7. vers. sed quid, si acquisivit illud, &c. Panorm. cons. 65. incip. Attingam brevissimè. n. 1. vers. quæstus autem intelligitur, &c. lib. 1. Boer. in consuet. Bituricens. tit. 8. & 2. d. gl. 1. in verb. & entous conquestur. n. 2. vers. & dicuntur conquæstus, &c. & n. seq. Pyrrhus in consuet. Aurelian. tit. 1. c. 42. incip. In nobilium. vers. quæsita autem bona, &c. & tit. 9. c. 1. incip. Inter coniuges. col. 2. vers. quid quæstuum seu conquæstuum

appellatione contineatur, &c Ioan. Sainson. in consuet. Turonens. tit. 22. art. 1. gl 5. in verb. communaulte de Biens. col. 2. vers. por: ò res donatæ vel relictæ, &c. Chassane. in consuet. Burgund. rub. 4. §. 2. gl. in verb. & acquestr. n. 1. ibi. quid veniat appellatione conquæstus. & n seqq.

21 Cùm † itaque ancilla ipsa communis non fiat, sed maneat uxoris propria, consequens est, ab eadem communione & partum ejus summoveri,
22 qui † neque in fructu, neque lucro, seu quæstu aliquo communis matrimonii, aut acquisitione extranea versatur, sed quasi pars quædam & augmentum suæ matris est.

per supradicta n. 16. 17. & facit l. non quocunq. 28. §. Iulianus. 4. ubi Paul, de Castro n. 1. ff. de legat. 1.

23 Objectionum † facilis est dissolutio. Prima enim, quod commoda rerum communium, viro & uxori debent esse communia, ad partum ancillæ non pertinet, quam specialem ac separatam juris habere rationem ostendimus.

24 Quocirca † sequens etiam objectio nullius momenti efficitur; etsi enim maris quoque contubernio ad partum ancillæ opus sit, cum tamen hominis præstantia à communi pecudum fœtu hoc ipso segregavit, ut non quemadmodum

modum pecudis fœtus, in fructu; sed matris suæ augmento & parte quadam constituatur.

25 Ejusdem † generis tertia est objectio, quod omnium bonorum sociis omnia undecunque acquisita communicentur: Eodem igitur modo ut superiores refellitur.

26 Quod † vero separatim de hæreditatibus, donationibus & legatis adducebatur, id nullam cum partu ancillari habet similitudinem aut cognationem.

27 Primùm † namq; hæreditates illæ, quæ ab intestato deferuntur alteri conjugum, à parentibus fortè, aut cæteris, quorum lege nobis debetur successio; communioni conjugali non inferuntur:

quod suprà significavimus. n. 18. 19.

28 Propterea † quòd quasi naturaliter ac separatim hoc jus succedendi fundatum est, etiam ante & citra matrimonium.

per l. cum ratio. 7. in pr. ff de bon. damnat. l. scripto. 6. in fin. ff unde liberi. l. jure 6. in pr. ff. de jur. dot. l. nam etsi. 15. in pr. ff de inoffic. testam tot tit ff. & C. unde liberi: unde legitimi: unde agnati, &c. & tot. tit. ff. & C. de legitimis hæredibus, &c.

29 Qua † de causa tametsi quis testamento hæres instituatur ejus hæreditatis, aut legetur doneturvè ipsi ea res, quam aliàs etiam sine testamento ac donatione esset ab intestato consecuturus,

ea hæreditas sive res neque quæstu, neque alia simili negociorum inter homines contrahendorum ratione acquisitâ videtur, sed retinet naturam, vim & qualitatem, quam citra testamentum, donationem aut legatum illud habuisset:

text. in l. si quid dolo. 1. §. quod autem mortis causa. 2. & §. sed si libertus. 10. ff. si quid in fraudem patroni. c. un. de vasallo decrepitæ ætatis. Ioan. Fab. in rub. prooemij Instit. verb. Alemanicus. n. 7. vers. sed quid si acquisivit illud quod erat sibi, &c. Boër. in consuet. Bituricens. tit. 8. §. 2. gl. 1. in verb. entous conquestur. n. 2. vers. ubi fortius dicit, &c. Ioan. Sanison. in consuet. Turonens. tit. 22. art. 1. gl. 5. in verb. communaulte de Biens. col. 2. vers. & si quis acquirat id quod erat sibi ex successione, &c. Chassanæ. in consuet. Burgund. rub. 4. § 2. in gl. verb. & acquestur. n. 5. ibi. imò quod plus est, dicit Ioannes Faber, &c.

30 Illæ † porrò hæreditates, legata, donationes, quæ non obvenirent nisi testamento, donatione aut legato rectè quidem præsenti in specie quæstuum habentur numero.

Chassan. in consuet. Burgund. rub. 4 §. 2. d. gl. verb. & acquestur. n. 4. vers. secus si non erat obventura, &c.

31 At † ne isto quidem modo accommodari ad partum ancillæ possunt,

32 Neque † enim nativitas hominis in negociatione atque commerciis hominum sic ponitur, ut cætera

tera

tera bona, sed propter hominis excellentiam, isto genere penitùs est exempta.

ut dixi suprà n. 22.

33 Quod † extremo loco in medium afferebatur, cujus periculum esset, ejus esse debere & com-
34 modum id huc planè non pertinet: Nam † cum ancillæ hujusmodi ferè communibus matrimonii negociis & quæstubus inserviant, quorum quæstuum communionem inter virum & uxorem esse nemo dubitat:

per suprà dicta. n. 1. 18. 19. 20.

35 Consequens † est, ut ancilla una, sine culpa conjugis decedente; damnum utriusque commune sit;

36 Quoties † enim etiam res proprias socius in communi negotiatione perdit, latronum incursu, aut naufragio, aut simili casu sine sua culpa, damnum ambo sentient.

text. in l. cum duobus. 52. §. quidam Sagariam. 4. ff. pro soc. fac. l. lege Rhodia. 1. ibi. quod pro omnibus datum est. & l. seq in pr. vers. æquissimum. ff. ad l. Rhod. de jactu.

37 Nihil † igitur convenientius est, quàm ut non ex uxoris famulitio, sed ex communibus lucris aliæ ancillæ, ad communem matrimonii usum reparentur:

38 Nam † & cæteræ quoque res deficientes solent ex fructibus suppleri.

l. vetus. 68. §. planè. fin. ff de usufr. l. deducta. 58. § hæreditatem. 4. ff. ad SC. Trebell.

39 Et † hoc moribus Hiſpanorum præſenti in ſpecie ſic receptum eſſe teſtatur Joannes Lupus.

in repet. rub. decretal. de donat. inter vir. & uxor. §. 66. incip. Illud autem quod suprà dictum est, col. 1. vers. consuetudo tamen huius regni est in contrarium.

40 Malè † igitur huic conſuetudini juris communis repugnare rationem arbitratur.

ibid. paullò antè. vers. secus forsan esset si res perdita non erat communis, &c.

41 Tametſi † enim res alterius penes me ſine mea culpa periens, domini periculo pereat,

§. item si res. 2. Instit. quib. mod. re contrahitur obligatio. l. quod te. 5. in pr. ff. si cert. petat. l. quæ fortuitis. 6. C. de pignoratit. act. l. incendium. 11. C. si cert. petat.

42 Non † tamen inde efficitur, inter ſocios quoq; , domini ſolius pecuniâ, aliam in communes uſus
43 eſſe ſubſtituendam: Id † enim damno eum duplici oneraret, & prioris rei amiſſæ, & novæ reparandæ.

44 Neminem † autem ejuſdem rei gratia gemino affici onere debere in confeſſo eſt.

text. in l. navis onust. a. 4. §. eum autem. 2. ff. ad l. Rhod. de jactu. Andr. de Isern. in c. un. verb. & plaustrorum. n. 55. vers. non debent duplici onere, &c. Matth. de Afflict. ibid. in verb. plaustrorum. n. 9. vers. quia non debent duplici, &c. quæ sint Regal. Ioan. Iacob de Leonard. inter Consilia Bruni. cons. 117. incip.

In

In hac cau[illegible]rißimi. n. 125. ibi. quod pro eadem re duplici onere. et. Marin. Freccia de feud. lib. 2. auctoritate 2. cap. hic quaro de nova quæstione. n. 11. col. 6. vers. aliàs duplici onere, &c. mihi. pag. 231.

45 Cæterum † hujus ancillæ, quæ in locum demortuæ ex lucro conjugum communi sufficitur, ejus dominium, in proposita consuetudine, non ei soli, cujus prior ancilla fuerat, sed utriq; pro parte dimidia acquiri censeo: Propterea quod ex lucro & quæstu communi comparata est.

46 *per supradicta n. 18.*

Perspicimus † igitur ex his rationem illam, quod emolumenta ejus esse debeant, cujus sunt onera, præsenti in specie, seu vivat ancilla, seu mortua sit, pro dimidia tantùm parte maritum attingere; nam ubi vivit ancilla, pars operarum ejus ad virum pertinet, pars ad mulierem: ubi verò periit, partem uterq; dimidiam pecuniæ in aliam coëmendam collocat.

Et sic ne ista quidem objectio definitioni nostræ quicquam refragatur.

QVÆ-

QVÆSTIO XV.

Ratihabitio quæ ſuper rebus minorum immobilibus alienatis quinquennio introducitur, an locum habeat, ſi alienatio facta ſit in pupillari ætate?

SUMMARIA.

1. *Alienatio rerum immobilium minoris firmatur taciturnitate quinquennij ab ætate perfecta.*
2. *Ratihabitio quinquennij ſuper rebus immobilibus minorum quomodo fiat? & n. 15. 16. 17. 18. 19. 25.*
4. *Pupillus ſine tutore non obligatur.*
5. *Puberes ſine curatore quandoq; obligantur. Declaratur ibid. n. 31.*
7. *Intellectus* l. ſi ſine decreto. 2 C. ſi major factus alienationem ſine decreto factam rat. hab.
8. *Verborum proprietas retinenda.*
9. *A Verborum proprietate non recedendum, niſi alia legiſlatoris mens apertè conſtet.*
12. *Alienatio rei immobilis minorum æquè nulla eſt atq; pupillarium.*

13. Ratio

13. *Ratio ubi eadem, ibi idem jus.*
14. *Alienationis confirmatio quæ perfecta minoris ætate inducitur, ex ratihabitione originem & essentiam trahit.*
16. *Ratihabitio quæ perfecta minoris ætate inducitur, bipartita est.*
17. *Ratihabitio minoris quæ quinquennij cursu inducitur, consensu constat non præscriptione.*
20. *In æquiparatorum uno quod est statutum, in altero quoq; statutum putari debet.*
22. *Origo moderatur totum negotium.*
24. *Supervacanea frustrà adhibentur.*
26. *Lex ubi non curat, hoc an illud fiat, nihil de utrovis inquirendum.*
28. *Doctorum autoritas tantum valet, quantum ratione nititur.*
30. *Minor in rerum suarum periculo æquè sine curatore nihil potest contrahere, ac pupillus sine tutore.*

1 QUando † res minorum immobiles sine causæ cognitione, decretoq; distractæ sunt, minor autem ætatis plenæ adeptus annos, toto quinquennio nihil adversus alienationem conqueritur, rata fit alienatio propter solam quinquennii taciturnitatem.

text. in l. si quando. 3. in pr. C. si maior. fact. alien. fact. sine decreto ratam hab. Pet. Paull. Paris. cons. 33. incip. Exorato jam. n. 32. ibi. & optimè comprobantur, &c. & cons. 49. incip. Contractus iste celebratus. n. 24. ibi. ad idem &

 secundo

secundò principaliter, &c. lib. 1. Ioan. Francisc. Balb. de præscript. 6. part. princ. part. 1. incip. Postquam satis plenè vidimus. n. 45. ibi. postremò circa istam materiam, &c. mihi pag. 537.

2 Qua † leges ipso jure, citra ullum adulti factum, submotis sollemnium defectibus, adultum fingunt, novo perfectæ ætatis consilio alienationem confirmasse.

Paris. d. cons. 33. n. 33. ibi. talis enim confirmatio per cursum temporis, &c. & d. cons. 49. n. 25. ibi. & ista confirmatio, &c. lib. 1. Hieronym. Laurent. decis. 59. incip. Ludovicus & Bertrandus n. 8. vers. quia hæc confirmatio non inducitur facto hominis. &c.

3 Hanc † quinquennii confirmationem ita quidam habere locum putant, si alienatio minori ætate facta sit, non si in pupillari:

Molinæ. in addit. ad Dec. cons. 209 incip. In casu proposito sub. n. 4. lit. B. ad verb. pupillus. Menoch. cons. 29. incip. Non parum subsiti. n. 50. vers. respondeo tertiò dictam legem ultimam, &c. lib. 1. Paull. Montan. de tutel. cap. 33. incip. Superiore capite diximus. n. 551. ibi. contra Decium ibidem dicens, &c.

Ratio dubitandi.

4 Ejusq; † rei dicunt rationem esse, quòd pupillus sine tutoris autoritate obligari firmiter nequeat;

Menoch. d. cons. 209. n. 51. ibi. cuius sententiæ est ratio quod pupillus, &c. lib. 2.

Pubes

5 Pubes † autem ſine curatore quandoq; poſſit.

l. puberes. 101. ff de verbor. obligat.

6 Aſt † ego nihil arbitror intereſſe pupillaribus annis, an tempore pubertatis res diſtrahantur, modò poſt perfectam ætatem quinquennio adultus ab alienatione reprehendenda conquieſcat. *Deciſio.*

7 Palàm † enim & tutorem Imperator comprehendit, *1. Ratio decidendi.*

in l. ſi ſine decreto. 2. C. ſi maior fact. alien. ſine decret. fact. rat. hab.

quam tutoris vocem in propriâ ſignificatione ac-
8 cipio, qua pupillum ſpectat. Proprietas † enim verborum quoad fieri poteſt, retinenda eſt:

Panorm. in c. nulli. 5. n. 9. verſ. quia debemus capere verba, &c. ex. de reb. eccleſ. non alienand. Andr. Tiraquell. de retract. convent. §. 2. verb. mais non obſtant. gl. un. n. 41. verſ. quia debent propriè, &c. Alciat. in tractat. de verb. ſignificat. lib. 2. col. 1. verſ. igitur in hac ſpecie illud proditum, &c. Hartm. Piſtor. lib. 2. quæſt. 1. incip. Inter varias. n. 76. ibi. tum quia ſicut cuiusvis, &c. & quæſt. 3. incip. Quemadmodum ex eo, n. 37. ibi. quartò adminiculatur, &c. Menoch. lib. 4. præſumpt. 62. incip. explicavimus ſuperiore. n. 33. ibi. nam reſpondetur verba eſſe, &c. & præſumpt. 76. incip. Famigerata. n. 8. ibi. cùm ergò dixerit Scævola, &c. & præſumpt. 178. incip. Vt percelebris. n. 3. ibi. quia verba debent intelligi, &c.

9 Neque † aliter ab ea recedendum, quàm ubi manifestum est, aliud sensisse legislatorem.

text. in l. non aliter. 69. in pr. ff. de legat. 3. Panorm. cons. 22. incip. Quanquam consultatio. n. 1 col. 3. vers. nam à proprio verborum non est recedendum significatu, &c. lib. 1.

10 Hac † autem in specie, nullâ lege, apparet aliud Imperatorem circa pupillarem ætatem statuere voluisse.

2. Ratio decidendi.

11 Quemadmodum † nec ratio ulla diversitatis reddi potest, cur minùs pupillaribus, quàm pubertatis annis quinquennium accommodari debeat,

12 non † minùs enim nulla est minori, quàm pupillari ætate, sine decreto facta alienatio.

Per dicta allegataq; infrà quæst. 20. incip. Tutor prædium. n. 12. ibi. verum ego, &c.

13 Quare † ubi eadem omninò invenitur ratio, idem quoque jus locum invenire debet.

l. illud. 32. ff. ad l. Aquil. cum similib.

3. Ratio decidendi.

14 Atque † hæc rationis consensio inde quoque apparet, quòd totum hoc negocium, quo alienationes rerum pupillarium, perfectâ ejus ætate confirmantur, ex ratihabitione quadam trahit originem atque essentiam suam,

ut testatur rub. C. si maior. fact. alien. sin. decret. factt. rat. hab.

15 Ita † ut contractus, qui post plenos ætatis annos, à minore ratus habetur, non trahatur neque respiciat retrò, sed tantùm ex hoc præsenti tempore firmetur & valere incipiat, non temporis tractu,

tractu, sed quasi novâ adulti voluntate atq; consensu, non aliter atq; alius novus contractus, ab eo in ætate perfecta celebratus.

Pet. Paull. Paris. d. cons. 33. n. 31. ibi. & comprobantur ratione, &c. & d. cons. 49. n. 20. ibi. ratio conclusionis superius formata, &c. & n. 48. ibi. & ista ratificatio, &c. lib. 1. Iacob. Menoch.. de recuperanda possess. remedio 15. ex. c. redintegranda. 3. quæst. 1. n. 188. ibi primò quia cursus huius temporis quinquennij, &c.

16 Hæc † autem ratihabitio bipertitò à legislatore divisa est; partim enim inducitur verbis factove expressâ voluntate; partim tacitâ, quæ ex solo quinquennii post perfectam ætatem cursu præsumitur.

ut apparet ex textu in l. cum proponas. 1. ibiq. gl. in verb. ratam habuisse. & l. 2. & 3. C. si maior fact. alien. fact. sin. decret. rat. hab. & ex traditis Ludovici Romani cons. 54. incip. Visis circa id de quo quæritur. n. 3. vers. tertiò ista pars verificatur, &c. & quæ ibi addit Mandos. lit. b. ad verb. confirmatio. Pet. Paull. Parisii d. cons. 49. n. 17. ibi. hinc Baldus, &c. & n. seq. & n. 56. ibi. nec obstant ea quæ dicit, &c. lib. 1.

17 Unde † & hoc posterius genus non præscriptione aliquâ constare dicitur, sed consensu ex cursu temporis collecto.

ut probavimus infrà quæst. 20. incip. Tutor prædium. n. 31. ibi. quinquenniũ namq; alienationis. &c.

18 Ut † igitur expressa ratihabitio ex eo demum tempore quo fit, firmitatem contractui majoris affert, propterea, quod tunc primùm, ætatis cessante impedimento, contractus valere queat, sine sollemnitate minorum alienationibus necessarià:

Pet. Paull. Paris. d. cons. 49. n. 20. vers. volens & in tali ratificatione, &c. lib. 1.

19 Ita † & tacita ratihabitio, quæ quinquennii taciturnitate colligitur, ex instanti solùm tempore quinquennii metienda est, secundum naturam
20 æquiparatorum, quæ † est, ut quod in uno eorum constitutum est, idem in altero quoque statutum esse censeatur:

Ias. in l. heredes. 1. n. 5. ibi. tertiò quando duo casus, &c. & in l. centurio. 15. n. 33. vers. per regulam glossæ, quæ habet, &c. ff. de vulgar. & pupillar. Curt. jun. cons. 174. incip. In causa vertente inter communitatem. n. 19 ibi. & ubi duo æquiparantur à jure, &c. Anton. Maria. Corac. de commun. opin. lib. 2. tit. 9. incip. Vidimus quod judicando. casu. 27. n. 141. ibi. nam dispositum in uno ex æquiparatis, &c. Modestin. Pistor. cons. 19. incip. Solche Frage vermitelst. *n. 19. ibi. nam quod statuitur in uno, &c. lib. 2. Schneidevvin. in §. sed non usque. 3. n. 6. ibi. quando enim duo æquiparantur à lege, &c. Instit. de legat. Hieronym. Magon. decis. Lucensis 5. incip. Agebat Michael. n. 32. ibi. quæ est ut dispositum in uno, &c.*

Seu

21 Seu † potiùs ex identitate, ut ita loquar, originis,

de qua suprà, n. 14 15.

22 Quæ † origo totum negocium moderatur.

l. si filius familias. 3. in fin. C. ad SC. Macedon. l. un. in fin. C. de imponend. lucrat describt. lib. 10. l. si procuratorem. 8, in pr. ff. mandat Zas. cons. 5. incip. Ex facto deducitur. n. 96. ibi, & per manus traditur, &c. lib. 1.

23 Quæ † cum ita sint, non debent huic negocio explicando superioris ætatis tempora immisceri:
24 Frustrà † enim adhibetur id, quod sive absit, sive adsit, nihil ad causam pertinet.

l. aliquando. 13. §. si sub conditione. 2. ibiq. Bart. ff. ad SC. Velleian. l. hac stipulatio. 14. §. divus. 1. ff. ut legator. nom. caveat. Oldrad. cons. 18. incip. Circa primum articulum. n. 3. vers. frustrà esset expectare, &c. Felin. in c. ex transmissa. 10. n. 6. vers. quia tenetur quis facere, &c. ex. de præscript. Matthias Coler. de processib. executiv. part. 2. cap. 3. incip. In præcedenti capite exploravimus. n. 53. vers. cum frustrà expectetur casus, &c.

25 Sed † quid argumentis utimur? palàm est, leges heîc nusquam in considerationem adducere, pupillari an minori ætate alienatio facta sit, sed tantùm an major factus, tacitè, expressevè comprobârit. **4. Ratio decidendi.**

ut pa-

ut patet ex rubr. & omnibus tribus ll.C. ſi maior fact. alien. ſin. decret. fact. rat. hab.

26 At † cum legi curæ non eſt, hoc an illud fiat, non debemus inquirere, utrum ex illis eveniat, cùm nihilominus ſemper omni ex parte legi locus ſit.

Seraphin. de juram. privil. 100. n. 8. verſ. præterea cum lex non conſiderat, &c.

27 Ad † authoritatem eorum qui contrà ſentiunt, reſpondeo, minimè eam attendi oportere, quòd ratione careat:

ut patet ex hactenus demonſtratis.

28 Doctorum † enim authoritas eò tantùm uſque valet, quoad ratione nititur.

Curt. jun. conſ. 160. incip. Præſupponitur in facto fuiſſe in rerum natura. n. 4. ibi. quandoquidem authoritas Doctoris, &c. part. 2.

29 Ratio † ſanè, quam adducunt, pupillum ſine tutore non obligari, puberem autem obligari, non commodè huic adhibetur quæſtioni, quâ de rerum alienatione tractatur:

30 Certum † eſt enim, quoties rerum adeſt periculum, non minùs puberem, quàm pupillum ſine curatore ſuo, nihil aut contrahere poſſe, aut obligari.

per text. in l. ſi curatorem. 3. in pr. C. de in integr. reſtit. minor.

31 Quod † itaque puberes ex ſtipulatu ſine curatoribus ſuis obligari poſſe dicuntur,

in d. l. puberes. 101. ff. de verbor. obligat.

id ad ſolas pertinet obligationes eas, quibus nullum rebus eorum diſcrimen imminet.

ut maniſeſtiſsimè evincit comparatio d.l. 3. C. de in integr. reſtit. & nos alibi fuſius explicavimus, aliquot eius rei exempla referentes.

QVÆSTIO XVI.

An ratihabitio quæ quinquennio poſt perfectam minoris ætatem inducitur, locum habeat in alienatione à curatore ſolo factâ?

SUMMARIA.

2. *Curatore ſolo negocium minoris tractante minor alienationem eius creditur ignorare. Declaratur ibidem n. 15. & ſeqq.*
3. *Ratihabitio quinquennij non, niſi in minore ſciente locum habet. Declaratur ibidem n 15. & ſeqq.*
5. *Intellectus* l. 1. & 2. C. ſi major fact. alien. ſin. decr. factam rat. hab. *& n. 7. 8.*
6. *Intellectus* l. 3. C. ſi major fact. alien. ſine decret. fact. ratam habuerit. *& n. 7. 8. 20.*
7. *Legislator ſi voluiſſet, expreſsiſſet.*

Q *8. à Vo-*

8. *à voluntate legislatoris quod abhorret, reijciendum est.*

9. *Indefinitè prolata oratio generaliter est intelligenda.*

10. *Indefinita in legibus æquipollet universali. Declaratur ibid. n. 11. 12.*

13. *Alienatio omnis in re minoris immobili sine causæ cognitione & decreto facta, eidem conditioni nullitatis subjecta est.*

14. *Ratihabitio alienationis rerum minoris qua ratione nitatur?*

15. *Ratihabitio quæ fit quinquennio non spectat formam aut tempus, quo alienatio facta est, sed solum tempus ætatis perfectæ.*

17. *Adultum toto post perfectam ætatem quinquennio gesta tutoris sui non resciscere, impossibile est.*

18. *Adultus toto quinquennio vivere nequit, nisi aut rationes à curatore suo consequatur, aut aliquid bonorum.*

19. *Adultum in bonis à curatore suo recipiendis non est verisimile neglecturum domum, in qua ipse crevit, pater eius defecit, maiorum imagines exstant.*

1 NEque hæc absq; contradictore quæstio est, sunt † enim qui existiment, cursum quinquennii alienationem rei minoris factam, confirmare, si minor ipse aut alienârit, aut saltem præsens alienationi fuerit, non verò cum solus curator minore absente distraxit.

Natt.

Natt. conf. 162. incip. Perspecto instrumento venditionis. n. 30. ibi. postremò non obstat, &c. & n. seqq. Paull. Montan. de tutel. cap. 33. incip. Superiore capite diximus, n. 552. ibi, secundò locum non habet, &c. & n. 553. Molinæ. in addit. ad Decij conf. 209. incip. In casu proposito. sub n. 4. lit. b. ad verb. pupillus.

2 Rationem † iis esse opinor, quòd curatore solo rem tractante, minor ignorare videatur alienationem; *Ratio dubitandi.*

3 Illa † autem quinquennii ratihabitio non, nisi minore alienationem sciente locum habeat.

Natt. d. conf. 162. n. 30. vers. præterea dicta lex finalis non procedit, &c.

4 Verum † alii generaliter sentiunt, alienationem tàm à solo curatore, quàm ab utroq; simul institutam, quinquennali adulti taciturnitate ratificari. *Decisio.*

Menoch. de recuperand. possess. remed. 15. ex c. redintegranda. n. 173. vers. à quorum sententia nec ipse recedo, &c. Cavalcan. de tut. & curat. n. 146. vers. quæ lex finalis habet locum, &c.

5 Quorum mihi sententia verior videtur: Palàm enim † leges curatorum quoq; alienationes comprehendunt: *1. Ratio decidendi.*

text. in l. cum proponas. 1. in pr. & l. 2. in princ. C. si maior fact. alienat. sin. decreto fact. &c.

2 Ratio decidendi.

6 Et † alibi generaliter sive impersonaliter Justinianus, res minoris immobiles alienatas ratihabitione istà complexus est,

in l. si quando. fin. in pr. C. d. tit. si maior factus alien. sine decret. fact.

7 quas † tamen si voluisset ad solos puberum contractus aut præsentiam restringere, nullo negocio potuisset.

arg. l. adversus. 1. §. hæc actio. 1. ibi. utiq; enim scit Prætor, &c. ff. si mens. fals. modum dixer. l. si servum. 7c. §. non dixit Prætor. 5. ff. de acquir. hæreditat. c. inter corporalia. 2. post medium. vers. unde si circa translationem. ex. de translat. episcop. c. ad audientiam. 12. ex. de decim. Rot. Rom. decis. 19. incip. Si judex. n. 2. vers. quia sic de eo poterat exprimi, &c. de appellat. in nov. Ludovic. Rom. cons. 70. incip. Viso themate & quæstione suprà positis n. 1. vers. secundò principaliter illam opinionem, &c. Socin. jun. cons. 100. incip. Præsupponitur in facto quod illustris quondam dominus Bartholomeus. n. 19. vers. si enim illud voluisset, &c. lib. 1. Hartm. Pistor. lib. 2. quæst. 2. incip. Agnatum repudiata. n. 46. vers. cum si hoc voluisset auctor, &c.

8 Quare † cum id non fecerit, meritò restrictionem istam ceu alienam à mente atq; voluntate legislatoris, rejiciendam esse arbitramur.

arg. l. benignius. 18. ibi. quo voluntas earum conservetur. l. contra legem. 29. & l. seq. ff. de legib.

legib. l. non dubium. 5. C. eod. tit. & est text. in d. l. si servum. 70. §. non dixit Prætor. 5. ff. de acquir. hæreditat.

9 Subsidio † his est, quod oratio indefinitè prolata generaliter intelligenda est, 3. Ratio decidendi.

gl. in c. si non licet. 8. in verb. exceptus. 23. quæst. 5.

10 inq; † legum dispositionibus universali orationi æquipollet,

Angel. in l. cum quidam. 10. n. 2. vers. aut quandoq; ponitur in dispositione, &c. C. de impub. & al. substit.

11 saltem † cum in aliquo ex casibus sub indefinitâ comprehensis, nihil separatim reperitur esse constitutum,

Socin. jun. cons. 9. incip. Circa præsentem consultationem. n. 9. ibi. vel & secundò dici potest, &c. lib. 1.

12 omnesq; † casus reliqui in eâdem conditione atq; ratione versantur.

Oldrad. cons. 268. incip. Quæstio est utrum per Privilegium concessum. n. 5. col. fin. vers. item quando est eadem ratio & conditio, &c. Bart. in l. omnes populi. 9. n. 57. vers. sed tamen dico quod congrua expositio est, &c. ff. de justic. & jur. Bald. cons. 52. incip. Casus talis est statuto. vers. dic quod omnia quæ sunt eiusdem, &c. lib. 1. Corneus cons. 202. incip. Licet in hac consultatione. col. 2. sub lit. Q. vers. tunc autem indefinita æquipollet, &c. lib. 1.

Angel. in d. l. cum quidam. 10. n. 2. verſ. fallit ubi ratio ſpecialitatis, &c. C. de impuber. & aliis ſubſtit. Socin. jun. d. conſ. 9. n. 8. ibi. & primò quia illud quod dicitur quòd indefinita, &c. lib. 1.

13 Heîc † autem omnis rerum minoris immobilium alienatio, ſine cauſæ cognitione decretoq; facta, eâdem nullitatis conditione ſubmerſa eſt.

ut demonſtravi ſuprà quæſt. præcedente. n. 12. ibi. non minus enim nulla eſt, &c. & infrà quæſt. 20. incip. Tutor prædium. n. 12. ibi. verum ego, &c.

14 Ratihabitio † quoq; eâdem ratione nititur conſenſus ex majori ætate proficiſcentis.

ut dixi ſuprà d. quæſt. præcedente n. 14. ibi. atq; hæc rationis conſenſio, &c. & n. ſeqq.

15 Ad † rationem adverſariæ opinionis reſpondeo, non attendi formam negocii geſti tempore alienationis, neq; ipſum tempus venditionis, ſed ſolam formam ac tempus ratihabitionis, quæ forma eo tantùm tempore conſtat, quo minor major effectus eſt.

quam rem copiosè demonſtravi ſuprà d. quæſt. præcedente d. n. 14 & ſeqq. uſq; ad n. 25. incluſivè.

16 Id † autem tempus cum toto quinquennio duret, antequam ratihabitionis tacitæ curriculum abſolvatur,

per dicta ſuprà d. quæſt. præcedente n. 1.

17 Fieri † non poteſt, quin eo tempore reſciſcat aliquando

quando gesta curatoris omnes suas facultates manibus atque administratione suâ retinentis:
8 neq; † enim ducere spiritum quinquennio integro potest, nisi à curatore aut rationem administrationis, aut aliquid bonorum suorum, quibus
9 vivat, recuperet: Qua † in receptione non est verisimile tàm eum fore negligentem, ut prædium vel domum aliquam insignem, in qua fortè defecit pater ejus, ipse autem annis succrevit, in qua majorum exstant imagines, non curet, aut quærat ubi sit, aut ad quem pervenerit.

arg. l. lex quæ tutores. 22. vers. nec verò domum. C. de administrat. tutor.

10 Atq; † hæc ipsa mihi causa fuisse videtur Constitutionis Imperatoriæ, adultum videlicet, qui toto quinquennio, neq; victus quotidiani, neq; parentum aut majorum, imò nec educationis suæ tenellæ cogitatione movetur, hunc taciturnitate tali alienationem curatoris sui videri comprobare.

d. l. si quando. fin. C. si maior factus alienationem factam sine decreto rat. hab.

QVÆ-

QVÆSTIO XVII.

Tutor emens prædium pupillare, an teneatur probare decretum ac cætera sollemnia emtioni suæ accessisse?

SUMMARIA.

2. *Negantis per rerum naturam nulla probatio est, Declaratur ibidem n. 36. & seqq. & n. 42. 43. 44.*
3. *Tutor emere res pupilli nequit, emtoris simul & venditoris officio fungens. Declaratur ibidem n. 17. 18. 22.*
4. *Minorum res immobiles sine causa cognitione decretoq; alienari nequeunt.*
5. *Exceptione à regula nitens probare eam tenetur. Declaratur ibidem n. 46. Limitatur ibidem n. 48. & 49. 50.*
6. *Tutor tenetur probare gesta sua, & nisi id faciat, condemnatur. ibidem n. 7. Declaratur ibidem n. 51.*
9. *Formam negocij vicio aliquo laborare affirmans, probare tenetur.*

10. Sol-

10. *Sollemnitatis necessaria defectum allegans, probare tenetur.*
11. *Sollemnitas necessaria præsumitur intervenisse, ubi de facto constat.*
13. *Affirmanti non neganti incumbit probatio. & n. 47.*
14. *Affirmatio est non negatio, cum dicimus, emisti ceu tutor autorq; in rem tuam, sine decreto.*
15. *Qualitate certa imbutum actum ubi lex requirit, non actum modò sed & qualitatem probari oportet.*
16. *Intentionem suam fundans in actu qualificato, nisi & qualitatem doceat, succumbit.*
21. *Dubia res ac certo modo licita, certo autem illicita; precisè probanda est, quòd sit facta in casu illicito.*
23. *Tutor ut malè versatus esse in tutela dicatur, non sufficit doceri, eum tutorem fuisse, sed & culpa eius probari debet.*
24. *Administrator rerum alienarum, præsumitur diligentiam eam adhibuisse, quam in suis adhibere solet.*
25. *Diligens quisq; in officio mandato præsumitur.*
26. *Dolus arguitur cum tutor res pupilli illicitè emisse contenditur.*
27. *Dolum arguens, etiam excipiendo, probare tenetur, multò magis agendo, ibidem n. 28.*
29. *Actor naturaliter probandi necessitate obligatur.*
30. *Sollemnitas extrinseca est, ne tutor in rem suam autor sit, ematq; immobilia pupilli sine decreto.*

31. *Sollemnitates extrinsecæ præsumuntur in negocio quod apud acta gestum est coram judice.*

32. *Sollemnitas extrinseca intervenisse præsumitur ex possessione decennij.*

33. *Factum quidq; præsumitur ob causam quam debuit.*

34. *Præsumptio juris relevat ab onere probandi, & id reijcit in adversarium.*

39. *Actor probare tenetur intentionem etiam negativa fundatam.*

40. *Intentionem in non-facto fundans, tenetur hoc non-factum probare.*

45. *Negativa non infinita sed coartata est, cum non contractus, sed qualitates tantùm contractus negantur.*

52. *Pupillus prædium pupillari suâ ætate, à tutore illicitè emtum repetens, condictione ex lege ait, aut in factum actione.*

53. *Clausula libelli*; Peto mihi super his omnibus ac singulis justiciam administrari : *operatur, ut remedium utilissimum intentatum credatur: sed tamen non extenditur ultra expressa & specificata libelli. ibidem n. 54. & n. 55.*

56. *Curiæ Electoralis Saxonicæ sententia laudatur.*

TItius pupilli sui prædium Anno 1592. Sejo contutori vendidit ac tradidit, matre pupilli, avoq; materno ac curatore matris præsente, contractumq; eum insinuavit judici, qui & alienationem approbavit. Pupillus autem Anno

Anno 1606, atque ita quatuordecim annis pòst, impugnare venditionem nullitatis cœpit, allegans eam à Sejo ceu tutore, & quidem in rem suam auctore, sineq; decreto factam esse; emtor tametsi tutorem se quandoq; fuisse negare non posset, qualitates tamen illas, se ut tutorem emisse, ac reliqua modò commemorata omnia, in lite contestanda, negavit, Dubitatum, utri probatio incumberet?

1 Videbatur † enim ad emtorem pertinere, **1. Ratio dubitandi.**

ut generaliter asseveravit Ioseph. Ludov. concl. 14. incip. Fundamentum intentionis. n. 173. ibi. infertur centesimo primo quod emptor, &c.

quòd actor libello suo facti negationem intenderet, nempè, decretum non intervenisse: Fa-

2 ctum autem † negantis per rerum naturam nulla est probatio,

text. in l. actor. 23. C. de probat.

3 Deinde † certum est regulariter tutorem non posse emere res pupilli sui, emtoris simul & venditoris officio fungentem: **2. Ratio dubitandi.**

text. l. pupillus. 5. §. item ipse tutor, 2. in pr. ff. de author. tutor.

4 Verum † est & hoc, res pupillorum immobiles alienari non posse, nisi cum causæ cognitione, decreto, aliisq; similibus solemnitatibus.

de quibus est in l. Imperatores. 1. in pr. & l. magis puto. 5. per tot. ff. de reb. eor. l. lex quæ tutores. 22. C. de administrat. tut. tot. tit. C. de præd. min. sine decret. non ali.

 Unde

Unde rei defensiones ferè omnes in exceptionem incident, contra regulas juris communis
5 proficiscentem, Quo † casu excipiens ad probandum obligatur.

Felin. in c. in præsentia. 8. n. 12. vers. per quam dicunt probari, quod fundans exceptionem suam &c. ex. de prob.

3. Ratio dubitandi.

6 Tutor † quoq; vel curator, cæteriq; omnes rerum alienarum administratores ipsi tenentur probare, ac docere ea, quæ perceperunt, quæq; gesserunt, aut fecerunt, seu rectè seu non rectè gesta sint.

text. in l. qui sub conditione. 110. ff. de condit. & demonstr. Rota Genuens. decis. 116. incip. Quia constituit. n. 2. vers. cum itaq. supradicta jura velint, &c. Molinæ. ad consuet. Paris. §. 9. gl. 6. in verb. rendre compte, n. 22. ibi. tertia conclusio, &c.

7 Quod † si non faciant vel facere possint, jam subjacent condemnationi.

l. quicquid. 7. C. arbit. tut. l. pupillorum. 21. C. de administrat. tut. cum simil.

Decisio: 1. Ratio. decidendi.

8 Sed † ego verius esse dixi, hanc probationem ad
9 actorem pertinere, Quoties † enim vicium aliquod allegatur in forma contractus vel negocii celebrati, sic ut eam, quam intervenire negocio decebat, formam observatam esse negetur: docere debet ille, qui contendit aliquid ex ea forma esse prætermissum.

Innoc. in c. super his. 16. col. pen. vers. quando autem

autem vicium dicitur in forma intervenisse, &c. ex. de accusationib.

10 Et † generaliter alleganti defectum alicujus sollemnitatis necessariæ, onus probandi incumbit.

Fulv. Pacian. de probat. lib. 2. cap. 35. incip. Post dignitates. n. 11. vers. quo casu si quis voluerit, &c.

11 Præsumitur † enim pro sollemnitate necessaria, eam intervenisse, ubi de facto ipso constat.

text. in l. licet epistolæ. 1. C. de contrah. & com. stipulat. & in l. ab ea parte. 5. §. idem respondit. 1. juncta gl. ibid. in verb. præstare. ff. de probat. Innocent. in d. c. super his. 16. col. penult. vers. & quia ex quo de facto constat, &c. ex. de accusat. fac. l. Titia. 34. ff. solut. mat. l. si cum pater. 2. in pr. C. si advers. rem judic. Pacian. de probat. lib. 2. d. cap. 35. n. 12. vers. quia pro decreti vel electionis, &c. ubi loquitur in terminis decreti. Rot. Rom. decis. 3. incip. Sufficit acceptanti. n. 1. vers. ex quo enim facta est, &c. de concess. præbend. in nov.

12 Heic † autem allegatur vicium in contractu Rei conventi, quòd nempè ut tutor contraxerit, atq; ita autor in rem suam extiterit; item quòd sine decreto, cæterisq; sollemnibus emerit. Igitur vicium hoc docere actor debet, Cum factum ipsum nempè emptionem, libello palàm confessus sit.

13 Affirmanti † quoq; non neganti incumbit probatio. *2. Ratio decidendi.*

l. ei. incumbit. 2. ff. de probat. l. actor. 23. in pr. C. de probat. cum simil.

14 Atqui † hac in specie, cum fundamentum intentionis sit, emptionem esse factam, ceu à tutore sibimet autoritatem præstanti, sineq; decreto, idq; omne à Reo negetur, rectè hæc pro vera negatione habetur, non inspectis verbis, sed sensu verborum.

Pacian. (tantùm non in terminis loquens) de probat. lib. 1. c. 16. incip. Negativæ tractatio. n. 21. ibi aliam esse negationem intentionis adversarij, &c. & cap. 36. incip. Quoniam in praecedenti parte. n. 55. ibi. sed in contrarium transivit, &c.

3. Ratio decidendi.

15 Porrò † ubi lex requirit actum certâ qualitate notatum, non sufficit docere actum sine qualitate, sed necessaria inprimis est etiam qualitatis ejus probatio.

text. in l. si per alium. 5. §. docere. 2. ff. ne quis eum qui in jus voc. vi exim. l. Fulcinius. 7. ibiq; Bart. n. 1. ff. ex quib. caus. in poss. eat. text. in l. un. §. ait Prætor. 3. ff. ne quid in flum. publ. text. in l. Prætor ait. 4. §. docereq;. 12. ff. vi bon. rapt. Schrader. de feud. 2. part. 9. part. princ. sect. 12. incip. Quinquagesimò tertiò quæro. n. 29. ibi. & certum est, quod quando lex requirit, &c. & part 10. sect. :. incip. Hæc conclusio. n. 4. ibi. & certi juris est, quod dispositio legis, &c.

16 Unde † qui intentionem suam fundat in aliquo actu certâ qualitate imbuto, ita quidem ut cum

ea

ea qualitate conjunctus actus singularem effectum habeat, eum necessariò oportet, non actum modò ipsum sed ipsam quoq; qualitatem docere, aliàs succumbit.

text. in c. ab eo. 31. ex. de elect. in 6. & in. c. licet. 9. circa medium vers. ibidem quoq; testes Faventinorum, &c. Bald. ibid. n. 19. vers. nam ille qui qualificat dictum suum qualitate, &c. Panor. n. 31. vers. quandoq; unum venit qualificatè ad alterum, &c. Fel. col. 19. ad gl. in verb. se adstrinxit. n. 40. ibi. reassume glossam & dicta Doctorum, &c. ex. de probat. Soc. jun. cons. 67. incip. Pro resolutione praesentis consultationis. n. 17. ibi. quia quando quis se fundat in aliqua dispositione, &c. lib. 1.

17 Sed † heîc leges ad tutoris emtionem infirmandã non contentæ sunt, tutorem emisse rem pupilli, sed simul etiam exigunt, eum venditoris pariter atq; emtoris officio, in cõtractu suo functũ esse;

18 Nam † si contutorem habet, hujus auctoritas & sufficit, & emtio procul dubio subsistit.

quæ omnia probantur perspicuè per text. in l. pupilli. 5. §. item. 2. ff. de author. tutor.

19 Actor † quoq; manifestè Libello suo qualitatem illam, quod ut tutor emerit, commemoravit. *4. Ratio decidendi.*

20 Cum † itaq; hæc qualitas à reo pernegata sit, necesse omninò actori erit, eam planam facere:

21 Notum † est enim, quod quando negocium aliquod, suapte quidem naturâ licitum, sed jure civili ita limitatum est, ut certo casu sit permissum, certo verò vetitum,

tunc

tunc ad reum condemnandum non sufficit actori docere factum, sed necesse insuper est, ut præcisè ostendat, eo casu rem esse gestam, qui reo non erat licitus.

*Bart. in l. non solùm. 8. §. sed ut probari. 5. n. 1. ibi. allegavi ad quæstionem statutum est in civitate, &c. & n. seqq. per gl. ibi. in verb. conferanturq́. ff. de nov. oper. nunciat. ubi apostilla optima ad verb. allegavi: idem Bart. cons. 209. incip. Viso processu facto contra dominum Ioannis. n. 1. ibi. primò dico ex defectu loci, &c. per l. de pupillo. 5. §. qui nunciat. 15. ff. de nov. oper. nunciat. Clem. constitutionem 4. §. cæterum. ibiq́. gl. in verb. circumstantiarum, de elect. l. eum actum. 17. §. deniq́. 1. in fin. ibiq́. gl. in verb. non potest. ff. de negoc. gest. Alex. cons. 24. incip. Animadversis his quæ tàm per testes. n. 23. ibi. sequitur quod in dubio debet præsumi factum, &c. ubi hanc communem * dicit. & cons. 148. incip. Excellentissime Domine Vicarie. n. 5. vers. unde sicut ista simul tempore venditionis, &c. lib. 2. Oldrad. cons. 81. incip. Quod processus factus. n. 7. col. pen. vers. sicut enim ei qui dicit aliquid prius esse factum, &c. Fel. in rub. Decretal. n. 10. vers. & dicit Ioannes de Anania, &c. & in c. in præsentia. 8. n. 12. vers. & ideò collige theoricam solemnem, &c. & n. 13. passim. maximè vers. sed ultra ibi dicta, &c. ex. de probat. Ias. in l. non solùm. 8. §. sciendum. 4. n. 2. ibi. prima est, &c. ff. de*

op. nov.

op. nov. nunciat. ubi latißimè Cravett. conf. 151. incip. Neminem existimare velim. n. 18. verf. alibi fcribit Bartolus, &c.

22 Hoc † autem loco, contractus emptionis suâ naturâ, ac quidem jure gentium, licitus esset tutori, cum pupillo; Sed jura civilia eum contractum, in tutore ita limitaverunt, ut non valeat, si sine contutore emerit, emptoris simul, ac venditoris vicem sustinens: valeat autem, ubi contutor intervenerit.

per supra dicta n. 3. & n. 17. 18. faciunt notata Peregrini de fideicommiß. art. 49. incip. De fructibus decere. n. 118. verf. aut verò non reddit rem inalienabilem, &c.

23 His † accedit, quod non satis est ostendere, aliquem tutorem fuisse, ad hoc, ut continuò malè versatus in tutela esse dicatur, sed culpam quoq; doceri ab eo oportet, qui tutorem culpæ insimulat. 5. *Ratio decidendi.*

24 Nam † administrator rerum alienarum præsumitur eam fidem adhibuisse in negociis alienis, quam in suis adhibere consueverat, ut cesset omnis de eo sinistra suscipio.

Cravett. d. conf. 151. incip. Neminem existimare velim n. 18. verf. ubi administrator præsumitur, &c. & n. seq.

25 Et † generaliter unusquisq; in eo, quod ipsi mandatum est, officio, non negligenter aut improbè, sed probè ac diligenter esse versatus præsumitur.

Panormit. conf. 41. incip. Videndum est in effectu.

n. 2. ibi præsumitur, enim quisq., &c. lib. 1. Cravett. consil. 77. incip. De anno 1524. n. 11. ibi. & quia diligentia præsumitur in dubio, &c. Cæsar. de Graß. decis. Rot. Rom. 122. incip. in utraq. depositione. n. 1. ibi. primò ex doctrina Abbatis, &c. Mascard. de probat. concl. 518. incip. Diligentia probatur. n. 3. ibi. superioribus & illud optimè convenit, &c. Surd. consil. 245. incip. Quamvis Leo. n. 16. ibi. sed quilibet in rebus suis pertractandus, &c. Rot. Rom. decis. 3. incip. Sufficit acceptanti. nu. 1. vers. quilibet enim præsumitur diligens, &c. de conceß. præbend. in nov. Gœddæ. inter Marpurgens. consil. 24. incip. Divino auxilio omnis veritatis. n. 116. vers. & diligens in eo, &c. lib. 1.

6. Ratio decidendi.

26 Id † sanè certum est, actione istâ malam tutoris fidem argui, hoc est, dolum.

d. l. pupilli. 5. §. item ipse tutor. ibi. sed si mala fide ff. de autor. tutor. Balb. in repet. l. Celsus. 27. part. 3. incip. expeditâ secundâ parte principali. n. 18. vers. nam tunc ex quo mercatur contra jura, &c. ff. de usucap.

27 At † qui dolo dicit factum aliquid esse, licet in exceptione, docere dolum admissum debet;

text. in l. quotiens. 18. §. qui dolo. 1. ff. de probat.

28 Quantò † ergò magis si actoris partes sustineat? Cùm

29 Cùm † aliàs semper suâ naturâ actor necessitate probandi teneatur.

l. verius. 21. ff. de probat. §. non solùm. 4. vers. & verius est. Instit. de legat. Pacian. de probat. lib. 1. cap. 6. incip. Quatuor sunt in ore. n. 3. ibi. tertia regula est quod actori, &c. & cap. 57. incip Hæc tertia principalis. n. 7. ibi. generalis itaq; facienda est, &c.

30 Ista † quoq; requisita, ne tutor autor in rem suam sit in re minoris comparanda, utq; si res soli sit, decretum adhibeat, hæc, inquam, omnia in sollemnitate extrinseca versari, indubitatum est. 7. Ratio decidendi.

Menoch. lib. 3. præsumpt. 132. incip. De titulo & causa. n. 3. ibi. possumus etiam manifestè dicere, &c.

31 Extrinsecæ † autem sollemnitates præsumuntur intervenisse, quando negocium gestum est, apud acta coram judice.

Mascard. de probat. concl. 1315. incip. Sollemnitatem extrinsecam. n. 26. ibi. limitatur sextò conclusio, &c.

Id quod heic est factum, ut in principio significavimus, nec factum modò, sed emptori quoq; judicialiter prędium traditum, jam indè ab anno 92.

32 Ex † quibus aliud sequitur argumentum, quòd in possessione est emptor prædii longè suprà decennium; quo casu etiam, ubi nulla in contractu mentio facta est sollemnitatis extrinsecæ, tamen ex possessione illa & cursu decennii, pro pos- 8. Ratio decidendi.

ſeſſore præſumitur, quod ea ſollemnitas intervenerit.

Menoch. lib. 3. d. præſumpt. 132 n. 45., ibi ſecundus eſt caſus, &c.

9. Ratio decidendi.

33 Id quod dictu heic eò proclivius eſt, † quoniam ut aliàs unumquodq; negocium factum eſſe præſumitur, eam ob cauſam, propter quam fieri debebat.

Cravett. conſ. 231. incip. Circa præſentem conſultationem. n. 14. verſ. item præſumitur quid factum, &c.

34 Atq; † hæc indubitanter ſaltem hoc caſu teneo, ubi non quæritur, de totius cauſa victoria, ſed tantùm uter probandi onus in ſeſe debeat ſuſcipere:

35 Eſt † enim juris notiſsimi, quod præſumptiones juris, pro quo ſtant, eum ſoleant ab onere probandi ſublevare, atq; id transferre in adverſarium ejus.

text. l. generaliter. 24. §. ſed & ſi ita ſcripſerit. 8. in fin. ff. de fideicom. libert. l. non eſt veriſimile. fin. in pr. ibi. ſed huiusmodi præſumptioni, &c. ff. quod met. cauſ. l. ſcriptura. 57. in fin. ff. de jur. dot. l. ſi chirographum. 24. & l. cum de indebito. 25. in pr. verſ. & ideò eum qui dicit, &c. ff. de probat. Bald. in c. bonæ memoriæ. 23. n. 4. verſ. ſed præſumptio legis, &c. ex. de electione. Marſil. ſingul. 451. incip. Decrevi. verſ. item quando juris præſumptio, &c. Cravett. conſ. 198. incip. Videtur eſſe locus juramento

mento suppletivo. n. 3. ibi. nam si præsumptio juris, &c. Paris. cons. 160. incip. Difficultas vertitur. n. 27. vers. nam indicia & præsumptiones, &c. lib. 4. Borthold. cons. 7. incip. Jm Stifft. *col. 14. vers. & præsumptio juris, &c. lib. 1. Menoch. de præsumpt. lib. 1. quæst. 33. n. 2. vers. hac reijcit probandi onus, &c.*

36 Ex † his patet simul, nihil definitionę nostri obesse contraria: Nam primò, tum demum negativâ se fundans probare non tenetur, quando pro negativa illa stat aliqua juris præsumptio.

Bart. in l. in illa stipulatione. 8. n. 10. ibi. prædicta vera nisi sit præsumptio juris, &c. ff. de verb. oblig. Mantica de coniectur. ult. volunt. lib. 2. tit. 1. incip. Superiore libro. n. 14. ibi. tertiò & ultimò non obstat, &c. Pacian. de probat. lib. 1. cap. 46. incip. Nonum modum. n. 47. ibi. ex quibus succedit quod attentâ hac ultimâ opinione glossæ, &c.

37 Vel † quod aliud sufficiens adminiculum.

Pacian. de probat. lib. 1. d. cap. 46. n. 16. vers. sunt qui dicunt, &c. & n. 17. 18. & n. 47. vers. vel aliquod sufficiens adminiculum, &c.

38 Sejus † autem hoc loco præsumptiones complures pro se habet.

ut patet ex suprà dictis. n. 21. 22. 23. 24. 25. 30. 31. 32. 33.

39 Hoc † igitur casu succedit alia regula usitata, atq; verissima, semper actorem probare teneri id,

 quod

quod intentionis suæ fundamentum est, etiamsi consistat in negativa:

Peregrin. de fideicommiss. art. 49. incip. De fructibus dicere. n. 116. vers. nam semper actor probare debet, &c. text. in l. in illa. 8. ibi expectanda. l. hoc jure. 10. ibi. non antè quicquam peti possit, quam exploratum sit, &c. ff. de verb. obligat. Alex. cons. 39. incip. Viso themate de quo suprà. n. 1. ibi. licet aliàs quando negativa, &c. lib. 1. & in l. fin. §. licentia. 10. n. 2. vers. quia etiam negativa, quæ est fundamentum, &c. C. de jure deliber. Schurff. cons. 69. incip. Præsens consultatio sequentes. n. 19. vers. nam ex quo fundamentum, &c. cent. 1. Hartm. Pistor. lib. 1. quæst. 22. incip. Quamvis regulariter. n. 1. Mantica de coniect. ultim. volunt. lib. 2. d. tit. 1. n. 3. ibi. tertiò & ultimò adducitur, &c. Schrader. consil. 1. incip. Nach fleissiger Verlesung. *n. 435. ibi. tum quia etiam is qui se in negativa fundat, &c. lib. 1.*

40 Quiq; † intentionem suam fundat in non facto, eum hoc quoq; non factum probare teneri.

text. in l. hoc jure. 10. ff. de verbor. obligat. Corn. cons. 181. n. 24. lib. 2. & cons. 144. n. 2. in fin. lib. 4. Aretin. in l. sed & si de sua. 34. col. pen. n. 5. ff. de acquir. hæredit. Mantica de coniectur. ultim. volunt. lib. 2. tit. 1. incip. Superiore libro. n. 4. vers. sed huic rationi potest responderi, &c. Pacian. de probat lib. 1. cap. 46. incip.

in. 19. Nonum modum. in addit. lit. A. ad verb. facia.

41 Ut † igitur demus assertionem istam, qua decretum causæ cognitio, subhastatio & similia non intervenisse venditioni dicuntur, in non facto versari, doceri tamen id non factum ab actore non reo oportebit.

42 Præterea † illa demum negativa, neminem ad probandum adstringit, quæ neq; loco, neq; tempore coarctata est:

Ripa in l. generaliter fin. n. 187. vers. nam cum illa negativa non adimplevisse, &c. C. de rei oc. donat.

43 Quæq; † ipsa rei gestæ principia originemq; negat, ut cum dicimus non contraxi, non numeravi, nō inivi matrimonium, non deliqui, & similia.

Bald. in l. un. n. 37. vers. item & aliud nota, &c. C. de confess. Pacian. de probat. lib. 1. cap. 16. incip. negativæ tractatio. n. 19. ibi. ego autem non discedendo, &c. & n. seq. & in addit. ibid. lit. A. ad verb. propria.

44 Quæ † vero negativa substantiam sive essentiam atq; originem rei non omninò atq; infinitè negat, sed loco ac tempore, aut qua alia re certa est circumscripta, ea quoad probandi onus naturam retinet, cujusvis alterius orationis affirmativæ.

Bald. in d. l. un. n. 37. vers. si autem substantiam habent, &c. C. de confess. ibiq; Philip. Dec. in addit. ad verb. negativa.

Sed

45 Sed † nostra in specie non omnino negatur contractus, sed qualitates tantùm complures, quibus contractus iste ab actore circumscribitur, eoq; nullitatis arguitur; veluti, tanquam tutorem emisse, auctoremq; in rem suam, ac sine decreto, &c.

46 Altera † objectio, quòd exceptione se defendens probare teneatur, vera quidem est; at heîc reus sese non defendit excipiendo, sed intentionem

47 negat adversarii. Quo † casu Rei ceu negantis nulla probatio est, sed ajentis.

ut suprà demonstratum. n. 13.

48 Præterea † etiam cum quis excipiendo in actoris partes ingreditur,

juxta l. agere. 1. ff. de except.

49 Tamen † cum juris præsumptione munitus est, à probatione sublevatur.

per dicta suprà. n. 35.

50 Etiamsi † negativa ejus sit generis, quæ alioquin probationi subjaceret.

Mantic. de conject. ult. volunt. lib 2. d. tit. 1. n. 14. ibi. tertiò non obstat, &c.

Sejum autem heîc multis muniri juris præsumptionibus, antè ostensum est.

n. 38.

51 Ultima † objectio, quod tutor ipse docere gesta, rationesq; suas debeat, tantùm ad generale judicium, & rationes reddendas pertinet.

Quod patet ex textib. & authoritatib. suprà n. 6. adductis.

Heîc

52 Heic † autem speciali judicio experitur pupillus vindicatq; prædium Seii, condictione ex lege,

l. pupillus. 5. § iterum pupillus. 2. ff. de author. tutor. & l. 1. in pr. l. magis puto. 5 ff. de reb. cor.

Seu actione in factum instituta, quasi eo facto illicitè, sineq; debitis sollemnibus, Sejus sibi pupilli prædium comparaverit.

per modò dictas leges.

53 Neq; † movet, si quis fortè contendere velit, clausulam libelli, *Peto mihi super his omnibus & singulis jus & justiciam omni meliori modo administrari:* hoc efficere, ut de tutelæ judicio, vel rationibus reddendis, intelligi libellus pupilli debeat, cum hæc clausula eò prosit, ut remedium illud intentatum esse credatur, quod actori sit utilissimum:

Valerius Vallaria decis. Rotæ Lucens. 24. incip. Sententiam Parisiis. n. 7. ibi. sed quando etiam aliquid dubij, &c.

Nihil enim de his expressum est libello, sed illa tantum emptio, & hæ duæ qualitates, tutorio videlicet nomine, sineq; sollemnibus

d. l. magis puto.

emptionem esse factam.

54 Est † autem certissimum, quod prædicta clausula, tantùm ad specificata restringatur, neq; extendat sese, aut quicquam operetur, circa ea quæ non sunt libello expressa.

Menoch. in præLud. remediorum recuper. possess. n. 17. ibi. alioqui circa non expressa, &c.

55 Quæ † sententia, nisi fallor, in Illustrissimi quoq;
Saxoniæ Electoris supremo Appellationum ju-
56 dicio attendi solet. Atq; † ita in termino Invo-
cavit & Trinitatis Anno 1608. quadam in causâ
pronunciavit suprema Curia Lipsensis, negati-
vam hanc, quod prædium pupillare, sine decre-
to venditum sit, probari à pupillo vindicante
debere, licet reus idemq; emtor, emtionem non
negavisset. Similiter & præsenti in specie judica-
vit, modò commemoratum Illustrissimi Saxoniæ
Electoris supremum Consistorium.

QVÆSTIO XVIII.

An valeat renunciatio, quam ſine decreto fecit minor in hypotheca rei immobilis, ut patrem carcere liberaret?

SUMMARIA.

1. *Quæſtionis deciſio.*
2. *Minor immobilia, ſine decreto, alienare poteſt, ad captivos redimendos.*
3. *Dos expendi poteſt pro neceſſariјs mulieris, è vinculis liberandis.*
4. *Alienari prohibita expendi poſſunt in captivos redimendos. Ampliatur ibid. n. 5.*
6. *Alienari prohibita, alienari poſſunt favore pietatis. Ampliatur ibid. n. 7.*
8. *Captivorum redemtio cauſa pia eſt. Ampliatur ibid. n. 9.*
10. *Donatio captivorum redimendorum cauſa, ultra 500. ſolidos facta, inſinuatione non indiget. Ampliatur ibid. n. 11.*
12. *Piæ cauſæ judicia nõ requirunt cauſæ cognitionem.*
13. *Cauſæ cognitio ubi non exigitur, ibi nec decreto opus eſt.*

14. *Decretum præsupponit causæ cognitionem, & hanc decretum sequatur necesse est.*
15. *Pijs in causis jus naturale ac divinum tantùm attenditur, neglecto jure civili, ibid. n. 16. quod ampliatur ibid. n. 17. & 18.*
19. *Decreti sollemnitas, in rebus minorum alienandis, est ex jure civili.*
20. *Piæ causæ non requirunt decretum.*
21. *Donatio ad pias causas, ultra 500. solidos, non opus habet insinuatione.*
22. *Donatio absenti facta valet favore piæ causæ.*
23. *Testandi inhabilitudo juris civilis, piæ causæ favore, remittitur.*
24. *Conditione, in legato ad pias causas, deficiente; legatum tamen non deficit.*
25. *Conditio formam infert.*
26. *Formæ observatio in pijs causis non est necessaria.*
28. *Muliebris imbecillitas favore piæ causæ non attenditur.*
29. *Mulieris ex Statuto sine consensu mariti aut propinquorum contrahere prohibitæ contractus contrafactus nullus est. Fallit hoc favore piæ causa. ibid. n. 30.*
32. *Piæ causæ in dubio favendum, & pro ea judicandum.*

CIvis quidam Lipsensis primarius uxore defuncta in magnum & grave incidit æs alienum, ita ut à quibusdam creditoribus in carcerem conjiceretur: quâ re comperta, cum filiæ suæ

ſuæ viduæ Sempronianæ dotem adhuc maternam deberet, hujusq; nomine domus quædam ejus tacito pignore teneretur, filia ætate quidem minor, patris tamen miſerta, ut eum carcere liberaret, hypothecæ renunciavit, ſine cauſæ cognitione decretoq;: cautionemq; ſuſcepit aliam ex fundo quodam, in quo pater jus quidem habebat, ſed cum aliis creditoribus controverſum: cumq; pater eò tandem excidiſſet, vivendiq; feciſſet finem, cœpit filia repetere pignus ante commemoratæ domus, hoc colore, quod minor ſine decreto, juri quod in re ſoli habuerat, renunciâſſet:

1 Defendi, † non poſſe; eò quod patrem hac renunciatione è vinculis liberaſſet.

2 Minor † enim alienare etiam ſine decreto poteſt, bona ſua immobilia, ad redimendos captivos. *1. Ratio.*

Bald. Novell. de dot. part. 6. priv. 63. n. 2. verſ. & ideò poſſet pro dicta cauſa alienare, &c. Brederod. in addit. ad Schneidevin. in §. aliæ. 2. ſub n. 27. lit. D. Inſtit. de donat.

3 Quemadmodum † & cum dotem expendit mulier, ut è vinculis aliquem de neceſſariis ſuis vindicaret, dotis actio evaneſcit. *2. Ratio*

text. in l. ſed & ſi 21. in pr. ff. ſolut. matrim.

4 Simili † ratione captivorum redimendorum cauſâ, res alioquin alienari prohibitæ, erogari poſſunt. *3. Ratio.*

Socin. reg. 26. incip. Alienari prohibita. Ampliat. 6.

5 Etiamsi † hæ res ad Ecclesiam pertineant,

text. in c. aurum. 67. vers. cur tot captivi. & vers. ornatus sacrorum. 12. quæst. 2. Bald. cons. 378. incip. factum tale est super quo. n. 1. vers. secundus casus est, &c. lib. 3. Tiraquell pia causa priv. 103.

4. Ratio. 6 Generaliter † enim, quod distrahi aliàs vetatur, pietatis tamen favore, potest alienari.

Ias. in authen. res quæ. n. 32. in undecima extensione. vers. item amplia ultra istos, &c. C. commun. de legat. Roman. cons. 267. incip. Circa id de quo quæritur. per tot. ibiq; Horat. Mandos. in addit. Socin. d. reg. 26. ampliat. 12. Tiraquell. piæ causæ privileg. 102. in pr. Faciunt tradita Oldradi cons. 107. incip. Circa jus municipale. in fi. Mandos. ad Roman. cons. 232. incip. Quatuor sunt quæsita. in verb. habuisse. Ioan. Anan. inter consilia Alexan. cons. 67. incip. Visis & ponderatis. n. 4. ibi. illud autem certum est, &c. lib. 4. ubi Revescala in addit. ad ista verba, plures allegat.

7 Etiamsi † ista alienationis prohibitio expresse facta esset per Statutum jurejurando cōfirmatum.

Ias. in d. authen. res quæ. n. 32. vers. undecimam extensionem notabilem adde, &c. C. commun. de legat. Socin. d. reg. 26. ampliat. 11.

8 Captivorum † autem redemtio inter pias causas haud dubiè connumeratur:

text. in l. si quis. 36. in pr. C. de donat. Bald. d. cons. 378. n. 1. vers. secundus casus est in causa pietatis, &c. lib. 3.

Non

9 Non tantùm cum ab hoste tenentur, sed † etiam ubi quis in carcere est, alicujus sceleris causâ.

arg. traditorum per Schneidevin. in §. alia. 2. n. 27. vers. quod extenditur etiam ad redemtionem eorum, &c. Instit. de donat.

10 Donatio † quoq; captivorum redimendorum causâ facta, etiamsi quingentos solidos excedit, insinuationem tamen non requirit, 5. Ratio.

l. si quis pro redemtione. 36. in pr. C. de donat. Tiraquell. piæ causæ priv. 124. in pr. Iason. cons. 169. incip. Redemtoris crucifixi. n. 13. in 2. puncto. vers. quia speciale est in donatione quæ fit pro redemtione captivorum, &c. lib. 4. Schneidevin. in d. §. alia. 2. n. 27. vers. primùm in pecuniâ donatâ, &c. Instit. de donat.

11 Vel † si in carcere quis sit propter aliquod admissum scelus.

Schneidev. in d §. alia. 2. n. 27. vers. quod extenditur etiam ad redemtionem, &c. Inst. de donat.

12 Pariter † in piis judiciis non requiritur causæ cognitio. 6. Ratio

Tiraquell. in piæ causæ priv. 157. in rub.

13 Ubi † autem causæ cognitio necessaria non est, ibi nec decretum videtur exigendum.

14 Decretum † enim præsupponit causæ cognitionem, & econtrà causæ cognitionem necesse est decretum consequatur.

arg. l. nec quicquam. 9. §. ubi decretum. 1. ff. de offic. procons. l. de qua re. 74. in pr. ff. de judic.

His

15 His † adde, quod in piarum cauſarum negociis, jus naturale ac divinum tantùm conſideratur,

Tiraquell. in pia cauſa priv. 5. & privil. 164. verſ. ſed tantùm juri divino, &c.

16 neq; † ulla requiritur juris civilis ſollemnitas,

Bart. in l. habeat. 1. n. 80. ibi. reſpondeo, in diſpoſitionibus factis ad pias cauſas, &c. C. de SS. Eccleſ. in repet. Tiraquell. in pia cauſæ priv. 13. in pr. & d. priv. 164. in pr.

17 ſive † quoad perſonam diſponentis, ſive quoad diſpoſitionis qualitatem, ſive quoad ordinem diſponendi: ſolumq; hoc exigitur, ne diſpoſitio ipſa bonis moribus ſit improbata.

Bart. modò d. loco. n. 80. verſ. nec in perſona teſtatoris, &c.

18 Cujus † ſententiæ adeò invaluit auctoritas, ut ſi Imperator contrà quid ſtatueret, id omninò ſit invalidum.

Bart. d. loc. n. 80. verſ. & ſi Imperator etiam conſtitueret contrarium, &c.

19 Decreti † autem interponendi ſollemnitas, quæ in rebus minorum alienandis exigitur, jure civili inventa eſt.

l. Imperatori. 1. in pr. & §§. ſeqq. ff. de reb. cor. l. lex quæ tutores 22. C. de adminiſt. tut.

20 Igitur † in hiſce pietatis cauſis decretum non videtur eſſe exigendum.

8. Ratio. 21 Atq; † ex hac ipſa ratione profectum puto, ut donatio ad pios uſus collata quanquam 500. aureorum

rum summam superet, insinuatione tamen non indigeat.

text. in l. sancimus omnem. 34. §. aliàs verò. ubi gl. in verb. ad quingentorum. C. de donat. Speculat. de instrum. edit. §. porrò. 14. in fin. ibiq; Ioan. Andr. in addit. ad verb. illud arg. l. illud. 19. in pr. vers. si quis verò donationes. & ibi Bart. n. 4. & 5. C. de SS. Eccles. junct. l. fin. §. fin. C. de donat. (quo argumento utitur Clarus loco mox allegando) Felin. in c. Ecclesia S. Mariæ. 10. n. 82. vers. sed si fieret Ecclesiæ, &c. ex. de constit. ubi communem dicit Ias. d. cons. 169. n. 14. ibi. breviter in contrarium, &c. lib. 4. ubi etiam communem* ait. Clar. in §. donatio. quæst. 17. incip. successivè quæro. n. 1. ubi itidem communem* attestatur Tiraquell. in piæ causæ priv. 124. vers. sed & idem, &c. ubi plures recenset. Quanquam dissentiat, & malè, glossa in d. l. illud. 19. §. 1. in verb. alia causa. C. de SS. Eccles. & in Novell. de non alienand. aut permut. reb. Eccles. 7. cap. ut autem. 2. §. sin minùs. 1. in verb. forma.*

22 Item † quòd donatio absenti facta, licet aliàs non valeat, piæ tamen causæ favore sustineatur. *9. Ratio.*

Tiraquell. in piæ causæ privil. 115. in pr.

23 Et † inhabilitudo testandi, quæ jure civili introducta est, nec ad naturalem aliquam rationem pertinet, ut sunt mentis sanitas, certitudo voluntatis, & similia piæ causæ favore, remittitur. *10. Ratio.*

Tiraquell. in pia causæ privil. 79.

11. Ratio 24 In † legato etiam ad pias causas quamvis conditio deficiat, non tamen deficit legatum.

Tiraquell. in piæ causæ priv. 57. & 58.

25 Cum † autem conditio formam inferat,

tex. in l. Prætor. 3. in pr. ibi. si non aliter, nisi, &c. ff. de collat. bonor. Zas. cons. 5. incip. ex facto deducitur. n. 90. ibi. jure enim traditum est quod conditio, &c. lib. 1.

26 consequens † est, ut formæ observatio in piis cau-
27 sis necessaria non sit: è quo † deniq; id efficitur, tametsi & hanc ad immobiles minorum res interponendi decreti rationem in formâ ponas, eam tamen in piâ causâ non esse exigendam.

12. Ratio 28 Ad extremum † muliebris quoq; imbecillitas piæ causæ favore non attenditur.

Tiraquell. in piæ causæ priv. 113.

13. Ratio. 29 Quò pertinet † quod cum ex Statuto mulieri absque consensu mariti aut propinquorum contrahere non licet, adeò ut si contrà fiat, contractus sit inutilis;

qua de re est apud Bertazol. in tract. clausular. instrumentalium. claus. 7. gl. 19. incip. Licet in instrumento. n. 1. & 2. & passim per tot. eam glossam. & apud Tiraquell. de legib. connub. gl. 8. in verb. de son mar. per tot.

30 Tamen † ubi mulier sine sollemnitate ista donationis aut quo alio contractu sese obligat, pietatis causâ; valida omni ex parte obligatio est.

Bertazol. in tract. clausul. instrum. claus. 7. d. gl. 19.

*gl. 19. n. 18. ibi. decimò quarto, &c. ubi hanc communem * esse.*

31 Hæc fundamenta † omnia, quanquam, ad sententiam meam obtinendam, arbitror esse firmissima: si quid tamen in iis superest dubii, adhuc pro firmitate renunciationis pronunciandum puto.

32 In dubio enim † piæ causæ favendum, & secundum eam pronunciandum est. 14. Ratio.

Tiraquell. in piæ causæ priv. 146. & priv. 148.

Atq; hanc sententiam, quòd res minoris immobiles, sine decreto, alienari posint, pro patre è carcere redimendo, nominatim asseruit.

Francisc. de Cald. in l. si curatorem. 3. verb. contractum fecisti. n. 18. in quinta fallentia. vers. ubi infert ad alienationem factam, &c. C. de in integ. restit. min.

QVÆSTIO XIX.

An pupillus ex dolo tutoris sui teneatur.

SUMMARIA.

1. *Peccata autores suos tenere debent.*
2. *Tutor ex suo delicto tenetur, non pupillus.*
3. *Dolus tutoris nullâ in re, pupillo nocet, ampliatur n. 4. declaratur n. 5. limitatur n. 6. 22.*
6. *Ob dolum tutoris, datur in pupillum actio, si tutor solvendo est, declaratur hoc ibid. n. 7.*
8. *Pupillus ob dolum tutoris condemnatur, in id, quod à tutore servare potest.*
9. *Pupillus doli capax, ex dolo tutoris potest condemnari declaratur hoc n. 17. & 21.*
10. *Pupillus doli capax videtur, si non præstet sine judicio, quod præstare debet. & n. 15.*
11. *Pupillus administrantem negocia sua habet obligatum. declaratur hoc n. 14.*
12. *Tutor, dolosè quid pupilli commodo faciens, qua actione teneatur?*
13. *Tutor non jubetur delinquere in officio.*
16. *Dolus est non facere, facienda.*
18. *Pacta in personam persona habilitatem exigunt.*

19. Pu-

19. *Pupillus, ut obligetur, pacto tutoris personali, personæ suæ habilitatem habeat necesse est.*

20. *Pupillus habilis quodammodo efficitur ætate, per maliciam.*

22. *Pupillus ex dolo tutoris tenetur, quatenus est factus locupletior. declaratur ibid. n. 23. & seqq.*

24. *Pervenisse ad pupillum ex dolo tutoris, quomodo intelligatur? Declaratur ibid. n. 25.*

26. *Pupillus sine tutoris auctoritate contrahens conveniri potest quatenus est factus locupletior, quod dicitur exceptio à regula. n. 29.*

27. *Pupillum locupletiorem factum esse quis, & quomodo probet, & n. 32. 34.*

28. *Allegans fundamentum intentionis suæ probare tenetur.*

30. *Pupillus sine tutoris auctoritate contrahens non obligatur.*

31. *Regulæ tantisper stamus donec probetur exceptio.*

33. *Tutor ignorare potest ea, quæ sine auctoritate eius pupillus facit.*

35. *Rationes tutoris quæ continent, ea illata ritè creduntur propter officij necessitatem.*

36. *Rationis redditio in probatione versatur acceptorum & expensorum.*

37. *Divinare non potest, qui cum tutore contrahit, quomodo is gerat res pupilli, gestavè rationibus aut commodo pupilli inferat.*

39. *Quoties de pupillo conveniendo tractatur, duo considerantur, fraus pupilli, & an sit factus locupletior.*

1 Cum suos† peccata autores tenere debeant,
l. sancimus. 22. C. de pœn.

2 Tutorem † quoq; si quid in rebus pupilli sui administrandis deliquerit, ipsummet eo ex delicto teneri, æquum est, non pupillum.
l. si sint. 4. ff. de tab. exhibend.

Regula. 3 Quare †neq; in interdicto, neq; in cæteris causis, pupillo nocere oportet dolum tutoris.
l. neq. 159. (aliàs l. 198.) ff. de reg. jur. l. sed si. 3. §. si servus. 1. ff. de tributor. act. l. dolus. 3. in pr. ff. quando ex facto tutor.

4 Sive † solvendo est tutor, sive non est.
d. l. neq. 159. ff. de reg. jur.

5 Quod † ita puto accipiendum, ut nullo rerum suarum damno, propter tutoris dolum pupillus afficiatur:

6 Nam† ubi solvendo tutor est, datur sanè in pupillum, ex dolo tutoris, actio:
text. in d. l. sed si. 3. §. si servus. 1. vers. quamvis Pomponius. ff. de tributor. act. & in l. summa. 21. §. si dolo. 1. ibi. & puto, si solvendo tutor sit, præstare pupillum ex dolo eius. ff. de pecu. (ubi sequens verbum, *Maximè*, indicat, non illo tantùm, qui subjicitur, sed isto etiam in casu pupillum teneri) *l. apud Aristonem. fin. in pr. ff. de administ. tut. l. ob dolum. 1. ff. quand. ex fact. tut.* (quam legem intellige, ubi tutor comparavit pupillo quid dolosè, pupillusq; eam rem possidet, locupletior tamen factus non est, propterea quod pre-

cium

cium pro emtâ re ab tutore est persolutum) *l. ait Prætor. 1. § hoc edicto. 6. ff. ne vis fiat ei, qui in possessionem missus erit.*

7 Verum † hactenus tantùm, ut actionem præstet, quam adversus tutorem habeat. *Exceptionis hujus declaratio 1.*

text. in d. l. sed si. 3. §. si servus. 1. in fi. ibi & sanè hactenus tenebitur, &c. ff. de tributor. act. d. l. apud Aristonem. fin. vers. puto eum verè dicere. ff. de administ. tut.

8 Ubi † quidem, tametsi possideat pupillus, condemnabitur tamen, non quanti actor in litem jurabit, quod ferè fieri aliàs debebat,

l. rem in judicio. 1. cum l. seq. in pr. ff. de in lit. juran.

sed quoad solvendo tutor est, seu quantum à tutore potest conservari.

text. in d. l. apud Aristonem. fin. in pr. ff. de administ. tut. & in d. l. ob dolum. 1. ff. quando ex fact. tut.

9 Deinde † quod cum solvendo tutor est, conveniri ex dolo ejus pupillum posse diximus: *1. Exceptionis declaratio 2.*

suprà n. 6.

ita quoq; intelligimus, si pupillus dolo capax sit.

d. l. ait Prætor. 1. §. hoc edicto. 6. vers. sed pupillum eum debemus accipere, &c. ff. ne vis fiat, &c. d. l. fin. ibi. pupillus culpæ expers. ff. de administ. tut.

0 Qualis † fortasse semper esse videbitur, ubi conveniri hoc se nomine patietur:

arg. l. si pupilli. 6. §. videamus. fin. vers. certè

si quid

si quid a se. l. si autem. 8. in pr. ibi. certè in sua persona. l. qui sine. 38. in pr. ibi. si à semetipso. ff. de negoc. gest. l. quoties. 9. § nec utiq; 6. ff. de administ. tut.

11 Nam † cum negocia sua gerentem habeat obligatum,

tot. tit ff. de tutel. & rat. distrahend. fac. l. si pupilli. 6. in pr. l. Nesennius. 34. ff. de negoc. gest. l. quia pupilla. 4. C. eod. tit. de negoc. gest. quarum legum argumento ideò heîc u-
12 tor, quod tutor † dolosè quid in pupilli commodum agens, fortasse non usque-
13 quaq; tutorio nomine obligatur, nec † enim delinquere eum jubet tutelæ officium, *arg. l. si remunerandi. 6. §. rei turpis. 3. l. si verò. 12. §. si adolescens. 11. l. si mandavero. 22. §. qui ædem. 6. ff. mand. faciunt quæ dixi infrà quæst. 33. incip. Lucium Sempronius. n. 110. ibi. nemo enim ad compendia, &c.* quare
14 propius † hoc ad negociorum gestorum accedere obligationem existimo. *per l. si pupilli. 6. §. sed etsi. 3. ff de negoc. gest.* neq; tamen cum quoquam de hoc magnoperè putârim esse contendendum.

15 Dolosè † faciet, si cedere actionem recusabit, quam, quòd ex alieno dolo manavit, legibus in eum, qui læsus est, transferre cogitur.

16 Dolus † enim est non facere ea, quæ scimus, aut scire debemus, esse nobis efficienda.

Zas. cons. 5. incip. Ex facto deducitur. n. 15. vers.

verſ. ad quod accedat elegans doctrina, &c. lib. 1. Damhouder. in patrocin. pupill. tit. de tut. & curator. liberatione. cap. 2. incip. Poſtquam cognoveram. n. 8. ibi quisquis enim quod facere debuit, &c. & de tutor. & curat. ratione. cap. 3. incip. Sicut officium. n. 8. ibi. qui enim non facit id, &c. Maſcard. de probat. concl. 531. incip. Dolum regulariter. n. 80. ibi. trigeſimò fallit, &c.

17 Sed † hæc iterum conſideratio, in eà tantùm ſpecie uſurpatur, qua in perſonam pupilli dolosè tutor pactus eſt. *Declarationis ſecundæ reſtrictio.*

18 Nam † cum hujuſmodi pacta perſonam exigant.

arg. l. jurisgentium. 7. §. pactorum quadam. 8. ff. de pact.

19 Si obligari † pupillus debet, neceſſe omninò eſt, ejus quoq; habilitatem quadantenus intervenire:

l. obligari. 43. ff. de obl. & act. l. is cui bonis. 6. ff. de verb. obligat. l. Prætor. 2. §. vi bonorum. 10. ff. vi bon. rapt.

20 Quæ † habilitas heic doli ſive maliciæ capacitate quodammodo inducitur.

arg. l. ſi alterius. 3. C. ſi min. ſe maior. dix. & c. de illis. 9. ex. de deſponſat. impub.

21 Cæterum † ſi in rem pupilli, à tutore contractum ſit, doli capacitatem non attendimus, ſed ſimpliciter, in eum, ex dolo tutoris, actionem hoc caſu impertimus.

l. apud Celſum. 4. §. illa etiam. 23. ibi. ſive

 contra-

contractum sit cum eo in rem pupilli. ff. de doli mal. & met. except.

2. Exceptio. 22 Explicavimus † unam speciem, pupilli ex dolo tutoris conveniendi: Nunc & aliam adjiciemus, nam ob dolum quoq; tutoris sui conveniri pupillus potest, in quantum ex eo est factus locupletior.

text. in l. sed & ex dolo. 15. in pr. ff. de dol. l. sed si 3. §. si servus. 1. ibi nec tamen lucrosum esse debere. ff. de tributor. act. l. Iulianus. 13. §. sed cum in facto proponeretur. 7. ff. de actionib. emt. l. dolus. 3. ibi. quod autem vulgò dicitur, &c. ff. quando ex fact. tut. l. apud Celsum. 4. §. illa etiam quæstio. 23. ff. de dol. mal. & met. except.

23 Seu † quod idem est, quantum ad eum ex dolo tutoris pervenerit.

d. l. sed si servus. 3. §. si servus. 1. vers. & ideò hactenus, &c. ff. de tributor. act.

24 Pervenisse † autem creditur id, quod tutelâ durante,

text. l. Iulianus. 13. §. sed cum in facto. 7. ibi. quia nec transfertur in pupillum post pubertatem hoc, &c. ff. de act. emt.

pupilli rationibus illatum à tutore esse probatur.

text. l. illud. 4. §. si impuberis. 1. ff. de evict. l. dolus. 3. in fin. ff. quand. ex fact. tutor.

25 Ubi † quidem non attenditur, ritène accepto latum

tum ſit an non, ſed ſaltem an contractum ſit cum eo tutore,

d. l. illud. 4. §. ſi impuberis, in fin. ff. de evict.

qui adminiſtravit.

l. apud Celſum. 4. §. illa etiam. 23. ibi dummodo rem adminiſtret. ff. de dol. mal. & met. except.

26 Quando † pupillus contraxit ſine tutoris auctoritate, remq; ſuſcepit, eà conventione comprehenſam, volumusq; eum, quod locupletatus inde ſit, convenire, *juxta l. ait Prætor. 3. §. pupillus. 4. ff. de negoc. geſt. & l. depoſitum. 1. §. an in pupillum. 15. ff. depoſ. cum ſimilib.* idipſum

27 † quod ſit factus locupletior, probari ab actore oportet, *per tradita infrà quæſt. 31. incip. In eo capite. n. 10. ibi. ſed iſtis nō obſtantib. &c. & n. ſeqq.*

28 tum † quia allegat hoc, ceu fundamentum intentionis ſuæ *l. ei. 2. l. ab ea parte. 5. l. in exceptionib. 19. ibi. velut intentionem. ff. de probat.*

29 tum † quia exceptio hæc eſt ab regula, qua traditum eſt,

30 pupillum † ſine tutoris auctoritate contrahentem non obligari, *l. obligari. 42. ff. de obl. & act.*

31 Regulæ † autem tantiſper adhæreſcim⁹, donec doceatur exceptio, *Viv. deciſ. 135. incip. Regula ſtandū. n. 1.*

32 neq; † adhiberi heic poſſunt rationes tutoris, quippe, quo abſente, ac forſitan

33 † etiam ignorante

rante *l. usucapio. fin. in fi. ff. pro suo.* pupillus contraxit.

34 Aliud † est, cum tutor nomine pupilli contraxit; ibi enim facto tutoris ad pupillum quid pervenisse, ex rationibus tu-
35 toris sumi doceriq; potest: tùm † quia illatum ritè creditur, quod in rationibus invenitur, *arg. traditorum. Christoph. de Strassen. int. consilia variorum. cons. 24. incip. Quo verò ad primum. in 2. quæst. n. 49. vers. ratione autem juramenti, &c. lib. 3.* propter officii necessitatem, *l. tutori. 20. ibi. necessi-*
36 *tas muneris. C. de negoc. gest.* tum † quia ipsa illa rationis redditio in probatione versatur acceptorum & expensorum, *l. qui sub conditione. 110. in pr. ff. de condit. & demonstr. Rota Genuens. decis. 116. incip. Quia constituit. n. 2. vers. cum itaq; suprà dicta jura, &c.*

37 Nec † enim divinare potest, qui cum tutore contrahit, quomodo is gerat res pupilli sui, gestavè pupillo referat:

text. in l. apud Celsum. 4. §. illa etiam. 23. vers. unde enim divinat us, &c. ff. de dol. mal. & met. except.

38 Habet † itaq; Lector amantissimus duas species, in quibus ex dolo tutoris sui conveniri pupillus potest, à nobis, ut videmur, diligenter, ac fortasse etiam novè enucleatas, quas tamen ab generali juris ratione nihil habere separatum arbitramur;
39 nam † & aliàs, cum de pupillo conveniendo tractatur,

ctatur, duo solent considerari: dolinè capax sit fraudemq; admiserit, vel an sit factus locupletior.

text. in l. depositum. 1. §. an in pupillum. 15. ff. depos.

QVÆSTIO XX.

An actio aliqua supersit, qua prædium minoris sine decreto alienatum, post quinquennium à perfecta ejus ætate possit recuperari?

SUMMARIA.

1. *Minoris res immobiles divisionis causâ, sine decreto alienari possunt. Declaratur ibidem n. 17. 18.*
2. *Minoris res immobiles inter cohæredes ad divisionem provocantes possunt sine decreto alienari. Declaratur ibidem n. 19.*
3. *Nomine quo res quæq; geratur, inspiciendum.*
4. *Nomine officii quid agens, ea de re finito officio, non tenetur.*
5. *Procuratorio nomine contrahens non ipse sed dominus*

nus obligatur, nisi expressè fidem suam pro domino adstringat.

6. *Institor non se sed dominum obligat contractu suo.*

7. *Tutores & curatores, ex negocijs pupillorum aut puberum, finito officio, non tenentur, sed pupilli ac puberes; Declaratur ibidem n. 21. 24.*

8. *Factum idem non potest pariter obligationem & liberationem eidem parere. Declaratur ibid. n. 24. 25. 25. 26. 27. 28.*

9. *Restitutio in integrum quadriennio tantùm post perfectam ætatem durat. & n. 11. 29.*

10. *Minorum prædia, sine decreto alienata, quinquennio post ætatem perfectam possunt revocari. Declaratur ibidem n. 30. 32.*

12. *Minoris prædium sine decreto alienatum vindicari potest, cum inutilis sit alienatio.*

13. *Prædio minoris pro pecuniario vel alio debito in solutum citra decretum dato, dominium à minore non discedit.*

14. *Alienatio rerum immobilium jure Saxonico non aliter fieri potest, quàm interveniente renunciatione & traditione judiciali.*

15. *Dominium non habens in re aliqua, eum, cui rem tradit, non efficit dominum.*

16. *Nemo plus juris in alterum transfert, quàm ipse habet.*

18. *Minoris res immobilis, ad debitum eius dissolvendum adhiberi nequit, sine causæ cognitione, decretoq;.*

20. *Quod potuit, noluit, quod voluit non potuit.*

22. *Nul.*

22. *Nullum quod est, nullum effectum parit.*

23. *Nullum quod est, id neq; accipere potest robur, neq; dare.*

28. *Testamento quid facere damnatus, facti huius impletione, & sese liberat ab obligatione testamento, & legatarium sibi obligat.*

31. *Quinquennium quo alienationes rerum minoris confirmantur, non præscriptionem inducit, sed fingit tantùm ratihabitionem tacitam.*

33. *Protestationis natura est, jus protestantis conservare.*

34. *Protestatio adulti, de non ratâ habendâ alienatione prædij sui, annis suis minoribus factâ, etiam extra judicium fieri potest.*

35. *Protestationes regulariter judicij fervorem non requirunt.*

37. *Minoris re immobili alienatâ per contractum duplici vicio laborantem, quinquennium ab ætate perfecta, ratihabitionem alienationis non inducit.*

38. *Plures ubi defectus sunt, uno sublato, non continuò & alter tollitur.*

39. *Ratihabitio maioris super contractu suo in minorennitate gesto, præiudicat ei in beneficio, quod ætatis privilegio habebat, non quod ipsi jure communi competit.*

40. *Geminæ ubi sunt causæ nullitatis, quamvis una peremta sit, altera tamen nullitatis querelam conservat.*

41. *Actio, quæ ob nullitatem contractus competit,*

Saxo-

Saxonico jure durat triginta uno annis & sex septimanis.

42. *Nullitatis querela longissimâ tantùm præscriptione summovetur.*

TUtor prædium quod pupilla commune cum fratribus habebat, iisdem in solutum dedit, omissâ renunciatione ac traditione judiciariâ; horum deinde fratrum unus reliquorum partes emit, ac sine liberis decedens, uxorem omnium bonorum hæredem instituit, pupilla autem cum adolevisset, rationes à tutore petiit, qui potentiâ suâ fretus rem subinde distulit, donec & ipse moreretur, quare ne omni jure suo excideret, fratris viduam testato monuit, se jus suum in prædio sibi integrum esse velle, atq; ita ad tricesimum usq; ætatis suæ annum conticuit; quæsitum, an quod ei remedium ad partem suam recuperandam superesset?

Dubio res non caret, videtur enim hoc loco tutor partem prædii, divisionis causâ, pupillæ cohæredibus cessisse:

1. Ratio dubitandi.

1 Res † autem minorum immobiles propter divisionem possunt sine decreto alienari.

text. in l. Imperatores. 1. §. & sunt verba. 2. vers. res propter divisionem. ff. de reb. eorum qui sub tut.

2. Ratio dubitandi.

2 Quemadmodum † & alienatio citra ejusmodi sollemnitatem fieri potest, inter cohæredes, aut socios, ad divisionem rei communis provocanteis. *text.*

text. in d. l. Imperatoris. 1. § & sunt. 2. vers. si communis res. ff. de reb. eor. ubi dicitur, si communis res erit, & socius ad divisionem provocet, nihil ex communi commerciorum libertate esse novandum. quod *ibi gl. in verb. Censeo.* palàm sic interpretatur, ut alienatio fieri possit absq; decreto. Idem habetur etiam *in l. inter omnes. 17. C. de praed. minor. sine decret. non alienand.*

Tutor quoq; heic non proprio, sed tutorio nomine, debiti videlicet pupillaris dissolvendi causâ alienationem effecit: *3. Ratio dubitandi.*

3 In † omni autem negocio contrahendo inspiciendum est, quo nomine, quavè contemplatione atq; respectu res geratur:

Everard. in locis legalib. loco de tanquam. n. 5. ibi. hinc quotidiè dicimus, &c.

4 Nam † qui officii nomine obligavit sese, aut quod aliud gessit negocium, ea de re, finito munere non tenetur.

Everard. in d. locis legalibus. loco à nomine dignitatis, &c. n. 2. vers. quia obligans se nomine officij, &c. Modestin. Pistor. cons. 63. incip. Auff die erste Frage. *n. 24. ibi.* Nun ist eine gemeine Regel im Rechten. *quod contrahens, &c. lib. 1 & cons. 51. incip.* Solche Fragen vermittelst göttlicher Hülffe. *n. 31. ibi. certi enim & explorati juris est, &c. lib. 2. ubi hanc ait esse certam & exploratam juris regulam.*

5 Unde † qui tanquam Procurator contrahit no-

mine domini, non obligatur ipse, sed dominus duntaxat, nisi expressè fidem suam pro domino adstrinxerit.

text. in l. si pupilli. 6. §. item si Procurator. 1 ff. de negoc. gest. Bald. in l. ei qui ferro. 7. n. 5. ibi. quæro quid si Procurator, &c. C. quod cum eo, &c. Ripa in l. si se non obtulit. 4. in pr. n. 11. ibi. primò an Procurator, &c. ff. de re judic. Modestin. Pistor. d. cons. 51. n. 31. vers. facit quod tradit Baldus, &c. lib. 2.

6 Similiter † & institores, qui tabernæ domini præficiuntur, non tenentur ex contractibus, quos in officio suo institorio celebraverunt.

Ripa in d. l. si se non obtulit. 4. in pr. n. 12. ibi. ex prædictis infertur, quod factores, &c. ff. de re judic.

7 Deniq; † ac ne abs re præsenti longius evagemur, tutores vel curatores ex administratione pupillorum vel adolescentum finito officio non esse conveniendos, sed pupillos ipsos, sæpè decretum atq; constitutum est.

text. in l. Iuliana. 1. & l. si in rem. 3. C. quand. ex fact. tutor.

Quare cum pupilli atq; minores ex hujusmodi defensorum suorum contractibus firmiter obligentur, non possunt eis actiones indidem adversus alios generari.
8 Non † potest enim idem factum eundem & obligare pariter & liberare.

text. in l. cum is. 32. §. fideiussor. 1. ibiq; gl. in verb. & ideò. & l. si fideiussor. 59. quæ lex

hac

hac ratione decidendi nititur) *ff. de condict. indeb. l. alius. fin. ibiq́ gl. in verb. servum à se liberasse. ff de tributor. action. l. qui hominem. 34. §. qui perpetua. fin. ibiq́ gl. in verb. liberorum. & Bart. in pr. gl. in l. si is cui. 94. §. Flavius. 3. in verb. non potest. ff. de solut.*

9 Deniq; † ut maximè dandum sit aliquam adultæ actionem advers⁹ prædii possessorem initio competiisse, ea tamē actio jam pridem expiravit, cum neq; restitutionis petendæ quadrienniū supersit: *4. Ratio dubitandi.*

l. supervacua fin. C. de tempor. in integr. restit.

10 & † quinq; tantùm post ætatem perfectam annis, alienationes prædiorum sine decreto factæ retractari queant,

text. l. si quando fin. C. si maior fact. alien. fact. sin. decret. rat. hab.

11 Quo † ipso quinquennio simul restitutionis quoque beneficium summovetur.

Pet. Paull. Paris. cons. 33. incip. Exarato jam n. 34. ibi. & per hanc ratificationem, &c. lib. 1.

12 Verum † ego, re penitius perspectà, respondi: vindicationem huic fœminæ competere partis suæ; quòd in ætate ejus imperfectiore alienata est, sine causæ cognitione atq; decreto, quæ res efficit inutilem esse alienationem, dominiumq́; penes fœminam permansisse. *Decisio.* *1. Ratio decidendi.*

l. si nulla. 1. C. de commun. rer. alienat. l. lex quæ tutores. 22. § nec verò domum. & §. jam ergò vendisio. C. de administrat. tutor. l. non est. 2. l. 3. l. 4. ibi. vindicare eam potes. l. minorum. 6. l. 7.

l. 7. l. 8. ibi. cum proprietas ad te propter juris interdictum transire non potuerit, in dominio mariti permansisse palam est. l. 9. 10. 11. ibi. cum Senatusconsulti autoritas retento dominio alienandi viam obstruxerit. & tot. tit. C. de prædijs minor. sine decret. non alienand. l. 1. per tot. & tot. tit. ff. de reb. cor. qui sub tutel. vel cura.

2. Ratio decidendi.

13 Idq; † nominatim constitutum est, in præsenti specie, ubi cum pecunia vel quæ alia res deberetur, ejus vice prædium à tutore in solutum sine decreto datum est; tali namq; casu dominium à pupilla discedere non permittit Senatusconsulti autoritas.

text. in l. si minor. 15. C. de præd. minor. sin. decret. non alienand.

3 Ratio. decidendi.

His accedit, quòd in proposita tutoris alienatione, nulla prædii neq; renunciatio neq; traditio judicialis facta est.

14 At † jure Saxonico ad rerum immobilium alienationes omninò necesse est, & renunciare venditorem id quod vendit, quasi in manus judicis, & per judicem tradi rem novo domino, ita, ut quamdiu hæc non fiunt, nulla facta censeatur dominii translatio.

text. art. 8. incip. Wo ein Mann sein eigen. *in pr. ibiq. gl. nova. lit. B. incip. De alienatione immobilium. gl. nova art. 9. incip.* Wer dem andern gelobet. *lit. L. vers. sed ex usu communis patria, &c. text. art. 21. incip.* Man mag Frawen. *in pr. & gl. latina. art. 34. incip.*

Ohne

Ohne des Richters Urlaub. *lit. a. incip. res quidem. in pr. & art. 25. incip.* Ohne der Erben Laub. *in pr. lib. 1.* Landrecht. *& art. 30. incip.* Wer im Erbe. *in fin. lib. 2.* Landrecht. *text.* Weichbild. *art. 20. incip.* Nu höret. *in pr. & art. 60. incip.* Gibt ein Mann. *in fine. Sachs. lib. 1. different. 4. incip. Iure civili donatio bonorum. col. 5. vers. licet autem ut jam dictum est, &c. Reinhard. lib. 2. part. 1. different. 3. incip. Iure civili donatio bonorum. vers. secus de jure Saxonico, &c. & different. 22. incip. De jure civili traditione. vers. secus de jure Saxonico, &c. Matth. Coler. de processib. executiv. part. 1. c. 10. incip. Viso num & quo jure. n. 166. vers. sed ut transferatur plenum dominium, &c. & decis. 16. incip. Iure civili traditione. n. 3. ibi. jure autem Saxonico, & n. seqq. & decis. 137. incip. Iure civili circ. prædia. n. 18. ibi. tamen dominium, &c. dicens Scabinos Lipsenses ita pronunciare. Pet. Heig. lib. 2. quæst. 18. incip. Iuris feudalis. n. 4. ibi. nam licet ad pleni juris translationem, &c. Andr. Rauchbar. quæst. 6. incip. juris est non incogniti. n. 35. ibi. & venditorem, &c. lib. 1.*

15 Cum † itaq; frater ipse nullum in prędio isto dominium sit consecutus, consequens est, nec uxorem testamento ejus dominam ab eo effici potuisse.

text. in l. traditio. 20. in fin. pr. ff. de acquir. rer. domin.

16 Nemo † enim plus in alterum transferre juris potest, quàm habet ipse.

text. in c. nemo potest. 79. ext. de reg. jur. in 6.

17 Contrariis sic obviam veniri potest. Primum † quod res pupillorum immobiles, cum aliis communes dividi citra causæ cognitionem possint, id verum tantummodò esse, majore aliquo ad divisionem provocante:

text. in l. inter omnes. 17. C. de præd. minor. sine decret. non alienand.

at heîc non divisionem postulante fratre majore, nec dividendi, sed æris dissolvendi gratiâ facta est

18 alienatio, quo † casu etiam in re communi,

d. l. inter omnes. 17. C. de Præd. minor. sine decret. non alien.

causæ cognitionem decretumq;, & summam præterea cautionem intervenire necesse est, inprimis eò spectantem, ut investigetur, nullóne alio remedio dissolvi æs alienum potuerit, quàm hujus rei alienatione.

ut latè habetur in l. magis puto. 5. §. non passim. 9. & seqq. ff. de reb. eor. l. ob æs. 12. C. de præd. minor sine decret. non alienand. Bald. cons. 184. incip. ad intelligentiam quæsitorum. n. 1. lib. 1.

19 Fateor † etiam valituram alienationem, si familiæ erciscundæ causâ ad eam descensum fuisset:

per

per supra dicta n. 2.

At hoc non apparet fratres mulieris voluisse, accidit † igitur eis, quod vulgò dici solet, ut quod 20 potuêre, noluerint, quodq; voluêre, non potuerint.

l. multum interest. 6. in fin. ibiq; gloss. in verb. potes. C. si quis alteri vel sibi. text. in l. si genero. 26. C. de jure dot. l. à marito 18. C. de donat. int. virum & uxor. l. sive emancipatus. 17. in fin. C. de donat. fac. l. in ambiguo. 3. in fin. ff. de reb. dub.

21 Tertia † objectio, quòd tutorio nomine contrahens illi, qui cum contrahit, pupillum tantùm non etiam sese obliget, vera & ipsa est, quoties validè tutor contraxit, heîc autem nulliter contractum est,

per suprà dicta n. 14.

22 Quod † autem inutile est, nullum potest effectum parere.

text. in l. bovem. 43. §. si sub conditione. fin. ibi. inutiliter agitur, quia nondum perfecta emtio, &c. ff. de ædilit. edict. l. nam etsi sub conditione. 5. ibi quia nullus est. ff. de iniust. rupt. vel irrit. testam. l. si fundum. 81. §. cum statu liber. 9. ff. de legat. 1. l. si se non obtulit. 4. §. condemnatum. 6. ff. de re judic. Oldrad. cons. 106. incip. quod executoria in pr. vers. quia eius quod nullum est, &c. Andr. Gail. in tract. de arrest. imper. cap. 11. incip. Constitutio arrestorum. n. 14. vers. & quod nullum est, &c.

Zas.

Zas. cons. 5. incip. Ex facto deducitur. n 71. ibi. quia quod nihil est, &c. lib. 1. Dan. Moller. lib. 3. semestr. cap. 44. incip. Titius & Seius. n. 4. ibi. cum quod nullum est, &c.

23 Et † ut Baldus ait, quod invalidum est, id neq; accipere potest robur neq; impartiri.

Bald. in l. un. n. 2. vers. certum est enim quod id, quod est nullum, &c. C. ne lic. in una eademq; causa ter provocare.

24 In † minorum quoq; negociis non est inauditum, ut geminæ pateant viæ, una adversus tutores, altera contra eos, in quos res minorum alienatæ sunt.

text. in l. si jam puberes. 1. § quod si. 1. & duab. ll. seqq. l. etiam tutorib. fin. C. si tutor. vel curat. interven.

25 Quare † & quod postea objectioni huic est adnexum, rem eandem non posse simul & liberationem parere, & obligationem, id ad minores commodè referri nequit.

26 Quanquam † & regula ista de contrariis tantum effectibus loquitur, non separatis,

gl. in l. in numerationibus. 44. in verb. sibi legatarium. ff. de solut.

27 Quales † sunt in hac specie nostra, ubi tractatur, an tutor suâ in solutum datione pupillum obliget, & an è contra pupillus propter hujus dationis vicia aliquam adversus eos, quibus datio facta est, actionem consequatur? quod certè utrumq; potest consistere.

Nam

28 Nam † & cum quis testamento damnatus est alteri vendere, locare aut utendi-fruendi causâ pecuniam numerare, eadem numeratio, venditio, locatio, & liberat numerantem ac vendentem, locantemq; obligatione testamenti, & accipientem ad cautionem fructuariam, ad precium aut mercedem persolvendam obstringit.

text. in d. l. in numerationibus. 44. ff. de solut.

29 Quod † extremo loco relatum est, de quadriennio petendæ restitutionis, & ratihabitione per lapsum quinquennii; in eo restitutionem quidem non urgemus, propter lapsum quadriennii:

30 Sed † ratihabitionem tamen quinquennio non putamus esse introductam, propterea quòd mulier ante quinquennii exitum protestata est, se non probare alienationem à tutore suo effectam.

31 Quinquennium † namq; alienationes sine decreto factas, non quasi præscriptione confirmat, sed tantùm quadam fictione ratihabitionis: Sic ut eo tempore, adulti taciturnitate, præterlapso, leges perinde rem habeant, ac si minor perfectam ætatem consiliumq; adeptus, alienationem novâ voluntate comprobârit.

text. in l. fin. ibi. longo silentio. & ibi diuturno silentio roborentur. & ibi. nihil conquestus est. & ibi. donatore acquiescente. C. si maior. fact. alien. sin. decret. fact. Hieron. Laurent. decis. 59. incip. Ludovicus & Bertrandus. n. 10. vers. quia cursus quinquennij, &c. Natt. cons. 162. incip. Perspecto instrumento venditionis. n. 30.

vers. præterea dicta lex finalis non procedit, &c. n. 31. Iacob. Menoch. de recuperan. possess. remed. 15. ex c. redintegranda. 3. quæst. 1. n. 188. ibi. primò quia cursus, &c.

32 Quare † si, antequam impleatur præscriptum hoc ratihabitionis effingendæ tempus, palàm adultus protestetur, nolle se alienationes rerum suarum habere ratas, cessat legis fictio.

text. in d. l. fin. ibi. nihil conquestus est. C. si maior fact. sumto argumento inde à contrario sensu, quod in jure fortissimum esse inter omnes constat.

33 Ea † enim natura protestationis est, ut jus protestantis conservet.

Alex. cons. 130. incip. In causa Strazarolorum. n. 12. vers. nam clarum est, quod protestatio, &c. lib. 4.

34 Et hanc quidem protestationem vel extra judicium factam esse sufficit.

ut monuit gl. in d. l. fin. in verb. conquestus est. C. si maior fact. &c. pro qua facit text. in l. non distinguemus. 32. §. cum quidam. 14. ff. de arbit.

35 Regulariter enim protestationes fervorem judicii non exigunt, sed fieri possunt etiã sine judicio.

text. Novell. de tempore non solutæ pecuniæ super dote 100. cap. si ergò. 1. § si autem. 1. vers. si autem etiam in judicio.

36 Præterea † hæc quoq; alienatio duplici infecta est vicio, neq; enim causæ tantùm abest cognitio, decretumq;

cretumq;, sed etiam renunciatione ac traditione judiciariâ destituitur.

ut suprà demonstravimus n. 14.

37 At † ubi contractus gemino vicio laborat, ratihabitio tacita, quæ quinquennio post exactos pubertatis annos inducitur, locum non invenit.

Menoch. de recuper. possess. remed. 15. ex. C. redintegranda. n. 184. ibi. declarantur quartò relati casus, &c. Paull. de Montan. de tutel. c. 33. incip. Superiore capite diximus. n. 570. ibi. quartò non procecedit, &c.

38 Cujus † rei ratio est, quod ubi plures in aliqua re defectus sunt, uno sublato, non continuò alter quoq; tollitur.

Dec. cons. 160. incip. In causa monasterij. n. 4. col. 4. vers. & quia ubi plures sunt defectus, &c.

39 Et † ratihabitio quam major facit super contractu in ætate ejus imperfecta celebrato, præjudicium quidem ei affert in beneficio, quod speciali ætatis habebat privilegio, non autem quod eidem jure communi competit.

Pet. Paull. Paris. consil. 49. incip. Contractus iste celebratus. n. 47. ibi. & idem comprobatur. & n. 51. vers. at per ratificationem tollitur, &c. lib. 1.

40 Quare † & heîc priore nullitatis causâ quinquennio sublatâ, altera adhuc superest causa nullitatis, ex defectu renunciationis ac traditionis judiciariæ, quæ etiam majoribus actionem tribuit,

ita in ſimili loquuntur Menoch. & Montanus ſuprà n. 37. relatis locis.

41 non † quinque tantum, ſed triginta uno annis & ſex hebdomatibus perdurantem.

per tradita Matthiæ Coleri de proceſſib. execut. part. 1. cap. 3. incip. viſo de manus iniectione. n. 29. verſ. cum ſecundum illud regulariter, &c. & n. ſeq. Fachſii lib. 1. different. 11. incip. de jure civili ne dominia. verſ. de jure Saxonico, &c. Reinhard. lib. 2. part. 6. differ. 1. incip. De jure civili res mobiles. verſ. de jure verò Saxonico, &c.

42 Nullitatis † enim actio principaliter inſtituta, non niſi longiſſimâ præſcriptione ſummovetur.

Guid. Papæ ſing. 938. incip. Quando dicatur modicum precium. in fin. Zaſ. in l. cum quærebatur. 62. n. 10. ibi. ſed dubitabis quamdiu de nullitate cognoſci poſſit. ff. de re judic.

QVÆ-

QVÆSTIO XXI.

An hæredi ante sepulturæ tempus in possessione bonorum defuncti venire liceat?

SUMMARIA.

1. *Hæreditas statim à morte defuncti devolvitur ad hæredem.*
2. *Hæreditatem jure Saxonico, ante trigesimum, hæredi restituere non tenemur, nec eo nomine respondere; Declaratur ibidem n. 10. 11.*
3. *Defuncto intra novem dies, post obitum eius, nulla, jure civili, afferri molestia debet; Declaratur ibidem n. 10. 11.*
4. *Hæres intra novem dies post obitum defuncti jure civili, & intra triginta dies jure Saxonico, custodiæ causâ, intrare bona defuncti potest.*
5. *Mobilia hæres intra tempus sepulturæ etiam ad manus suas potest suscipere custodiæ gratiâ.*
6. *Mißio in bonorum possessionem, jure civili, fieri potest custodiæ gratiâ. Ampliatur ibidem n. 7.*
8. *Vidua sepelire maritum debet consilio hæredum.*
9. *Vidua hæredi, custodiam bonorum defuncti intra tempus sepulturæ negans, mulctatur & hæreditatem restituere tenetur.*

Ratio dubitandi.

VIr quidam in terris Saxoniæ deceſſit, cujus hæredes in bona ejus ſeſe contulêre, antequam ſepultura inſtitueretur, dubitatum an jure
1 id eſſet factum? tametſi † enim utenſilia, res expeditoriæ, & generaliter omnis hæreditas ſtatim ab obitu ejus, à quo manat, ejus efficitur, cui defertur: *gl.* Weichbild. *art. 23. incip.* Nu höret vñ vernehmet. *col. 3. verſ.* Ihr ſolt zu einer Entſcheidung wiſſen.

2 jure † tamen Saxonico, ante dies triginta, non tenetur is, qui cum defuncto fuerat, res eas reſtituere, eòve nomine reſpondere.

text. art. 15. incip. Ob zween Manne. §. *in pr. ibi.* nach dem dreyſſigſten. *&* §. wer Heergereth oder Gerade. *lib. 3.* Landrecht. *gl.* Weichbild. *d. art. 23. col. 3. verſ.* vor dem dreyſſigſten iſt mans dech nicht pflichtig/etc.

3 Quod † idem Cęſareo quoq; jure cautum exſtat, neminem intra novem dies poſt obitum alicujus, cadaveri ejus, vel propinquis ullam aſſerre debere moleſtiam:

text. Novell. ut cum de appell. cognoſcit. 115. c. hæc autem diſpoſuimus. 5 §. meminimus inſuper.

Deciſio.

1. Ratio decidendi.

4 Sed † hæc non efficiunt errare hæredem, ſi ante novem hoſce aut triginta dies in bona defuncti ſeſe conferat, cuſtodiæ tantùm gratiâ, ne damno aliquo res afficiantur.

text. art. 22. incip. Der Erbe mag wol einfahren. *in pr. lib. 1.* Landr. *& gl. fin. art. 25. incip.* Der Pfaff. *in verb.* ſtirbet ein Kind. *verſ.* zum andern. *eod. lib. 1.* Landrecht.

Imò

5 Imò † res etiam mobiles ad manus interea suas suscipere potest, atq; custodire, donec ad familiam hercifcundam descendatur. 2. Ratio decidendi.

gl. fi. d. art. 25. in fi. lib. 1. Landrecht. *per eum tex in fi pro quo facit etiam c. præsens 4. in fi. 20. quæst. 3.*

6 Generaliter † enim Cæsareo jure permissum est, ut in bonorum possessionem, custodiendi causà, venire liceat,

l. tres ferè. 1 ff. quib. ex cauf. in possess. eat.

7 maximè † si dubium quadantenus sit, tardè an citò ad divisionem possit perveniri.

l. si diu 8. ff. quib. ex cauf. in possess. eat.

8 Præterea † prospectum quoq; Saxonico jure est, ut vidua hæredum consilio defuncti viri sepulturam instituat: 3. Ratio decidendi.

text. art. 22. in pr. ibiq; gl. nova lit. b. lib. 1. Landr.

9 Quæ † quidem vidua si hæredibus viri custodiæ tantùm ut dixi, gratià res ejus mobiles ostendere, clavesq; cistarum, quibus hæ res adservantur, commodare neget, mulctatur hoc nomine, tenerq; pœnæ loco hæreditatem cedere etiam ante trigesimum.

gl. art. 23. incip. Nu höret vnd vernehmet. *col. 3. vers.* Ihr sollet aber wissen/etc. Weichbild.

10 Neq; † his obstat, quod suprà adductum est, non posse hæreditatem, utensilia, & id genus alia, ante trigesimum peti, aut defunctum inquietari: id enim intelligendum est, si cujus rei gratià, bona defuncti, quasi postulari, pignorari, arrestari, aut quà alià ratione, sepulturæ atq; trigesimo impedimentum afferri vellet. *ut te-*

ut testatur gl. prima in d. art. 21. vers. Und saget derhalben/ *&c. lib. 1.* Landrecht.

11 Secus † est, si custodiæ tantùm, aut sepulturæ faciendæ gratiâ, hæres in bona hæreditaria veniret, atq; in hoc suo proposito per viduam impediretur.

ut suprà demonstratum est n. [illegible]. & seqq. usq; ad n. 9. inclusivè.

QVÆSTIO XXII.

An Schedula, quâ bona quædam coram duobus testibus relinquuntur, per testatorem, peste laborantem, valeat?

SUMMARIA.

1. *In Testamento pestis tempore, voluntatem quoquo modo constare sufficit.*
3. *Geminatio præcisam voluntatem testatoris ostendit.*
4. *Geminatione plenius sibi disponens providere intendit.*
5. *Inviolabiliter servari jubens, voluntatem plenam declarat, cui omninò stari velit, sine omni conditione. ibid. n. 6.*
7. *Testator uno atq; altero die superstes testamento, nec addens, creditur voluntatem suam habuisse pro perfectâ.*
8. *Voluntas testatoris quando habeatur pro perfectâ?*
10. *Pestis tempore confectum testamentum, duobus tribusvè etiam non rogatis testibus contentum est. Ampliatur. ibid. n. 11.*

12. *Pestis tempore factum testamentum verba communia directæ institutionis loco admittit, etiamsi non universæ hæreditati verba illa communia adijciantur.*

13. *Relinquendi verbum commune est.*

14. *Hæredis institutio quatenus in testamentis sit necessaria?*

17. *Testatus dicitur, qui fideicommissum vel codicillos tantùm fecit.*

18. *Testata successio quamdiu locum habet, cessat intestata.*

20. *Testamentum fieri duobus aut tribus verbis potest.*

21. *Legata ad pias causas sustinent testamentum imperfectum.*

22. *Testamentum est actus individuus.*

23. *Testamentum pro parte valere nequit.*

24. *Individuis in rebus, privilegiatus casus sustentat non privilegiatum.*

25. *Testamentum sollemnibus imperfectum probat defuncti voluntatem.*

26. *Testamentum tempore pestis, quoquo modo voluntas testatoris constet, servandum est.*

27. *Testamentum in dubio præsumitur validum & sollemne.*

28. *Testamentis favendum, & in dubio pro ijs judicandum est.*

29. Co-

29. *Codicillaris natura est, ut hæredes, ab intestato, præstent cuiq; relicta sua.*

30. *Legatarius & fideicommissarius capere tenentur de manu hæredis. Ampliatur ibid. n. 31.*

32. *In Codicillis, hæredibus ab intestato, possessio bonorum adiudicatur, qui, Falcidiâ, vel Trebellianicâ detractâ, suum cuiq; solvunt.*

AGricola quidam ruri degens cum peste laboraret, bis accersi ad se scribam jussit, ultimæ suæ voluntatis explicandæ causa, cumq; venisset tandem scriba, præsente pagi judice, unoq; scabino, dictavit scribæ, paucis verbis, bona quædam sua, quæ partim ad pias causas, partim aliis certis personis reliquit, ac inter cæteros privigno prædium suum rusticum assignarit, his scripturæ universæ præmissis verbis: Was Balthasar Schmidt vor seinem Absterben bey gutem Verstande bescheiden hat / sol stät / vest vnnd vnverbrüchlich gehalten werden. hoc est, *Quæ Balthasar Faber ante obitum suum, mente sanus, reliquit, perpetuò, firmiter atque inviolabiliter servari debent.* Cæterum nullam præterea hæredis institutionem adjecit, sed generali tantùm verbo s̃ dicto, Bescheiden/ usus est, quod nos latino relinquendi vocabulo respondere putamus posteroq; die egressus adhuc est in agrum, & tandem paucis post dieb⁹ decessit, nullis liberis

ſed cognatis tantùm relictis, qui ab inteſtato hæreditatem ejus petebant: contrà, privignus prædium ſibi ex teſtamento deberi contendebat, quæſitum à me eſt, juſtúmne hoc eſſet teſtamentum?

1. Ratio decidendi.

1 Reſpondi, eſſe: Nam † ad teſtamentum peſtis tempore conditum, ſatis eſt quoquo modo conſtare voluntatem teſtatoris veram, perfectam, abſolutamq; eſſe, licet ſollemnitates teſtamentorum ei non adſint, aut etiam nonnullas ex iis, quas adhibere voluit, ſollemnitatibus teſtator, morte præventus, adhibere non potuit.

Anton. Gamma deciſ. 81. incip. Bartholomæus Fernander. n. 4. verſ. non obſtat etiam quod dicitur, &c. ubi caſum memorat, quando ſignare teſtamentum diſtulit teſtator in diem poſterum, intereaq; mortuus eſt.

2 At † heîc vera, perfecta, abſolutaq; voluntas teſtatoris adeſt, cum verbis expreſſis geminatis & prægnantibus dixerit, ea quæ reliquit perpetuò firmiter inviolabiliterq; obſervari debere: Ver-
3 ba † etenim geminata præciſam enixamq; voluntatem teſtatoris eſſe oſtendunt,

Iaſon in l. cum filiofamiliâs. 11. n. 64. ibi. nam geminatio oſtendit, &c. & n. 156. ibi. iſti duo actus geminati, &c. ff. de legat.

4 aut † eò ſaltem addita cenſentur, ut plenius ſibi diſponens provideret

Cravett. conſ. 70. incip. in contractu matrimomonij. n. 30. ibi. quartò reſpondeo, &c.

Sed

5 Sed † & prægnans illa ordinatio, quòd inviolabiliter omnia servari debeant, palàm demonstrat, voluntatem plenam & perfectam, cui prout dicta atq; enunciata verbis est, omninò standum sit,

per tradita Baldi in c. ex parte Conventrensis. 2. in fin. ex. de rescript. facit, quod de irrevocabiliter donante scripsit Menoch. lib. 3. præsumt. 35. incip. Quanquam pro regula. n. 16. ibi. octava est coniectura, &c.

6 sine † omni conditione.

ut de voce omninò notavit gl. in c. ex parte. 12. in verb. dimittere. ex. de offic. delegat.

7 Secundò † cum constet heîc postero die adhuc exisse testatorem in agrum, atq; ita testamento supervixisse, uno saltem vel altero die, quo spacium ipsi fuisset addendi testamento, si quid ei, pro perfectione voluntatis suæ, addendum putavisset, neq; tamen addidit; omninò habendum testamentum est, pro perfecto, ratione voluntatis, 2. Ratio decidendi.

per text. à contrario sensu. in l. si quis. 25. ff. de testam. Curt. jun. cons. 12. incip. Videtur prima consideratione. n. 2. vers. tertiò ad idem, &c. Menoch. cons. 224. incip. præsuppositis his dubitationibus. n. 20. ibi. secundò accedit, &c. & n. seqq.

8 Tertiò † testamentum perfectum ratione voluntatis tunc dicitur, quando testator totam suam 3. Ratio. decidendi.

voluntatem declaravit & habuit pro perfectè declaratâ.

Bart. in l. si quis cum testamentum. 25. n. 2. ibi. quaro quando dicatur voluntas seu testamentum perfectum, &c. ff. de testam. Guido Papa cons. 55. incip. Omissa facti narratione. n. 3. vers. & dicitur tunc testamentũ perfectum, &c fac. l. contractus. 17. C. de fid. instrum. ubi perfectio contractus scripto facti voluntate & absolutione contrahentium maxima ex parte æstimatur.

9 Heic† autem perspicuum est testatorem habuisse voluntatem istam pro perfectè declarata, cum eam omninò inviolabiliter observari jusserit:

4. Ratio decidendi.

10 Quartò † testamentum pestis tempore confectum ab eo, qui ipsemet peste infectus est, valet, etiamsi tantùm coram duobus tribusvè testibus fiat, non rogatis, sed quoquo modo præsentibus.

Ias. in l. & ab antiquis. fi. n. 3. ibi. nunc se offert pulchra, &c. & n. seqq. C. de testam. ubi hanc opinionẽ ait esse aquiorem, seq. in casus contingentia, pro ea esse responsurum. Socin. iun. cons. 129. incip. Quantum ad primum quæsitum. n. 14. ibi. præterea ex alio, &c. lib. 1. Pet. Paull. Paris. cons. 32. incip. ad resolutionem dubitationis. n. 3. ibi. cõtrariam autem opinionem, &c & n. seqq. lib. 2. Boer. decis. 228. incip. Testamentum tempore pestis. per tot. maximè. n. 21. ibi. quid dicendum, &c. ubi col. penult. ait ita fuisse judicatum. Rol. à Vall magistraliter cons. 81. incip. Prima facie. per tot. lib. 1. Guido Papa decis. 543. incip. Vltimarum voluntatum. n. 12. & seqq. usq. ad fin. ubi ait se vidisse multa sic testamenta te-

lerari & secundum ea judicari. Clar. in §. testamentum. quæst. 56. incip. Non sufficit. n. 3. ibi. & hac quidem, &c. ubi additio lit. c. ad verb. numerus. Mynsing cent. 1. observ. 96. incip. Quando tempore pestis. per tot. ubi ait ita pronunciatum esse in Camera Imperiali. Gail. lib. 2. observ. 118. incip. Quidam stationarius. n. 18. ibi præterea & illud hîc memoria obiter tenendum, &c. ubi etiam ait, Cameram Imperialem hanc sequi opinionem. Gamma d. decis. 81. n. 1. & seqq. dicens ita fuisse in Curia Lusitaniæ judicatum. Schrad. in tractat. de rebus. §. 19. incip. Quartò cum aër, n. 30. ibi. ita & testamentum, &c. Bertran. cons. 167. incip. Viso instrumento publicationis. n. 1. vers. secunda verò ratio propter quam, &c. & n. 2. 3. usq. ad finem consilij. & cons. 405. incip. Visis dubijs. n. 1. & seqq. vol. 4. Rauchbar. lib. 2. quæst. 20. incip. Civis quidam. n. 34. ibi. etsi enim huiusmodi testamentum, &c. Quæ sententia in hisce terris tantò minùs habet dubii, quod etiam constitutione confirmata est parte 3. constit. 4. tit. Für wieviel Zeugen. *&c. ubi Dan. Moller. in cōmentarijs suis latè. adde Ripam in tract. de peste. parte 2. secunda partis principal. incip. Venio ad secundam particulam. per tot.*

11 Item † etiam si pars bonorum sit ordinata ad pias causas, pars non.

Guido Papæ d. decis. 543. n. 14. ibi. sed pone quod partem, &c.

12 Quintò † in testamēto quoq; pestis tempore cōfecto, licet verb. expressis hęredis institutio facta nō sit, *5. Ratio. decidendi.*

ſit, ſufficiunt tamen verba communia, ut verbum, Relinquendi, etiamſi illud verbum non univerſæ hæreditati, ſed certæ tantùm quantitati adjiciatur, quo caſu aliàs ad directam inſtitutionem non traheretur, heîc enim benè pro directâ inſtitutione ſuſcipitur.

Bertand. d. conſ. 167. n. 1. latiſſimè. vol. 4.

13 Verbum † autem Relinquendi, quo hic teſtator uſus eſt, commune eſſe nemo dubitat.

Ripa in l. in quartam. 91. ibi. ex quibus infertur, &c. ff. ad l. Falcid.

6. Ratio decidendi.

14 Sextò † facit quòd aliàs hæredis inſtitutio præciſè neceſſaria tantùm eſt, in teſtamentis eorum, qui liberos habent, in cæteris non æquè.

Didac. Spino. de teſtam. gl. 17. principal. incip. in præſenti agendum. n. 61. ibi ex quibus omnibus, &c. & n. ſeq.

15 Hic † autem teſtator liberos nullos habuit: Ergò facilius teſtamentum ejus ſuſtentabitur, etiamſi hæredis inſtitutione directâ careat.

7. Ratio decidendi.

16 Septimò † licet heîc non uſquequaq; teſtamentum feciſſe teſtatorem contendere velimus, certum tamen eſt, eum voluiſſe facere fideicommiſſum ſive codicillos, atq; in his, de bonis ibi commemoratis diſponere, quod utiq; facere potuit.

17 Nam † reſpectu eorum, de quibus quis in ultimâ voluntate poteſt diſponere, ad libitum, teſtatus dicitur, licet teſtamentum non faciat, velut ſi quis in ultimæ vitæ ſpiritu fecit codicillum, in quo legatum vel fideicommiſſum reliquit.

Didac.

Didac. Spino de testam. gl. 5. principali. incip. principio quidem, n. 7. ibi tamen respectu eorum de quibus, &c. fac. Rot. Rom. decis. 1. incip. Si pater plures. n. 1. de testament. in novis.

18 Cum † igitur quamdiu ex testamento succedi potest, intestata successio locum non habeat,

text in l. quamdiu. 39. ff. de acquir. hæred. l. quandiu possit. 90. ff. de reg. jur. l. pendente. 1. C. de bon. poss. secund. tab.

19 Hic † autem etiam fideicommisso vel codicillo tantùm post fata sua relicto, non dicatur intestatus, consequens est, intestatæ successioni, saltem quoad comprehensa codicillis, non esse locum.

Octavò † nihil etiam movet schedulæ brevitas: quia testamentum fieri potest tribus vel etiam duobus verbis, 8. Ratio decidendi.

20 *Alciat. respon. 68. incip. Magnifici domini Oldradi n. 2. ibi. respondeo istud nihil est, &c. lib. 9. per text. in l. 1. §. qui neq. legaturus. 3. vers. hæc autem scriptura. ff. de hæredit. instit. Quodq. huiusmodi testamentum in schedula factum per laborantem peste valeat, etiam sine omni teste, latissimè ex facto defendit Menoch. d. consil. 224. per tot. quod hic vice decisionis in terminis adductum velim.*

21 Nonò † etiamsi dandum esset, hoc testamentum aliquâ ratione minus perfectum videri, sive voluntatis sive sollemnitatis ratione; tamen quia nonnulla in eo ad piam causam legata exstant, saltem ratione horum legatorum subsistet: 9 Ratio decidendi.

Gamma d. decis. 81. n. 3. ibi. item in casu de quo actum fuit, &c. & n. seqq. Menoch. d. cons. 224. n. 24. ibi quartò, dato sed non concesso, &c.

22 Atqui † testamentum actus est individuus,

Didac. Spino de testam. gl. 13. prin. incip. In hac glossa est vendilanda. n. 9. ibi. pari etiam ratione testamentum, &c.

23 neq; † potest pro parte valere, pro alia parte non valere.

Alciat. respon. 3. incip. Illa conclusio placet mihi. n. 8. ibi. secundus casus qui magis, &c. lib. 9.

24 Totum igitur valeat oportet, quoniam † in individuis privilegiatus cum non privilegiato casu concurrens, sustinet non privilegiatum.

text. in l. si communem. 10. in pr. ff. quemadmod. servit. amitt. Hippolyt. Marsil. singul. 251. incip. Connexerum, in pr. Cavalcan. de usufr. mul. relict. n. 156. ibi. & nō privilegiatus concurrens, &c. Neviz. in sylv. nupt. lib. 6. tit. quomodo judicandum pro communi. n. 39. ibi. facit quia ratione adiuncti, &c. Moller. lib. 4. semest. c. 1. incip. Pecuniam litigiosam. n. 27. ibi. notissimo enim jure in individuis, &c. Schrader. de reb. §. 8. incip. Quartò cum dispositum. n. 27. ibi. & certum est quod in individuis, &c.

10. Ratio decidendi.

25 Decimò † testamentum imperfectum ratione sollemnium probat voluntatem defuncti.

Bart. in l. in testamento. 38. n. 2. ibi. quia testamentum imperfectum, & c. ff. de fideicommissar. libert. per text. in l. fin. ff. de reb. eorum.

Sed

26 Sed in † testamento tempore pestis, quoquo modo apparentem voluntatem, servari oportet.

id quod novem prioribus rationibus hactenus planum fecimus.

Ergò & hæc omninò conservanda est.

27 Undecimò † & hoc prætereundum non est, quòd in dubio testamentum validum & sollemne præsumitur, donec probetur contrarium. *11. Ratio decidendi.*

Dec. cons. 11. incip. Et pro tenui facultate mea. n. 8. ibi. testamentum enim validum, &c. Menoch. d. cons. 224. n. 16. ibi. primò movet quod præsumtione, &c. & n. seqq. ubi in terminis loquitur hujusmodi schedulæ tempore pestis confectæ.

28 Duodecimò † & ultimò favere etiam aliàs debemus ultimis voluntatibus, & in dubio secundum eas judicare. *12. Ratio decidendi.*

ita in terminis testamenti tempore pestis, Paris. d. cons. 32. n. 5. ibi. & etiam quia favere debemus, &c. lib. 2. Bertrand. d. cons. 167. n. 3. vers. & idem dico de quarto fundamento, &c. lib. 4. Roland. à Valle d. cons. 81. n. 42. ibi. penultimò facit, & c. & n. seq. lib. 1. Moller. ad d. constit. 4. n. 3. ibi. tum quod in dubijs opinionibus, &c. lib. 3. Ripa in tract. de peste cap. 2. incip. Venio ad secundam particulam. nu. 13. ibi. & in dubijs opinionibus, &c. Andr. Gail. lib. 2. obs. 118. incip. Quidam stationarius. n. 19. ibi. & in dubio tenenda, &c. adde Ludov. Roman. cons. 179. incip. Amplissime Doctor. n. 22. ibi. ultimò non potest negari, &c. Rot. Rom. decis. 8. incip.

Titius & Mævius. n. 3. ibi. item in dubio potius interpretari, &c. de testam in antiq.

29 Ex † his fundamentis certum penes me est propositum hoc testamentum valere, ita quidem ut illi, qui hæredes ab intestato futuri sunt, damnati esse videantur, ad ea quæ testamento continentur, cuiq; præstanda, prout ei relicta sunt, saltem ex fideicommissi sive codicilli naturâ.

de qua Guido Papæ cons. 28. incip. Consilium pro illustri. n. 5. vers. tâm quia licet illa clausula codicillorum, &c. Dauth. de testam. n. 363. vers. & ita resolvitur voluntas testatoris, &c.

30 Cumq; † legatarius & fideicommissarius capere teneantur, ex manu hæredis, quæ eis legata sive relicta sunt,

text. in l. 1. § est autem. 1. & §. 2. ff. quorum legatorum. (ubi de legatarijs hoc affirmatur) Alciat. respons. 107. incip. Generosi Francisci Ranæ. n. 4. ibi. quo casu petendum erit, &c. lib. 9. ubi de fideicommissarijs.

31 Adeò † ut legatarius propriâ autoritate, rem legatam occupans, ne retentionem quidem in eâ habeat, sed omninò restituere ipsam hæredi teneatur:

Surd. cons. 4. incip. Plura videntur obstare. n. 40. vers. quod qui auctoritate propriâ, &c.

32 Consequens est, ut possessio bonorum prædicti testatoris, adjudicanda sit cognatis ejus, tanquam hæredibus ab intestato; qui deinceps secundum verba

verba defuncti, Falcidiâ vel Trebellianicâ detractâ, unicuiq; relicta sua præstabunt.

per tradita Danth. de testam. d. n.363. vers. & ita resolvitur, &c.

QVÆSTIO XXIII.

Testator prædium alicui præstari mandans, ut pro eo det Angelt/ quid legasse videatur?

SUMMARIA.

1. Angeldi *apud Germanos ratio explicatur. & n. 7.8.11.16.17.*
2. Bescheiden/ *hoc est, relinquere, quid notet? & n. 25.*
3. *Legati puri dominium ad legatarium transit ipso jure.*
5. *Res semel mea amplius mea fieri nequit.*
6. *Dominium alicuius rei, nisi unâ ex causâ, nobis potest contingere.*
9. *ex Vsu communi loquendi verba interpretanda.*
10. *Testator secundum communem opinionem locutus esse creditur.*

 12. Le-

12. Legatum est donatio, ex liberalitate proficiscens, sine precio.
13. Principum propria liberalitas est.
14. Precij mentionem faciens, vendere, non donare præsumitur, licet utatur etiam verbo Indulgemus.
15. Precij mentio facit, in dubio, sensisse disponentes de emtione.
18. Correlatorum uno posito, ponitur & alterum.
19. Correlativa unum sine altero intelligi nequeunt.
20. Limitatè loquens testator limitatè debet intelligi.
22. Corrigere se in continenti nemo existimandus est.
23. Testamenti totus tenor inspiciendus, atq; ex eo interpretatio facienda.
24. Testamenti una pars aliam declarat.
26. Heredem quàm minimum gravare testator præsumitur.
27. Legatum potiùs inutile reddi patimur, quàm hæredem magis gravari præsumamus.

SEjus cum cognatos suos hæredes instituisset, testamento prædium quoddam rusticum præstari jussit Titio privigno, his verbis: Daß seinem Stieffsohn Titio das Gut bescheiden/der sol 400. fl.
1 darauff angeben. quæ † ut Lector amantissimus intelligat, commonendus est, solere vulgò contrahentes in venditionibus prędiorum, partem precii pacisci præsente pecuniâ, intra annum à contracta emtione, persolvendã; reliquum in exiguas summulas dividere, annuatim, præstandas, donec totum precium exsolutum sit; initio præstationis primæ facto, ab anno eo, qui partem precii præ-

præsentem sequitur; & ista quidem pars præsens, Angelt à nostris appellatur, hæc verò divisis partita pensionibus Erbegelt/ sive Tagzeiten.

Significare igitur hic testator voluit, solvere privignum pro eo prædio debere 400. florenos partem ejusmodi solidiorem; de reliqua, an & quanta esse debeat, nihil disposuit. Unde quærebatur, legatumne privigno prædium ipsum videretur, an verò tantùm damnati hæredes, ut ei prædium venderent?

2 Dubitandi † causa ex eo est, quod testator ait, se ei relinquere, Er bescheide es jhm/ quæ certè non potest videri damnatio ad venditionem faciendam; Legatarii † namq; , ex testamento, dominii rerum purè legatarum, ipso jure efficiuntur. *Ratio dubitandi.*
3

l. à Titio. 66. in fin ff. de furt. l. sed si damnum. 9. §. sed & creditor. 5. ibi. licet nullo momento dominium in legato purè habuerit. ibiq; gl. in verb. habuerit. ff. de pecul. l. legatum ita. 80. ff. de legat. 2. l. si dolo. 1. §. si servus purè. 5. ibiq; gl. in verb. mutatur. ff. si quis testam. liber esse, &c. l. quod legatur. 38. in fi. ff. de judic. l. si jussu. 45. in fi. ibiq; gl. in verb. nullo tempore. ff. de furt. gl. in l. magis puto. 5. §. fundum. 8. in verb. pupilli. ff. de reb. eorum qui sub tut.

Statim ex eo die, quo testator mortuus est.

Didac. Spino à Caceres, in suo Speculo testamentorũ. gl. 13. pr. qua tractat de legato usufructus, n. 73.

n 73. verſ. cum legatarius a die mortis, &c. Anton. Gamma decis. 135. incip. Magna in exiguo. n. 2. ibi, legatarius enim à die mortis, &c.

4 Unde † videtur privignus, novâ prædium emtio-
5 ne acquirere, necesse non habere, cum † semel mea res, amplius mea fieri nequeat.

text. in §. sed si rem, 10. Instit. de legat. § sic itaq. 14. Instit. de actionib.

6 Neq; † dominium alicujus rei, nisi ex unâ causâ possit nobis contingere.

text. in l. possideri. 3. § ex pluribus. 4. ff. de acquir. vel omitt. possess.

Decisio. 1. Ratio decidendi.

7 Sed verius † heic puto, damnatos solùm hæredes esse, ut privigno testatoris vendant prædium: eò quòd mox subjicit testator verbis disertissimis; quadringentos illos aureos à privigno dari debere zum Angelde:

8 Angelt † enim ex communi consuetudine Germaniæ, inprimisq; harum terrarum ad venditiones pertinet:

9 Verba † autem & accipienda & interpretanda sunt ex communi usu loquendi.

*text. in l. Labeo. 7. ibiq. Bart. n. 6. verſ. circa communem usum loquendi, &c. ff. de suppellect. legat. Ioan. de Imola in l. Gallus. 29. §. instituens. (mihi est §. quod si is. 6. verſ. ut instituens) n. 64. verſ. quia verba in dubio debent intelligi, &c. ff. de lib. & posthum. Ias. in rub. ff. de oper. nov. nunc. n. 7. col. penult. verſ. ego teneo conclusionem Bartoli, &c. communem * hanc dicens.*

Credi-

10 Crediturq; † teſtator ipſe quoq; ſecundum communem opinionem ſive exiſtimationem hominum & ſenſiſſe & locutus eſſe.

Alciat. reſpon. 90. incip. Fideicommiſſum ſic habet. in fi. lib. 9.

11 Præterea † cum 400. florenos dare jubeatur privignus tanquam precium, impoſſibile eſt ei legatum prædium ipſum videri, cum † legatum donatio quædam ſit, *2. Ratio decidendi.*

12

§. legatum. 1. Inſtit. de legat.

ex liberalitate facta, ſine precio.

l. qui tranſigit. 1. ff. de tranſact. l. donationes. 1. in pr. ibi. & propter nullam aliam cauſam, &c. ff. de donat.

13 Hinc † Princeps quoq; cujus vel maximè propria liberalitas eſt,

Iaſ. in l. pactum curatoris. 22. n. 2. verſ. quia hoc convenit perſona, &c. C. de pact. Panorm. in c. prudentes. 1. n. 2. verſ. nam nobilium eſt proprium, &c. ex. de donat. Schneidevin. in §. aliæ. 2. n. 31. verſ. cum donare proprium ſit, &c. Inſtit. de donat. Menoch. lib. 2. arbitrariorum. cent. 1. caſu 88. incip. Iuris propoſitio eſt egregia n. 49. verſ. cum hac virtus, &c.

14 tamen † ſi conceſſionis ſuæ tabulis precii mentionem fecerit, vendidiſſe creditur, non donaſſe, quanquam indulgendi etiam aut quod ſimile benignitatis verbum adjecerit.

Maſcard. de probat. concluſ. 554. incip. Dona-

tio regulariter non præsumitur. n. 51. ibi. limitabis tamen quando in instrumento, &c.

15 Est † enim hoc generale inter omnes, ut precii mentione factâ, emtionem intellexisse disponentes existimentur.

Adrian. Gylman. in decis. Cameræ Imperialis. 37. incip. Egit actor. n. 1. ibi. quando autem precij sit mentio, &c lib. 2. pag. mihi. 359.

16 Sed † & vox Angelt/ relativa est, respectum habens ab altera parte ad Tagezeiten/utrinq; autem ad universum precium.

ut s n. 1. ex communi usu loquendi probavimus.

17 Igitur † præsupponit venditionem, ex natura re-
18 latorum, quæ † est, ut uno posito, ponatur & alterum.

Everard. in loco à correlatis. n. 2. ibi. formatur autem constructivè sic posito uno, &c.

19 Cum † nec cognosci aut intelligi possit unum sine altero.

Felin. in proœm. decretalium. in verb. Gregorius. col. 2. n. 5. vers. & paulò post impossibile enim inquit unum correlativorum, &c.

4. Ratio decidendi.

20 Testator † etiam limitatè loquens, limitatè debet intelligi.

Alciat. respon. 72. incip. Videretur in præsenti. n. 10. ibi. cum ergò testator limitatè sit loquutus, &c.

21 At † hic testator limitatè privigno reliquit prædium, nempe ut privignus pro eo daret precium. Ergò etiam intelligendus est, de tali sensisse relicto,

cto, quod venditionis naturam habeat, non donationis.

22 Præterea † nemo existimandus est in continenti sese correxisse. *5. Ratio decidendi.*

Alexan. in l. hoc edicto. 1. in pr. n. 4. ibi. quia non est præsumendum, &c. ff. de op. nov. nunc. Dec. cons. 47. incip. Pro viribus meis ac temporis angustia. n. 3. vers. modo sic, si hæc loca fuerunt, &c. Alciat. in terminis de testatore loquens respon. 85. incip. testamēto Pippi viso. n. 12 ibi. sed in casu nostro sequeretur absurdum, &c. lib. 9.

23 Totusq; † testamenti tenor inspiciendus est, atq; ex eo interpretatio facienda. *6. Ratio decidendi.*

arg. l. incivile. 24. ff. de legib.

24 Una † enim testamenti pars alteram declarat.

Tiber. Decian. respon. 89. incip. Video consultum fuisse. n. 20. vers. quia una pars testamenti, &c. lib. 5. Alciat. respon. 2. incip. Donationis verba. n. 13. ibi. & una pars testamenti, &c. lib 8 & respon. 31. incip. Magnifici equitis. n. 33. ibi. quartum est quia quod hac, &c. lib. 9.

25 Ex quibus iterum sequitur, prius verbum, Beschciden / hanc tantùm habere sententiam, quòd damnati heredes esse debeāt, ad vendendū privigno, ut ne in correctionē incidam⁹, & testamenti verba omni ex parte jungam⁹ ac conservemus.

26 Confirmor † ista in sententiâ, quod aliàs quoq; quàm minimum gravare hæredem testator voluisse existimandus sit. *7. Ratio dubitandi.*

Tiber. Decian. d. respon. 89. n. 9. ibi. secundò ergò

facit ista prima, &c. lib. 5. Vincent. Caroc. decis. 31. incip. Vulgaris in ore omnium. n. 1. & decis. 56. incip. Mulier in sua. n. 6. vers. & gravare hæredem, &c. Alciat. respons. 45. incip. visis verbis testamenti. n. 14. ibi. tum quia concordat regulæ, &c. lib. 9.

27 Adeò † ut legatum potiùs inutile reddi patiamur quàm hæredem gravari magis præsumamus.

Tiber. Decian. d. respons. 89. n. 9. vers. quinimò adeò vera est regula, &c. lib. 5. Caroc. d. decis. 31. n. 4. ibi. ampliatur secundò, &c. & d. decis. 56. n. 8. ibi. & hæc præsumptio est adeò efficax, &c.

QVÆSTIO XXIV.

Defuncto, diversis territoriis bona possidenti, ex cujus loci juribus succedatur?

SUMMARIA.

1. *Nomina sub qua jurisdictione esse existimentur. & n. 20. Declaratur ibidem n. 21.*
2. *Iurisdictiones confundi non oportet. Declaratur ibidem n. 26. 27.*
3. *Geminam patrimonij successionem habere quem non est absurdum, Declaratur ibidem n. 29.*
5. *Hæreditaria successio non corpora rerum, sed jus universale defuncti respicit. & n. 22. 32.*
6. *Vniversitas patrimonj inprimis domicilij constitutione eminet.*
7. *Successio universalis non est metienda ex unoquoq; loco, in quo defunctus bona, sed ubi domicilium habet. & n. 26.*
8. *Personam peregrinantem omni loco defendere sese debere absurdum.*
9. *Hæreditatem adeundo defendere defunctum videmur.*

10. *Persona rebus dignior est.*
11. *in Successione universali, res ex conditione personæ æstimantur.*
12. *Dignius inter plura causam moderatur.*
13. *Mobilium successio regitur à domicilio defuncti, etiamsi alibi reperiantur.*
14. *Succedi sibi velle creditur defunctus secundum jura domicilij sui.*
15. *Statuta domicilij scire quisq; præsumitur, externa verò ignorare.*
16. *Nomina, ubi de effectu eorum quæritur, illis bonis aggregantur, quæ obligatione continentur.*
17. *In Nomine quod est, tale esse intelligitur, quale est in substantiâ rei debitæ.*
18. *non Domicilium, sed extraneos locos quemq; animo ac desiderio circumferre, non est verisimile.*
19. *in Nomine simplicis crediti, quamvis sub pignore sit, successio fit, juxta domicilium creditoris, quocunq; loco nomen sit vel exigi queat.*
22. *Hæreditatis juri universali nomina & aliæ res tantùm accessoriè subjiciuntur.*
23. *Hæreditas etiam sine ullo corpore, solo juris intellectu subsistit.*
24. *In Successione universali, bona quamvis diversis reperta territorijs, tamen ceu accessoria, jus universum cui adhærent, sequuntur.*
25. *Universitate ad hæredem transeunt multa, quæ separatim minimè transirent.*
29. *Successio universalis non temerè eximi debet jurisdictione domicilij.*

29. *Una essentia non debet alio atq; alio jure censeri.*
30. *Arrogato debita quarta pars bonorum arrogatoris, separato ab hæreditate titulo defertur.*
31. *Successionis ab hæreditate separatæ exempla referuntur.*
33. *Successioni universali singularis bonorum consideratio nihil derogat.*
34. *Separaterum separata est ratio.*

INcola Gedanensis magnam pecuniæ summam homini peregrino credidit, sub fidejussore identidem extraneo, quæ res difficilem ei exactionem peperit, tum longinquitate loci, tum fidejussoris potentiâ; quare judicio experiri contra fidejussorem necesse habuit, atq; ut fructuosior esset expeditio, ipse annis aliquot causæ præsens adfuit, ibiq; negocio propemodum confecto, mortuus est intestatus. Dubitatum igitur, an nominis ejus successio capienda esset, secundum jura loci istius, in quo nomen existeret, an verò juxta leges domicilii.

1 Dubitandi † causa eo potissimùm nititur, quòd nomina, jura & actiones, sub eâ esse jurisdictione existimantur, ubi exigi possunt, hoc est, cui debitor subjectus est. *1. Ratio dubitandi.*

Alexan. cons. 16. incip. Viso titulo quæstionis præmissa n. 4. vers nam concludit Lapus, & c. lib. 1. Vincent. de Franch. decis. 93. incip. quamvis cõsuetudines civitatis. n. 6. ibi. ubi concludit q̃ nomina, & c. Modestin. Pistor. cons. 31. in 5. quæst. n. 54. ibi. sic & nomina dicuntur, & c. lib. 1. & alij adducti per Tiraq. de jure primogen. quæst. 49.

n. 6. ibi. at Lapus, &c. & n. 7. & dixi infrà quæst. 40. incip. Iam pridem vereor. n 6. ibi. alij contrà arbitrantur, &c. & n. seqq.

2. Ratio dubitandi.

2 Maxima † quoq; diligentia cavendum est, ne jurisdictiones confundantur.

arg. l. si per errorem. 15. l. si convenerit. 18. l. cum quædam 19. l. fin. ff. de jurisdict. omnium judic.

Confunderentur autem, si unius territorii bona, legibus alterius dividerentur.

3 Ratio dubitandi.

3 Neq; † verò absurdum est, quem quasi duplex habere patrimonium, & duplicem successionem, juxta diversitatem locorum, in quibus bona existunt.

ut ex Baldo notat Tiraquell. de jure primogen. quæst. 46. n. 16. ibi. si secundum, &c. & n. seq.

Decisio.

4 Sed † hæc non obstant, quin verius sit, successionem nominis hujus esse capiendam, secundum leges domicilii creditoris:

1. Ratio decidendi.

5 Nam † hæreditas sive successio hæreditaria, non tàm ad corpora rerum hæreditatis, quàm ad universitaten juris respicit, quod defunctus tempore mortis habuit.

l. hereditas. 50. in pr. ff. de petit. hered. l. bona. 3. §. hæreditatis. 1. ff. de bon. poss. l. nihil est aliud. 24. l. hereditatis. 119. l. pecuniæ. 178. §. hereditas. 1. l. bonorum. 208. ff. de verb. signif. l. hæreditas. 62. ff. de reg. jur. & probari pluribus, infrà quæst. 34. incip. Dubitationem hanc. n. 7. ibi.

ibi. petitio namq; hæreditatis, &c. & seqq. & n. 15. 18.

6 Ea † autem juris universitas inprimis domicilii constitutione eminet.

arg. l. cives. 7. ibi. ubi quis larem, rerumq; ac fortunarum summã constituit, &c. C. de incolis lib. 10. & videtur pro decisione nostrà textus esse optimus in Novella de Ecclesiasticis tit. 131. cap. si quis in nomine. 6. ibiq; gloss. in verb. domicilium. & vide quæ dixi infrà quæst. 38. incip. Cum hæreditas. n. 15. ibi. non mirum igitur, &c.

7 Non † igitur oportet jus hæreditariæ successionis metiri ex uno quoq; loco, in quo defunctus aliquid bonorum habuit, sed ubi domicilium ejus existit, aliàs hæreditatis jus, non omninò sic ad hæredem descendet, uti apud defunctum fuerat.

8 Alienum † quoq; à jure est, ut quotquod locis persona navigans vel iter faciens delata sit, ibi stare ac defendere sese teneatur: *2. Ratio. decidendi.*

text. in l. hæres absens. 19. §. proinde 2. vers. durissimum. ff. de judic.

9 Sed † hæreditatem adeundo quædam defuncti instituitur defensio.

§. licet autem. 1. vers. valde enim prospiciendum. Instit. quib. ex caus. manumitt. non lic. l. & quia. 6. in pr. ff. de interrogator. actionib. Instit. de bon. possessionib. §. quos autem. 2. vers. adhuc autem. l. successorium. 1. in pr. ff. de successor. edict.

Et quanquam hac defensione, bona quoq; de-
10 functi afficiuntur, persona † tamen rebus longè dignior est.

text. in l. cum igitur. 2. ff. de stat. hom.

11 Meritò † itaq; heic res ex conditione personæ æstimabuntur.

per tradita Matth. Wesenbec. in paratit. ff. de tutel. n. 4. vers. nam ut persona non recipit, &c. & fac. l. quia persona. 14. ibiq; gl. ff. de testament. tutel. §. ad certum. 3. ibiq; gl. in verb. persona. Instit. qui testam. tut. dar. poss. juncta §. datus. 17. Instit. de excusat. tut.

12 Pluribus † enim concurrentibus id quod dignius est, causam moderatur.

Bald. in rub. decretal. de alienat. jud mut. caus. fact. n. 1. vers. item quoties occurrant plura, &c. Felin. in proœmio decretal. in verb. Gregorius, haud ita longè à principio, vers. & sic denominatio fit, &c. Hartman. Pistor quæst. 3. incip. Quemadmodum ex eo. n. 58. vers. cum regulariter pluribus qualitatib. concurrentibus, &c. lib. 2. faciunt dicta infrà n. 24. Pet. Wesemb. cons. 49. incip. Die vns *proponirte* Frage. *n. 3. ibi. tum quia magis dignum, &c. lib. 1.*

3. Ratio decidendi.

13 Atq; † hanc ob rem nominatim receptum est, ut successio mobilium bonorum, quæ sunt extra domicilium morientis, etiam secundum Statuta domicilii ejus eveniant hæredi, non illius territorii, in quo reperiuntur.

Ita respondit Hieron. Schurff. cons. 56. incip.

casus

casus talis est.in pr.vers.tamen omissa longa disputatione&c cent.2. Modestin. Pistor. d.cons.31.in 4. quæst.n. 45. vers. & licet Salycetus, &c. lib. 1.

14 Nimirum † quia defunctus ita creditur sibi succedi voluisse,

Hieron. Schurff. d. cons. 26. n. 1. ibi. quia ex quo defunctus,&c. cent. 2.

15 cum † statuta domicilii sui scire, extranea autem ignorare existimetur.

Seraphin. de jurament. privileg. 4. n. 173. ibi. movebar primò & principaliter quia iste Magister Marcus,&c. & n. seqq. Modestin. Pistoris d. cons. 31. in 4. quæst. n. 45. vers. sed ratio qua ipse utitur, &c. lib. 1. ubi loquitur in terminis nostris terminantibus.

16 Hæc † autem sententia optimè ad nomina quoq; accommodatur, quoties enim de effectu nominum quæstio instituitur, illi bonorum sunt aggreganda generi, quod proposita obligatione continetur.

Alex.in.cons.31.incip.Viso titulo quæstionis præmissæ. n. 6. vers. ubi dicit Angelus quod licet propriè & strictè, &c. lib. 1. Molinæ. super consuet. Paris. §. 94. gl. in verb. rentes constituees. n. 18. vers. non malè dicunt, &c. Matth. Coler. de process. execut. part. 1, cap. 3. incip. Viso de manus iniectione. n. 237. ibi. tamen quando quæritur de effectu, &c.

17 Unde † Baldus q in nomine est, inquit, tale esse intelligitur, quale est in substantia rei debitæ.

Bald. conſ. 247. incip. Præmiſſo ſtatuto. vol. 2. verſ. nam quod in nomine eſt, &c. lib. 1.

4. Ratio decidendi.

18 Præterea † ſi litis proſequendæ gratia inter exteros verſantem, putemus, ſecundum ſtatuta, potiùs loci illius, quàm domicilii mori voluiſſe; ſequetur eum magis animo, cogitatione, ac deſiderio exterum hunc locum complecti, quàm domicilium ſuum, quod à ratione juris alienum eſt,

per l. eius qui. 27. §. Celſus 2. ibi. exiſtimatione animi & ibi. deſtinato ſit animo. ff. ad municipal. l. cives. 7. ibi. unde rurſus non ſit diſceſſurus, &c. C. de incolis. lib. 10. l. qua conditia. 39. §. cum ita. 1. ibi. in quo is qui teſtamentum fecerit domicilium habuerit. ff. de condit. & demonſtrat. l. nulli. 28. §. ſin autem. 1. ibi. illius civitatis ex qua teſtator oritur. l. ſi quis ad declinandum. 48. §. & ſi quidem. 2. ibi civitatis in qua teſtator larem fovere ac degere noſcetur. & §. ſeq. C. de Epiſcop. & Cleric. Novell. de Eccleſiaſticis titulis. 131. cap. ſi quis in nomine magni Dei. 6. in pr. & in fi.

5. Ratio decidendi.

19 Deniq; † & adhuc propius ad ſpeciem noſtram accedit, quod quæ non ex cenſu aut emphyteuſi, aut vectigali fundo, ſed ex ſimplici credito licet pignoraticio, ſunt nomina, eorum ſucceſſio generaliter ex perſona creditoris inſtituitur, & ſecundum ſtatuta domicilii ejus, quocunq; tandem loco ſint aut exigi debeant.

Tiraquell. de jure primogen. d. quæſt. 49. n. 10. in fin. quæſtionis.

Con-

20 Contraria † nihil movent, nam principio quidem opponi objectioni primæ posset altera Interpretum opinio, nomina ossibus creditoris adhærescere, atq; ex domicilio ejus æstimari oportere, existimantium.

Alexand. d. conf. 31. n. 7. verf. quia actiones ossibus, &c. lib. 1. & conf. 19. incip. Circa primum dubium. n. 9. verf. quia actio personalis cohæret semper ossibus, &c. lib 6. & conf. 141. incip. Viso statuto civitatis. in fin. lib. 7. Tiraquell. de jur. primogen. d. quæst. 49. n. 10. (in fin.) Dauth. in tractat. de testament. n. 54. in Apostilla ad verb. ita & unam. Rauchbar. quæst. 17. incip. Ex facto. n. 1. & seqq. & retuli latè in addit. ad Modestin. Pistor. illustr. quæst. 124. incip. Iure Saxonico tutor. n. 5. ibi. illa itaq; nobis, &c. & n. 126. ibi. est namq; nota juris sententia, &c. & n. seqq. usq; ad n. 130. inclusivè.

21 Sed † damus non inviti contrariam sententiam esse veriorem;

quam & probavimus infrà quæst 40. incip. Iam pridem vercor. n. 6. ibi, alij contrà arbitrantur, &c.

veruntamen eam ad illos tantùm casus pertinere arbitramur, cum de nominibus ipsis per sese ac principaliter quæritur, nam tunc verum est ea jurisdictionem comitari debitoris:

Quo sensu loquuntur autores suprà adducti.

 n. 1.

n. 1. & exstat similis explicatio nostra de rebus mobilibus, infrà quæst. 34. incip. Dubitationem hanc n. 12. & seqq.

22 At † heîc non de ipsis nominibus, sed de jure defuncti universo quæritur, cui nomina aliæq; res tantùm accessoriè subjiciuntur.

Matth. Coler. decis. 20. incip. Iure civili ne quarundam. n. 11. vers. quod fortè propterea fit, &c. & patet ex his quæ suprà diximus. n. 5. 8. 9. 10. 11. 12. quæq; tradit Dauth. in tract. de testament. n. 54. vers. ita & unam atq; simplicem, &c.

23 Quippe † cum hæreditas etiam sine ullo corpore, solo juris intellectu subsistat.

text. in l. summa. 1. §. quadam. 1. vers. incorporales. ff. de rer. divis. l. hereditas. 50. in pr. ff. de petit. hæreditat. §. incorporales. 2. Instit. de reb. corporalib. & incorporalib.

24 Et † ideò bona quamvis diversis in territoriis reperiuntur, hoc tamen casu ceu accessoria atq; adhærentia jus universum, cui adhærent, subsequuntur.

text. in c. accessorium. 42. ex. de reg. jur. in 6. Tiber. Decian. cons. 13 incip. Duo sunt pro perfecta resolutione. n. 50. ibi nam & regula generalis est, quod accessorium libr. 2. & faciant notata suprà n. 10 & seqq.

25 Quod novum non est, nam † multa cum universitate transeunt ad hæredem, quæ separatim ac per se minimè transirent.

text.

text. in l. interdum. 1. § sed & per universitatem. 1. ff de fund. dotali. & in l. quædam. 62. ff. de acquir. rer. domin. gl. in l. in modicis. 24. in verb. accessit. ff. de contrahend. emt. gloss. nova Landrecht *art. 28. incip.* Was solches dinges *lit. E. vers. transeunt enim quædam, &c. lib. 1. text. in c. ex literis. 7 vers. mandamus, & ibi Panormitan. in pr. (dicens hunc textum ad hoc quotidiè allegari) ex. de jur. patronat. Ioann. Andr. in addit. ad Speculator. tit. de censib. § nunc dicendum. 2. sub n. 11. incip. Per hanc legem, vers. & quæ per se non transeunt, &c.*

26 Ex † quo simul patet, nequaquam hic confundi jurisdictiones, quoniam non bona ipsa principaliter in successione sunt, sed universale defuncti jus, quod ex domicilio morientis, æstimatur.

per suprà dicta n. 4. & seqq. usq. ad n. 19. inclusivè.

27 Eoq; † non temerè alteri jurisdictioni subjici potest.

d. l. extra territorium. fin. ff. de jurisd. omn. jud.

28 Ne † una essentia alio atq; alio jure censeatur.

Bald. in l. in rem actio. 23. § item quæcunq. 5. n. 3. ff. de rei vindicat. text. in l. eum qui ædes. 23. in fi. ff. de usurpat. & usucap. c. cognovimus. 29. in fi. 12. quæst. 2. c. cum in tua. 30. sub fin. ex. de decim.

29 Atq; † ista porrò evincunt non heic opus esse, ut ad duplicitatem patrimonii descendamus, nam ea duplicitas tum demum attenditur, ubi principaliter

paliter de ipsis rebus tractatur, ipsæq; res ab jure hæreditario penitùs exemtæ sunt, ita ut non hæreditario, sed suo separato ab hæreditate jure attribuantur.

id quod patet ex l. si arrogator. 22. ff. de adopt. quæ à Baldo & alijs in huius sententiæ confir-
30 *mationem adducitur,* quarta † enim illa pars quæ arrogato debetur non jure hæreditario defertur, sed speciali ac separato ab hæreditate privilegio, *ut probavi latè in addit. ad Modestin. Pistor. illustr. quæst. 131. incip. quærebat. ex me. n. 209. ibi. primò itaq; infertur hinc, &c.*

31 Cujus † rei complura passim exempla sunt obvia, ut cum de feudis, de utensilibus, de rebus expeditoriis ac similibus rebus consequendis quæritur, hęc enim omnia ab hæreditario jure summota sunt, sæpissimeq; imo plerunq; iis adsignantur, qui hæredes defuncto non existunt.

ut pluribus demonstravi in addit. ad Modestin. Pistor d. quæst. 131. n. 208. in limitatione undecima per tot.

32 Hoc † autem tractatu, ut sæpè jam commonui, non bona, sed jus personæ, & quidem universale, quod videlicet defuncti persona mortis tempore habuit principaliter, in consideratione est.

33 Separata † igitur bonorum contemplatio nihil universali successionis juri derogat; nam † quæ separata inter se sunt,, eorum separata quoq; ratio est.

Bald.

Bald. in l. cum proponas. 3. n. 12. ibi. quia separatorum separata est, &c. C. de nautico fœnore. Cynus in l. qui se patris. 3. n. 4. vers. & separatorum separata debet, &c. C. unde liberi. Zasius cons. 4. incip. orta controversia. n. 7. ibi. cum separatorum, &c. lib. 1.

QVÆSTIO XXV.

In fideicommisso an & quatenus veniant fructus & ancillarum partus?

SUMMARIA.

1. *Partus ancillæ sitnè in fructu, vetus est quæstio.*
2. *de Partu ancillæ disputatum inter Scævolam, Manilium & Brutum.*
3. *Hominem in fructu esse absurdum.*
4. *Homo creatura dignissima.*
5. *Fructus omnes hominis gratia comparati.*
6. *Partus ancillæ in fructu non est. & n. 10. 49.*
7. *Partus ancillæ non est usufructuarij.*
8. *Partus ancillæ cedit domino proprietatis.*
9. *Fideicommissum, post mortem hæredis, sine reditu*

restituendum, partus ancillæ, defuncto aut hæreditati editos, continet. Sicut & fœtus pecorum gregem retinentes. ibid. n. 11.

12. *Fœtus pecorum, qui summissi gregem retinent, in fructu non sunt, sed in parte gregis.*

13. *Reditus & fructus an & quatenus differant? & n. 15. 16.*

14. *Reditus & fructus nomine quid contineatur?*

17. *Fideicommissum post mortem hæredis, sine reditu restituendum partus ancillæ, hæredis tempore editos, non continet.*

18. *Fideicommisso non continentur partus ancillarum, ante diem fideicommissi cedentem editi.*

19. *Partus ancillarum, ante diem fideicommissi cedentem, editi, ad hæredes pertinent eius, qui rogatus est.*

20. *Partus ancillarum ex legato vel fideicommisso debitarum, non debentur, nisi à tempore dominij, ex legati aut fideicommissi causâ acquisiti. Fallit. ibid. n. 31.*

21. *Hæreditas adita non amplius est defuncti, sed hæredis proprium patrimonium: cui tamen in fideicommisso vel legato inest conditio restituendi. ibid. n. 22.*

23. *Ex ancilla quod nascitur, dum ancilla hæredis est, hæredis fit, testantis judicio. ibid. n. 25.*

24. *Emtor sub pacto redimendi, interim fructus lucratur.*

25 *Foppij ab Aezema sententia non suscipitur.*

26. *Reditu excepto mulierem restituere post mortem suam rogatus, partus eius interim lucratur.*

27. *Fideicommissum ancillarum partus non continet, apud eum natos, qui rogatus est.* 28. Le-

28. *Legatum ancillarum, in tempus certum collatum, non comprehendit partus medio tempore natos.*
29. *Dotalibus ancillis ita legatis uxori, ut optio sit mancipiorum aut pecuniæ, si mancipia eligat mulier, partus ei non debentur.*
30. *Partus ancillæ apud hæredem nati, in hæreditate post mortem hæredis simpliciter restituendâ, non veniunt.*
32. *Mora cuiq; sua non prodest.*
33. *Mora cuiq; sua nocere debet.*
34. *Morâ in solvendo fideicommisso factâ partus ancillarum debentur.*
35. *Morâ in mancipijs restituendis factâ, ancillarum partus restituendi sunt.*
36. *Partus ancillarum ex morâ debiti, veniunt ut rei augmentum.*
37. *Partus ancillarum ex morâ debiti veniunt ut accessiones.*
38. *Homo in accessione esse potest; domino ordinante. ibid. n. 39*
40. *Hominem, à domino in accessione numeratum esse in dubio non præsumitur.*
41. *Partus ancillarum ex morâ debiti, ut generali omnis causæ vel utilitatis nomine veniunt.*
42. *Moram committens in restituendâ re, ex eo tempore, cum ipsa re omnem rei causam præstat.*
43. *Mora quando committatur, in bonæ fidei & stricti judicijs?*
44. *Moram committens omnem rei utilitatem præstat.*

45. *Vtilitatis omnis cum ipsâ re præstandæ nomine quid contineatur?*
46. *Moram in restituendâ re faciens, deteriorationem rei præstat.*
47. *Moram in re committens interitum eius præstat.*
48. *Intellectus* L. mulier. 22. §. si hæres. 2. ff. ad SC. Trebellianum & n. 49.

1 PArtus † ancillæ sitnè in fructu habendus, vetus est quæstio:

l. vetus. 68. in pr. ff. de usufruct.

2 deq; † ea dissertatum inter Principes civitatis. P. Scævolam & M. Manilium, ab hisq; M. Brutus dissensit, quod & acutum genus est, & ad usus civium non inutile.

Cic. lib. 1. de finib. mihi. col. 60. lit. A. vers. an partus ancillæ, &c.

3 Absurdum † autem videtur hominem creatu-
4 ram † dignissimam,

l. iustissimè. 44. in pr. ff. de ædilit. edict.

esse in fructu:

§. in pecudum. 37. Instit. de rer. divis. d. l. vetus. 68. vers. nec enim in fructu. ff. usufr. l. in pecudum. 28. § partus. 1 ff. de usur.

5 Cum † omnes rerum fructus, natura hominum gratiâ comparaverit.

d. §. in pecudum. 37. Instit. de rer. divis. d. l. in pecudum. 28. in si ff. de usur.

Decisio. 6 Igitur † Bruti sententia obtinuit, ut partus ancillæ in fructu non sit.

§. in

§. in pecudum. 37. vers. partus. Instit. de rer. divis. l. ancillarum. 27. in pr. ff. de petit. hæred. l. in pecudum. 28. §. partus. 1. in pr. ff. de usur. fac. l. quæsitum. 91. §. fin. ff. de legat. 1. l. utique. 16. in pr. l. Iulianus 17. §. idem. 2. ff. de rei vindicat. l. vulgò. 2. in pr ff. de usur. quibus quatuor ll. partus ancillæ à fructu separantur. adde Didacum Spino à Carceres in speculo testamentorum. gl. 13. princ. qua tractat de lagato usufructus. n. 68. vers & tene quod non continentur, & c. & n. 70. vers. quia fructus non sunt, & c. & n. 73. vers. quod & ex eo fulcitur, & c.

7 Hinc † partus ancillæ non ad usufructuarium, — *1. Regula hinc resultans.*

d. §. pecudum. 37. Instit. de rer. divis. l. vetus. 68. in pr. ff. de usufr. l. in pecudum. 28. in pr. & §. 1. ff. de usur.

8 sed † proprietatis dominum pertinet.

d. §. in pecudum. 37. Instit. de rer. divis. d. l. in pecudum. 28. §. partus. 1. ff. de usur.

9 Hinc † etiam qui hæreditatem, post mortem suam, exceptis reditibus, restituere rogatus est, ancillarum partus, vivo adhuc testatore, vel hæreditate jacente editos — *2. Regula.*

arg. l. si tibi. 86. §. cum servus. 2. ibi ex die aditæ hæreditatis. ff. de legat. 1. l. non minus. 31. §. hæreditarium. 1. ff. de hæredib. instit. l. denig. 13. §. quæsitum. 5. vers. accedit his. ff. quod vi aut clam. l. dolo. 1. §. hæc autem actio. 1. ibi. quia hæreditati. ff. si quis testam. lib. esse jus fuer.

non retinebit.

l. deducta. 58. §. hæreditatem. 4. ff. ad SC. Trebell. Sic textus iste planus, perspicuus juris rationi usquequaq; consentaneus, nec ulli alii legi adversarius erit, unde minimè placent operosæ illæ ac nimis sudantes conciliationes, *quæ traduntur ab Anton. Gam. decis. 135. incip. Magna in exiguo. n. 4. vers. nec etiam obstat, &c. & n. seq. & à Didaco Spino de testam. d. gloss. 13. qua tractat. materiam legati ususfructus. n. 76. ibi. nec obstat etiam prædicta solutioni, &c. & n. seqq. Gaspar. Roderic. de annuis reditib. lib. 1. quæst. 1. incip. Reditus à verbo. n. 6. ibi. sed tunc adhuc obstat, &c.* ubi tametsi Didacum Spino reprehendit, nihilo tamen ipse meliorem solutionem subministrat.

10 Soli † enim reditus excepti sunt, partus igitur ancillarum, qui, ut antè dixi, in reditu vel fructu non est, restituendus erit.

11 Quemadmodum † ea ipsa in specie etiam fœtus pecorum, qui summissi gregem retinent, restitui oportet.

d. l. deducta. 58. §. hæreditatem. 4. ff. ad SC. Trebell.

12 Nimirum † quia ne hi in fructu, sive reditu sunt, sed potius in parte gregis.

text. in l. Marcellus. 3. in pr. ff. de rei vindicat. l. vetus. 68. §. planè fin. & duab. ll. seqq. ff. de usufr.

Redi-

13 Reditum heic † & fructum pro eodem usurpo, rei natura factoq; inspecto: *quo fortassè etiam respexit Bartol. in l. fundi Trebatiani 38. in princ. vers. sed quaero circa hoc, &c. ff. de usu & usufruct. legat. & Gaspar. Roderic. de annuis reditib. lib. 1. quaest. 1. incip. Reditus à verbo. n. 2. ibi reditus autem & fructus, &c. & nu. 3.*

14 quicquid † enim ex agro nascitur fundo salvo, id reditus rectè itemq; fructus agri dicitur: *l. si quis ita. 20. ff de usufruct. l. patrimonij. 22. ff. de usufruct. legat.*

15 Sed † tamen jus ipsum reditus, & fructus, si consideres, differunt inter se nonnihil, pinguiusque in fructu jus est, quàm in reditu. *text. in l. fundi. 38. ff. de usufruct. legat. l. idem est. 6. in princ. juncto fine l. praeced. ff. usufructuarius quemadmod. cav. Giphan. ad Instit. de usu & habitat.*

16 Pragmatici † sanè reditum à fructu, ut genus à specie distinguunt. *vide Lucam de Penna in l. litibus. 20. num. 23. ibi. hoc est generalius, &c. C. de agric. & censit. Boer. decis. 224. incip. Abbas Meymacij. num. 4. vers. ideò si Notarius, &c. & num. seqq. M. Anton. Peregrin. de fideicommiss. articul. 45. incip. De fructibus dicere. num. 64. versicul. sanè partus ancillarum, &c. Did. Spino de testam. d. gloss. 13. n. 74. ibi.*

quod

quod & ex eo fulcitur, &c. & n. 77. ibi. quod & ex eo convincitur, &c. Cam. d. decis. 135. n. 4. vers. & licet dicatur, &c. Menoch. de arbitrar. lib. 2. cent. 1. casu. 49. incip. Plura egregia. n. 17. vers. quia latior est significatio, &c. Verumcum aliò illi respiciant, in medio eam distinctionem relinquimus; planè si exactius eos consideres, appellationum tantùm distinctiones indagant, re nobiscum consentiunt.

3. Regula, boc tractatu principalis.

17 In † suprà (*n. 9.*) scriptâ tamen specie, cum nempe hæres rogatus est, post mortem suam sine reditu, hæreditatem restituere, partus ancillarum post hæreditatem aditam, vivo hærede nati, restituendi non sunt.

text. in l. Paulus respondit. 14. 2. hares. 1 ff. de usur.

Non quod heic in reditus exceptionem veniant,

18 sed † quia generaliter ante diem fideicommissi cedentem, partus ancillarum editi, fideicommisso non continentur.

d. l. Paulus respondit. 14. §. hares 1. vers. Paulus respondit ff. de usur. Didac. Spino in speculo testam. d. gl. 13. n. 72. ibi. qua retenta sententia, &c. & n. seqq. ubi hanc ait esse communem *

19 Sed ad † hæredes pertinent ejus, qui rogatus est.

l. Paulus respondit. 24. §. idem respondit. l. in ratione. 30. in pr. ff. ad leg. Falcid. Caspar. Rederic. de annuis reditib. lib. 3. d quæst. 1. n. 11. vers. hinc etiam partus editi, &c. Cumq;

20 Cumq; † ex fideicommisso vel legto debentur mancipia, non debentur partus eorum nisi à tempore dominii ex legati, aut fideicommissi causâ acquisiti.

l. Herennius. 42. ff. de usur. gl. in l. Licinius. 48. in verb. non etiam partus. ff. de legat. 2.

21 Cujus † sententiæ ratio expeditissima est, adita enim hæreditas non est amplius defuncti, sed hæredis proprium patrimonium:

text. in l. sed si plures. 10. §. filio. 2. de vulg. & pupill. substit. Dec. in l. qui se patris. 3. n. 16. ibi. quia adita hæreditate non dicuntur amplius bona, &c. C. unde lib. Ripa in l. filiusfamilias. 114. §. Divi Verus. 14. n. 56. ibi. ultimò nota ex glossa, &c. ff. de legat. 1. Ioseph. Ludov. com. conclus. 16. cuius argumentum: hæres censetur una & eadem persona cum defuncto. n. 259. ibi. & hæreditas adita, &c.

22 hac † quidem in specie, cum conditione restituendi.

arg. l. via. 23. §. si fundus serviens. 2. ff. de servit. rust. & l. cum de in rem verso. 6. per tot. ff. de usur.

23 Quod † igitur ex ancillà, dum hæredis est, nascitur, hæredis fit,

§. Servi autem aut nascuntur. 4. Instit. de jure person. l. partum. 7. C. de rei vindicat. l. placuit
24 *fin. C. de liberali causa.* Facit, quod † in emtione sub pacto redimendi contractâ, emtor interim usq; ad redemtionis tempus,

dominus rei emtæ est, reditusq; ejus lucratur. *Modest. Pistor. consil. 56. n. 31. ibi. emtor enim qui emit,&c. & n. seq. lib. 1.*

testantis judicio,

l. mulier. 22, §. si hæres. 2. in fi. ff. ad SC. Trebellian. Gaspar. Roderic. de annuis reditib. lib. 1. quæst. 1. num. 6. versic. & sic non
25 *tollit juris dispositionem, &c.* Unde † apparet, Foppium ab Æzema virum doctissimum *lib. 2. dissertationum juris civilis cap. 16. incip. Fructus à ferendo. col. 2. vers. neque obstat, &c.* non habuisse opus, distinguere inter id, quod est, quodq; videtur in fructu esse; cum in propositâ specie, ancillarum partus, non quia in fructu sint, vel esse videantur, sed ex modò explicatis rationibus, hæredis lucro cedant.

Primum consectarium tertiæ regulæ.

26 Ex hoc multa in jure sunt recepta, nam † qui mulierem, reditu excepto restituere, post mortem suam, rogatus est, partum ejus interim editum minimè restituet.

d. l. Paulus. 14. §. hæres. 1. vers. Neratium quoq. ff. de usur. ubi in fine subjicit Paulus, nihil interesse an ancilla specialiter (*ut heîc*) an hæreditas (*ut suprà n. 17.*) in fideicommisso sit, nimirum quia in uno generalis versatur regula, in altero species sub genere comprehensa.

Secundum consectarium.

27 Item, † qui sorori ancillas legavit, fidei ipsius com-

commisit, ut eas filiis suis cum obiret, restitueret: quod testatore mortuo, legatariæ ex his natum est, fideicommisso non continetur, sed ad hæredes legatariæ pertinet.

l. uxorem. 41. §. sorori. 10. ff. de legat. 3.

28 Sic † cum legatum mancipiorum in tempus certum testator transtulit, id quod medio tempore ancillæ enixæ sunt, ad legatarium non veniet. *Tertium consectarium.*

l. filium. 21. in fin. ff. de opt. legat.

29 Ancillas † maritus æstimatas in dotem acceperat, legatq; dotem uxori, optione concesſâ, vel mancipiorum, vel pecuniæ recipiendæ: si uxor mancipia malit, ipsa quidem mancipia, non etjam partus mancipiorum debebuntur. *Quartum consectarium.*

l. Licinius. 48. ff. de legat. 2.

30 Deniq; † generaliter receptum est, cum quis simpliciter hoc pacto hæres est institutus, ut post mortem suam, bona alteri restituat partus, quos ancillæ, post aditam hæreditatem hæredi ediderunt, minimè fideicommissario esse restituendos. *Quintum consectarium.*

Didac. Spino de testament. d. gl. 13. n. 72. ibi, qua retenta sententia, &c & n. seqq. ubi hanc dicit esse sententiam verissimam. Gamma d. decis. 135. per tot. vbi ex. n. 1 vers. aliis autem collegis, &c. facilè apparet Gammam ibi hanc sententiam pro veriori habere, estq; meo judicio textus in hanc rem optimus & clarus *in l. quod his. 83. in pr. iuncta gl. ibid. in verb. vice. ff. de legat. 3.*

Ff 2 Sed

...inatio confecta ...iorum.

31 Sed † enim ab his omnibus moræ excipitur reprehensio:

l. in fideicommissariam. 18. in pr ff. ad SC. Trebellianum.

32 Nam † cum mora cuiq; sua non modò non prodesse,

text. in l. hominem. 37. in fi. ff mand. Modestin. Pistor. cons. 56. n. 29. ibi. mora enim sua, &c. lib. 1.

33 sed † potiùs nocere debeat.

l. in condemnatione. 134. §. unicuiq;. 2. ff. de reg. jur. c. mora. 25. ex. eod. in 6. Modestin. Pistor. d. cons. 56. n. 29. vers. sed potiùs cuilibet, &c. lib. 1.

34 Igitur † morâ in solvendo fideicommisso.

l. Paulus respondit 14. in pr. & in fine ff. de usur.

35 aliavè † in re factâ, partus quoq; ancillarum restituendi sunt,

l. ancillarum. 27. in prin. ff. de petit. hæredit. l. Iulianus. 17. §. idem Iulianus. 1. & §. 2. l. præterea. 20. vers. itaq; partus. ff. de rei vindicat. l. si stipulatus sis. 4. in fi. pr. & §. 1. ff. de usur.

36 non quidem ut fructus, sed † ut augmentum rei,

text. in l. item veniunt. 20. §. item non solùm. 3. in fi. & d. l. ancillarum. 27. in pr. ff. de petit. hæred. Didac. Spino de testam. d. gl. 13. n. 74. ibi. nihilominus partus ancillarum, &c. Gaspar

ſpar Roderic. in tract. de annuis reditibus. lib. 1. d. quæſt. 1. n. 11. verſ. unde quamvis partus ancillarum, &c.

37 vel † ut acceſſiones:

38 (homo † enim in acceſſione eſſe poteſt, *l.*
39 *ſi emtione. 34. in pr. ff. de contrahend. emt.* ita † ordinante domino: *l. ſi ancillas. 63. ibi. nec verbis nec voluntati. ff. de legat. 1.* tametſi
40 id † in dubio non præſumitur. *d. l. ſi ancillas. 63. ff. de legat. 1. & l. & ſi ancilla. 3. ff. de pecul. legat.*)

41 vel † ut generali omnis cauſæ atq; utilitatis nomine comprehenſi.

l. Iulianus. 9. § quia tamen. 7. ff. ad exhibend. l. equis. 8. in fin. ff. de uſur (magis mihi placet cauſæ quàm utilitatis nomen, quia & leges heic adductæ, eo verbo utuntur.)

42 Nam † qui in mora eſt reſtituendi rem petitam, tenetur ex eo tempore, cum ipſa re, præſtare omnem ei cauſam.

l. Iulianus. 17. § idem Iulianus. 1. & § idem Iulianus. 2. ff. de rei vindicat. l. cum fundus. 33. in pr. ff. ſi cert. petat. l. vulgè. 2. l. in fideicommiſſi. 3. § in iis. 1. l. videamus. 38. § ſi actionem. 7. ff. de uſur. l. plus eſt. 22. l. reſtituere. 35. l. fin. in fin. ff. de verb. ſignificat.

43 Quando † in bonæ fidei, quando item in ſtrictis judiciis mora committi cenſeatur, heic non diſputo; obiter tantùm teneamus, in bonæ fidei judiciis ferè ex eo tem-

tempore, quo res efficaciter debetur morã committi: in strictis lite contestatâ, *ut intelligi potest ex textibus heic. n. 42. & seqq. allegatis, & probavi in quæstione peculiari de tempore quod æstimationem rei petitæ regat, quæ exstat suprà cap. 9. incip. Cum moram.*

44 atq; † utilitatem:

l. post Senatusconsultum. 38. ff. de petit. hæred. l. Iulianus. 9. §. fin. & duab. ll. seqq. ff. ad exhib. l. cum res. 47. in pr. ff. de legat. 1. l. cum Prætor. 81. in fi. ff. de verb. significat.

45 hoc † est, ut cuncta habeat petitor, quæ habiturus foret, si eo tempore, quo debebat, res illi fuisset restituta.

l. illud. 40. in pr. ff. de petit. hæred. l. non solùm. 13. l. præterea. 20. ff. de rei vindicat. fac. l. videamus. 38. §. in Faviana. 4. ff. de usur. Matth. Wesemb. in paratit. ff. eodem tit. de usur. in fine.

46 Imò † & quantò deterior res effecta est,

l. penult. ff. de condict. triticar.

47 & † ipsius rei interitum.

l. cum servus. 39. §. fructus. 1. vers. ipsius quoque rei ff. de legat. 1. l. nemo. 82. §. si post moram. 1. ff. de verb. obligat. l. item si verberatum. 15. §. fin. ff. de rei vindicat. l. si homines. 3. C. de usur. & fructib. legat. l. si pecuniam. 5. §. item si quis. 2. ibi. si modò per eum factum non est. ff. de condict. caus. dat.

48 Atq; † huc pertinere puto illud Ulpiani, si hæres

post

post multum temporis restituat, cum præsenti die fideicommissum sit, partus eum, & partuum partus interea editos non retinere, quamvis fructus negligentiâ petentis perceptos lucretur.

text. in d. l. mulier. 22. §. si hæres. 2. in pr. & §. sed enim. 3. ff. ad SC. Trebell. qui duo § §. connexi sunt, tractantq́ eandem speciem:

49 Rationem † addit manifestissimam, quia partus isti in fructu non sunt.

d. §. sed enim. 3. atq; ita rursum textus hic est planus & perspicuus, neq; laborat difficultate aliquâ, ullamvè contrarietatem inducit, in quâ desudare necesse sit; quod contigit Gammæ, *d. decis. 135. n. 5. vers. tertiò non obstat, &c.* & videtur etiam glossa nobis adstipulari, dum *ibid. in verb. non habentur.* ait, partus ante diem fideicommissi cedentem natos, hæredi cedere; innuit igitur, si pòst nati sint, eos non debere cedere, qui nostræ legis casus est.

QVÆ-

QVÆSTIO XXVI.

An legatum vel fideicommissum conferri possit in arbitrium alienum?

SUMMARIA.

1. *Legatum aut fideicommissum in voluntate hæredis poni nequit. Fallit ibid. n. 5. & n. 12.*
2. *Hæredis in arbitrium, an debeat, conferri ineptum est.*
3. *Pro non dicto est, quod dare nisi velis, cogi nequeas.*
4. *Obligatio, sub conditione, si voles, nulla fieri potest.*
5. *Legatum aut fideicommissum in alterius voluntate poni potest.*
6. *Legatum, in alterius arbitrium, collatum pro viri boni arbitrio accipitur. & n. 10.*
7. *Legatum aut fideicommissum in alterius, quasi viri boni arbitrium rectè confertur.*
8. *Legatum in aliena voluntate positum, arbitrio viri boni commissum præsumitur. Limitatur ibid. n. 13.*
9. *Legato, in hæredis arbitrio, collocato cessat præsumtio arbitrij boni viri.*

11. *Quod*

11. *Quod benignè contra rationem juris receptum est, ad consequentias trahi non oportet.*
12. *Legatum in voluntate hæredis collocatum quando valeat?*
14. *Legatum in meram voluntatem alienam collatum, non valet.*
15. *Legatum in meram voluntatem alienam apertè conferri nequit.*

1 Legatum † aut fideicommissum in voluntate hæredis poni non potest. *Regula.*

text. in l. senatus enim. 43. §. legatum. 2. ff. de legat. 1. l. fideicommissa. 11. §. quanquam. 7. ff. de legat. 3. l. fideicommissa. 46. §. quod si ita scriptum sit. 3. ff. de fideicommissar. libert.

2 Ineptum † enim esset, in hæredis conferre arbitrium an debeatur.

d. l. fideicommissa. 46. §. quanquam autem. 4. ff. de fideicommiss. libert.

3 Quoniam † pro non dicto est, quod dare, nisi velis, cogi non possis.

l. sub hac conditione. 8. ff. de obligat. & act.

4 Nulla † igitur sub hac conditione, SI VOLES, fieri potest obligatio.

d. l. sub hac conditione, 8. in pr. ff. de obligat. & act.

5 In alterius † tamen cujusvis extranei poni legatum aut fideicommissum potest. *1. Exceptio.*

l. senatus. 43. §. legatum. 2. ff. de legat. 1. l. in arbitrium. 1. in pr. ff. de legat. 2.

6 Placuit † enim in testamentis, legatum in alterius arbitrium collatum, pro viri boni arbitrio accipi.

d. l. in arbitrium. 1. §. sed cum. 1. ff. de legat. 2.

7 Rectè † autem in alterius, quasi viri boni arbitrium, & legatum & fideicommissum conferri potest.

l. si sic legatum. 75. in pr. ff. de legat. 1.

8 Quare † cum in alienâ voluntate ponitur legatum, præsumitur arbitrio ejus tanquam viri boni commissum:

per suprà dicta n. 6.

9 Quæ † præsumtio cessat, cum in arbitrium hæredis legatum confertur:
10 prædicta † enim (*suprà n. 6.*) juris sententia, tantùm in alienâ voluntate recepta est: *per d. suprà n. 6.* ad hunc igitur casum non debet extendi:

11 Quod † enim benignè contra rationem juris receptum, ad consequentias trahi non oportet.

l. quod verò. 14. & l. jus singulare. 16. ff. de legib. l. qui negocia. 43. vers. id enim benignè, &c. ff. mandat.

2. Exceptio 12 Quid igitur † an nunquam valebit legatum in hæredis voluntate positum? valebit sanè, ubi paullò apertius constabit, testatorem, non in mera hæredis voluntate, sed & quasi viri boni arbitrio, legatum aut fideicommissum collocasse; his fortè verbis: si æstimaverit hæres, si comprobaverit, si putaverit, si justum, si dignum putaverit, si fuerit arbitratus, si utile ei fuerit visum, vel

vel videbitur, si probaverit, si non reprobaverit, si de ipso merebitur, si eum non offenderit, & quæ his similia sunt.

l. si sic legatum. 75. in pr. ff. de legat. 1. l. fideicommissa. 11. §. quanquam. 7. ff. de legat. 3. l. Thais. 41. § sorore. 4. l. fideicommissa. 46. §. quod si ita. 3. vers. cæterum si arbitrium. ff. de fideicommiss. libert.

13 Quod † autem suprà (*n. 8.*) diximus, cum alienæ voluntati legatum committitur, præsumi quasi in viri boni arbitrio esse positum: id hanc exceptionem habet, nisi palam sit, testatorem in meram ejus voluntatem legatum contulisse: tunc enim cessat hæc præsumtio claris refutata verbis testatoris:

arg. l. continuus. 137. §. cum ita. 2. in fi. ff. de verb. oblig.

14 nec † valet legatum: quoniam † nec in alienam
15 voluntatem meram conferri apertè potest.

l. nonnunquam. 52. ff. de condit. & demonstrat.

QVÆSTIO XXVII.

Filia, quatenus dotem matris in successione avi conferre teneatur, si pars ejus ad patrem ex pactis dotalibus pertineat?

SUMMARIA.

1. *Dos matris in successione avi, eatenus confertur, quatenus ad conferentem ex matris successione pervenit.*

EQues quidam Cæsareæ Majestatis Præfectus bellicus, in matrimonio habuit, Viri & nobilitate & opibus inprimis clari filiam, quæ posteaquam filiolam ei enixa esset, mortua est ante patrem: Sed & pater non ita multis post annis, vitam cum morte commutavit.

Cum itaq; in familiâ ejus erciscunda versarentur hæredes, atq; inter hos, gener Præfectus ille bellicus, dotem sibi datam ex pactis dotalibus, usq; ad filiolæ suæ legitimam maternam lucraretur, egoq; transigendæ divisioni adessem advocatus, quæsi-

quæsivit ex me Præfectus, quantum filiola ejus, matris loco hæreditatem capiens, conferre teneretur?

1 Respondi, † quantum ipsa, patris deducto lucro, ex dote materna retineret. Decisio.

per text. in l. quamvis. 1. §. quod si jam divortium factum est. 6. ff. de dot. collat. Plura de dotis collatione à nepotibus facienda, in successione avi, *vide apud Francis. Ripam in l. in quartam. 91. n. 189. ibi. examinemus ergò aliam, &c. & n. seqq. ff. ad l. Falcid. ubi latissimè.*

QVÆSTIO XXVIII.

Quos fructus bonæ fidei possessor lucretur vel restituat?

SUMMARIA.

1. *Interpretum de hac quæstione sententiæ discrepantes.*
2. *Iurisconsultum in jure explicando non decet reticere quid sentiat.*
3. *Veritate semel amissâ, variæ oriuntur & confusæ distinctiones.*
4. *Bonæ fidei possessor & emtor quare differant. & n. 13.*
5. *Autoris sententia.*
6. *Possessor malæ fidei omnes fructus præstat cum ipsâ re.*
7. *Possessor bonæ fidei fructus omnes præter pendentes lucratur. & n. 23.*
8. *Fructuum divisio.*
9. *Possessor bonæ fidei fructus lucratur statim, atq; à solo separantur, & n 19. 22.*
10. *Possessor bonæ fidei fructus bonâ fide perceptos restituit, si ex ijs est factus locupletior.*

11. *Intellectus* l. fructus. 45. ff. de usur. & l. sed & loci. 4. §. post litem, 2. ff fin. regund.

12. *Consumendi verbum quid in jure notet.*

14. *Possessor bonæ fidei in fructibus naturalibus locupletior fieri creditur.*

15. *Possessor bonæ fidei non fit locupletior in fructibus industrialibus.*

16. *Fructus consumti pendentium jure censentur, quando possessor ex ijs est factus locupletior.*

17. *Consumtum non est, quod patrimonium auget.*

18. *Fructuum perceptorum & consumtorum distinctio improbatur.*

20. *Possessor bonæ & malæ fidei qua re differant.*

21. *Fructus pendentes pars fundi esse censentur.*

24. *In fructibus distinctio universalis & singularis judicij, quatenus prosit?*

25. *Argumentum, circa fructus, procedit de judicio singulari ad universale, & contrà.*

26. *Fructuum nomine aliter agitur, in judicio universali, aliter in singulari, & n. 28.*

27. *Modi diversitas in agendo, non facit unâ actione magis peti fructus posse, quàm aliâ.*

29. *Condictione ex lege fructus petuntur in judicijs particularibus.*

30. *Possessor bonæ fidei lucratur fructus, quos suis operis acquisivit.*

31. *Culturæ præmium sunt fructus industriales. & n. 74.*

32. *Locupletari non dicimur ex præmio laborum nostrorum. & n. 73. & seqq.*

33. Fru-

33. *Fructus à bonæ fidei possessore percepti vindicari nequeunt, cum fundo vindicato.*
34. *Fructus bonæ fidei possessor lucratur jure Domini.*
35. *Leges non debent esse ludibrio.*
36. *Leges sunt intelligendæ cum effectu.*
37. *Meum quid verbo dicere, mox reipsâ alteri adscribere non licet.*
38. *Leges non verbis sed rebus impositæ.*
39. *In legibus ea tantùm esse debent, quæ re ipsâ obtinent.*
40. *Domini Ius quid sit.*
41. *Fur aut prædo quamdiu lucretur rem.*
42. *Factum non creditur quod non durat.*
43. *Habere, adipisci, pervenire non dicitur, quod non manet.*

Distinctio inter fructus quos bonæ fidei possessor suos faciat, quosq; restituat, non suscipitur.

Legum candori & constantiæ repugnat, permittere modò ut quid meum faciam, mox juberi me idem alij restituere.

44. *Possessor bonæ fidei quando jure Saxonico fructus lucretur?*
45. *Possessor bonæ fidei post litem contestatam omnes fructus restituit. & n. 69.*
46. *Possessor, à lite contestatâ, in mala fide esse incipit.*
47. *Possessor, cognoscens rem esse alienam, fructus non lucratur.*

Distinctio, quòd ad bonam fidem, in fructibus quærendis, tollendam, in bonæ fidei judicijs sola rei alienæ

alienæ scientia sufficiat, in strictis autem judicijs litis contestatio requiratur, seponitur.

48. *Emtor bonæ fidei quamdiu & quos fructus lucretur. & n. 50. 51. 62. 66. 67. 68. 71.*

49. *Emtor bonæ fidei quoad fructus loco Domini penè est.*

52. *Intellectus* l. bonæ fidei. 48. ff. de acquir. rer. dom. *& n. seqq.*

53. *Lex generaliter loquens supplenda est ex aliâ lege speciatim loquente.*

54. *Generalis constitutio non comprehendit ea, quæ in specie statuere nequiret.*

55. *Generale statutum speciali nihil derogat.*

56. *Generaliter aliquid negans, non creditur negare id, quod in specie concessurus erat.*

57. *Speciatim negata per genus conceduntur.*

59. *Parte orationis (ex parte sumtæ) verâ, tota oratio vera efficitur.*

60. *Negatio ista, non vidi commemoratos homines: vera est, etiamsi aliquos ex ijsdem viderim.*

61. *Testis falsus non est, quid de decem hominibus interrogatus, negat eos interfuisse, cùm octo interfuerint.*

Canonicos Syndicum constituisse, cum dicitur instrumento, non omnes aut maior pars, sed vix duo aut tres constitutionem fecisse intelliguntur.

63. *Intellectus* l. quæsitum. 41. ff. de acquir. rer. domin.

64. *Possessio hæredis cum possessione defuncti non continuatur, sed nova est.*

03. *Servus bonâ fide emtus, tàm diu ex re meâ operisq́ suis mihi acquirit, quàm diu non evincitur.*

72. *Emtor bonæ fidei fructus industriales non restituit, etiamsi nondum consumti sunt.*

73. *Fructus industriales non dicuntur possessorem facere locupletiorem.*

75. *Fructus naturales nondum consumtos, an emtor bonæ fidei restituat?*

76. *Emtor bonæ fidei quoad omnes fructus loco domini penè est.*

77. *Fructus suos Dominus nemini restituit.*

78. *Fructus naturales emtor bonæ fidei non tàm ex re alienâ quàm propriâ pecuniâ percipere videtur.*

79. *Fructus naturales etiam aliquid poscunt industriæ.*

80. *Ad fructus lucrandos, sufficit perceptionis tempore possessorem in bonâ fide esse.*

81. *In condictione indebiti, bonæ fidei possessor omnes fructus restituit. Ampliatur ibid. n 90.*

82. *In condictione indebiti bonæ fidei possessor in omnibus fructibus fieri locupletior censetur.*

83. *Fructuum pro culturâ & curâ lucratio, ad eos tantùm pertinet, quorum res aliquo saltem jure esse poterat.*

84. *Vendi potest res aliena.*

85. *Tituli*; pro hærede, donato, derelicto, legato, dote, suo: *juris civilis autoritatem habent.*

86. *In condictione indebiti, res neq; civili neq; naturali jure mea facta est.*

87. *Condictionis indebiti fundamentum est, rem nec naturali nec civili jure deberi.*

88. *Titulus pro soluto in condictione indebiti evanescit.*

89. *Titulus qui evanescit, nullam operari potest fructuum acquisitionem.*

91. *Locupletiorem esse possessorem non quaritur, in fructibus restituendis, in condictione indebiti.*

92. *Intellectus* l. si non sortem. 26. §. libertus. 12. ff. de condict. indeb.

93. *Aestimatio rei nihil commune habet cum fructibus.*

94. *Intellectus* l. in summa. 65. §. in frumento. 7. ff. de condict. indeb.

95. *Intellectus* l patri. 27. §. si pecuniam 1. vers. ex quo. ff. de minorib.

96. *Minor ætatis privilegio tenetur tantùm, quatenus locupletior factus est.*

97. *Fructus usucaptos bonæ fidei possessor non restituit.*

1 INgens † pugna in scholis foroq; est, de fructib quos bonæ fidei possessor lucretur, quosvè restituat? neq; ullius ferè est interpretum, quin & attigerit quæstionem istam, & novam in eâ terminandâ opinionem attulerit:

Mirabiliter in ea se torquet Pinelus *in l. 2. part. 2. c. 4. & ult. quod incipit. Circa effectum. n. 46. ibi. videtur autem ea difficultas, &c. & n. seqq. C. de rescin. vend.* nec potest sese ex ea

 extri-

extricare, nisi refugio tandem sumto, ad usum forensem, quod non est explicare sententiam legum à Justiniano editarum, sed hodiernam fori consuetudinem. Petrus Costalius *in l. qui scit. 25. ff. de usur* contradictiones heic occurrentes dissolvi non posse putat, addens, malle se in eo desiderari diligentiam suam, quàm stultitiam accusari. Didacus Covarruvias *lib. 1. variar. resolut. cap. 3. incip. Scribit Paulus n. 6. ibi cæterum ut aliàs, &c. & n. seqq.* identidem contraria hoc loco respondisse veteres Jurisconsultos fatetur, eaq; responsa, memoriæ lapsu à Triboniano in Pandectas relata esse. *tangit idem non nihil etiam in c. possessor. 2. part. 2 §. septimò. ex. de reg. jur. in 6.* Franciscus Duarenus *ad tit. ff. de naut. fœn. cap. qui fructus in restitutionem veniant, fin.* corrigit leges, putatq; Jurisconsultos reticuisse quid
2 sentirent, quo † quid dici potest ineptius, Jurisconsultiq; officio minùs conveniens, *arg. l. ut responsum. 15. C. de transactionibus.* Jacobus Menochius *de recuperand. poss. remed. 15. ex c. retindegranda 3. quæst. prima n. 576. ibi nunc superest, &c. & multis n. seqq.* varias divisiones & subdistinctio-
3 nes affert, quas † consequi necesse est, cùm à veritate semel aberraveris. Andreas Fachineus *lib. 3. controversiarum juris cap.*

ris cap. 57. incip. Ingens est dissensio. & duob. capitibus seqq. Accursium ferè sequitur & Menochium, Bartolus *in l. & ex diverso, 35. in pr. n. 4. ibi sequitur in glossa, &c. & n. seqq. ff. de rei vindicat.* Ludovicus Romanus *cons. 149. incip. Conclusionem primam n. 1. vers. secundum verò earundem conclusionem, &c. & n. seqq.* Felinus *in c. de quarta 4. n. 29. ibi limita secundò dictam doctrinam respectu fructuum, &c. & n seqq. ex. de praescript.* Socinus senior *cons. 71. incip. Princeps defunctus. n. 6. ibi. secunda conclusio, &c. & aliquot n. seqq.* Jason *in l. Nesennius, 41. §. fundum. 1. n. 3. ibi adde in quantum tenet glossa, &c. & n. seq. ff. de re judicat.* Paul. Castrens. *cons. 247. incip. in causa quae vertitur Saona col. penult. nu. 6. ibi venio ad aliam conclusionem, &c. lib. 1.* Molinaeus *in consuet. Paris. tit 1. §. 33. gloss. 1. in verb. Droict. de relief. n. 48. ibi decimò quaero, &c. & n. seqq.* Socinus junior *cons. 150. quod est consilium ultimum. n. 1. & seqq. penè per totum consilium lib. 1.* Joannes Franciscus Balbus *in tract. de praescriptionib. 4. part. 4. partis principal. quaest. 35. per tot.* Jacobus Cujacius *lib. 7. ad Affricanum in l. quaesitum. 40. ff. de acquirend rer. domin. mihi pag. 326. & seqq. & lib. 11. observat. cap. 39. incip. Non intellecta vis, & in §. si quis à non domino. 35. in verb. pro culturâ & curâ. Instit. de rer.*

 divis.

divis. Matthæus Wesembecius *in cod. §. si quis à non domino per tot.* Vincenti⁹ de Franchis *decis. 31. incip. In causa spectabilis comitis, n. 1. ibi. quos lucrari bonæ fidei possessorem, &c.* Joannes Gœddæus *in l. bonæ fidei. 110. n. 12. ibi atq; hæc quoad usucapionem, &c. usq; ad fin. ff. de verb. significat.* Hermannus Vultejus *in disceptationib. scholasticis cap. 20. quod est caput ultimum p tot.* Antonius Faber *lib. 4. coniecturarum cap. 17. incip. Illustris hæc quæstio est, & nonnihil in Codice suo Fabriano tit. de fructib. & lit. expens. definit. 64. incip. Cum petitio hæreditatis* Antonius Goveanus *lib. 2. variar. lect. cap. 15. incip. Pomponius* Fernandus Vasquius *lib. 3. controversiarum usu frequentium, cap. 70, incip. bonæ fidei possessor.* Didacus Spino à Caceres *de testament. gl. 13. quæ tractat de legato ususfructus. num. 42. ibi hinc etiam infertur, &c. & n. seqq. usq; ad n. 54. inclusivè.* Dn. Præceptor meus Julius Pacius *cent. 5. ἐναντιοφανῶν cap. 45.* Hieronymus Treutlerus *lib. 1. disput. 15. tit. de rei vindicat. thesi 11. in fi. ibiq; allegat lit. e. f. g. & lib. 2. disput. 20 tit. de rer. divis. & acquir. rer. domin. thesi 5. in fi. ibiq; allegat lit. i. k.* Hugo Donellus *in tractat. de fructib. cap. 23. & maximè cap. 4. per tot. & lib. 4. commentariorum cap. 24.* varia tradunt. Nos quoq; eam rem attigimus ante annos octo: *in addit. ad Modestin. Pistor. illustr.*

quæst.

quæst. 124. incip. Iure Saxonico uxor. num. 115. ibi atq; hæc juris Saxonici ratio, &c. & n. seqq. Novissimè Andreas Kohl, *in exercitat. legalib. exercitatione ultima* nostram secutus esse videtur sententiam Dominus Hartmanus Pistoris identidem luculentissimè hanc materiam pertractavit *lib. 4. quæstionum, capite vicesimo quinto, & tribus quæstionibus seqq.* qui cum plæraq; nos consentimus. Loriottum quoq;, quem tamen non vidi, hanc explicasse quæstionem animadverto ex Vultejo *d. discept. ult.* qui sanè quàm proximè accessit ad veritatem, dum differentiam facit inter emtorem bonæ fidei, & alium quemcunq; bonæ fi-
4 dei possessorem; sed † quia discrimen hoc in eo positum esse putat, quòd naturales fructus lucretur emtor, alius verò possessor non lucretur, contra manifestos textus *de quibus infrà n. 66. & seqq.* meritò à Vultejo reprehensus est.

5 Nos simplicem veritatem consectantes, breviter & perspicuè sententiam nostrã exponemus; qua in re, ut ipsi etiam fortasse nova in medium afferre videamur, exploratum tamen habemus, vetera potiùs dicere nos, ac non mentem modò veterum Jurisconsultorum, sed ipsa penè verba etiam retinere, ut non tàm reprehendere viros doctissimos mihi debere videar, quòd quæstionem

nem non difficilem suis opinionib implicârint, quàm mirari fortunam eorum, quòd tantis præditi ingeniis, tantamq; diligentiam adhibentes, rem in jure perspicuam non sint adsecuti. Per regulas autem, more nostro omnia explicabimus, atq; à malæ fidei possessore, cujus inspectio ad ad hanc tractationem inprimis necessaria est, exordiemur.

2. Regula. 6 Igitur † malæ fidei possessor omnes fructus cum ipsâ re præstat, tàm qui naturâ, quàm qui industriâ ejus sunt comparati; & quos percipit, aut percipere honestè potuit; non factâ etiam distinctione exstent, an consumti sint; locupletior ex iis sit factus, an non.

l. certum. 22. C. de rei vindicat. l. fructus. 33. l. si navis. 62 §. generaliter. 1. ff. de rei vindicat. Cæsar. Barzius decis. 53. incip. Obtinuerat. D. Franciscus n. 26. ibi. & ideò tenetur ad omnes fructus, &c. & n. 27. 28. 33. Hartman. Pistor. lib. 4. quæst. 28. incip. Ad malæ fidei possessorem quod attinet. n. 1. 2. & 3.

2. Regula cum annexa 1. Exceptione. 7 Sed † bonæ fidei possessor restituit tantùm fructus in fundo extantes, reliquos lucratur omnes, sive industriâ proveniant sive naturâ:

d. l. certum. 22. C. de rei vindicat. l. sed & loci. 4. § post litem 2 vers. sed ante judicium. ff. fin regund. l. quæsitum. 40 in fi. de acquir. rer. domin. l. qui scit. 25 §. in alieno. 1. vers. ad bonæ fidei autem possessorem. ff de usur. Hartman. Pistoris lib. 4. quæst. 26. incip. Circa naturales

turales fructus. n. 19. ibi. quare si magis id quod verum, &c. & n. seq.

8 Fructus † aut sunt extantes, aut percepti, aut consumti: aut si διχοτομίαν mavis vel exstantes sunt vel separati: separati rursum aut percepti tantùm aut etiam consumti. *ita probatur textibus heic n. 6. 7. allegatis, & infrà n. 33. 45. allegandis.*

9 Ratio † est manifestissima; statim enim atq; à solo separantur fructus, bonæ fidei possessoris efficiuntur.

text. in l. qui scit. 25. §. in alieno. 1. vers. ad bonæ fidei autem possessorem, &c. ff. de usur. adde quæ dicam infrà n. 19. ibi. sola enim de agro, &c.

10 Præterea † bonæ fidei possessor etiam eos fructus, quos percepit cùm in bona fide esset, cogitur restituere, si ex iis est effectus locupletior. 1. Exceptio

Decius cons. 282. incip. Viso puncto & diligenter consideratis. n. 5. ibi. idem est in bonæ fidei possessore, &c. Francis. Viv. decis. 33. incip. possessori malæ fidei. n. 11. ibi. an bonæ fidei possessor restituat fructus, &c. & sunt text. in l. Senatusconsultum. 1. §. usuras. 1. C. de petit. hæredit. l. idem est. 3. vers. scilicet. ff. de condict. indeb. l. utrum. 23. & §. 1. & l. sed etsi lege. 25. §. item si rem. 1. vers. sed et si res. ff. de petit. hæredit. l. fructus. 45. vers. nam si pomum. ff. de

11 *usur.* (ubi † pondero verba illa: *quia non ex facto eius is fructus nascitur.* unde appa-

ret Jurisconsultum ibi hoc pro eo habere, quod non ex re propriâ, sed alienâ fiat locupletior) *l. sed & lect. 4. §. post item. 7. ff. fin. regund.* ubi verba : *Si eos consumsit*, pro eo accipienda sunt, ac si dixisset, si non est ex iis factus locupletior. eadem
12 namque † horum verborum in jure significatio esse videtur. *l. Imperator. 70. §. cum autem. fin. junctis duabus ll seqq. ff. de legat. 2. facit l. sive hæreditaria. 22. in fin. ff. de negoc. gest. l. videamus. 17. ff. de eo quod metus causa. l. quod si minor. 24. §. restitutio. 4. l. si minor. 34. in princip. ff. de minorib. l. utrum. 23. in princip. & l. sed et si. 25. §. item si rem. ff. de petit. hæredit. l. si id quod donatum. 28. in princip. ff. de donat. inter vir. & uxor. l. si emancipatus. 16. ff. de bonor. possess. contra tab. l. si quis cum sciret. 8. ff. pro emtore. Hartman. Pistoris lib. 4. quæst. 25. incip. Non minus intricatæ. n. 10. ibi ex multis verò locis apparet, &c.* in quem cum post hæc notata inciderem, valdè mihi jucundum fuit, tantùm me sententiæ meæ reperisse adstipulatorem.

13 Atque † ex hoc patet differentia inter bonæ fidei possessorem in genere & bonæ fidei emtorem, *de quo infrà n. 71. & seqq. usq. ad n. 80. inclusivè.*

14 (quod † ferè in fructibus naturalibus accidere potest.

d. l.

d. l. fructus. 45. verſ. nam ſi pomum. ff. de uſur. Bart. in l. & ex diverſo. 35. in pr. n. 6. verſ. & ſic vides quod fructus naturales, &c. ff. de rei vindicat.

15 Difficile † eſt igitur cum Doctoribus noſtris credere, id etiam induſtrialibus evenire poſſe: *uti fecit Iaſon in l. ſi & me & Titium. 32. n. 1. verſ. hinc per iſtum textum, &c. ff. ſi cert. pet. & plerique alii quos ſuprà retuli n. 1.)*

16 Etſi † enim conſumti fortaſsè ſunt, tamen quia ex his eſt factus locupletior, exſtantibus in fundo, hoc eſt, pendentibus æquiparantur:

Dec. in l. ſi & me & Titium. 32. n. 2. verſ. nam quatenus invenitur locupletior, & c. ff. ſi certum petatur.

17 Nec † enim conſumtum eſſe arbitramur, quod in corpore patrimonii, non retinetur modò, ſed illud etiam locupletavit.

text. in l. idem ſervandum. 72. ff. de legat. 2.

18 Patet hinc, ut obiter hoc notem, non eſſe in bonæ fidei poſſeſſore diſtinguendum, percepti tantùm ſint fructus, an etiam conſumti: quia utroſque reſtituit, cùm ex iis eſt factus locupletior; *per ea quæ hactenus dicta ſunt*, neutros ſi non eſt locupletatus:

19 Sola † enim de agro ſeparatio dominum eum facit fructuum irrevocabilem *per ea quæ dixi ſuprà n. 9. & q̃ dicam paullò pòſt n. 22. ibi & bonæ fidei poſſeſſor, &c. & infrà n. 30. 33. & ſeqq. uſque ad n. 43.*

n. 43. inclusivè & rursum n. 72. 76. 80. firmissimè q, probantur hæc textibus supra n 7. allegatis. Atq; † hac re à malæ fidei possessore differt, qui in fructibus restituendis, non attenditur an sit locupletior factus. *Anton. Faber in Codice suo, tit. de fructibus, & lit. expens. d. definit. 64. n. 4. & seqq.*

20

21 Cæterum † in fructibus exstantibus aliud est, hi enim pars fundi esse videntur. *l. fructus pendentes. 44. ff. de rei vindicat. Matth. Afflict. decis. 26. incip. Fuit dubitatum. n. 2. ibi. quia fructus per soli, &c.* Et † bonæ fidei possessor non aliter lucratur fructus, quàm si à solo fuerint separati, *l. qui scit. 25. §. in alieno. 1. vers. ad bonæ fidei autem possessorem. ff. de usur.* Igitur † exstantes, sive pendentes, nullo modo ad bonæ fidei possessorem pertinent, semperq; sunt restituendi. *dixi suprà n. 7.*

22

23

24 Rursum non est facienda distinctio inter judicia universalia & singularia, ut in illis habeatur ratio, factusnè possessor sit locupletior, in his non item. *ut fecit Bart. in d. l. & ex diverso 35. in pr. n. 6. vers. si verò sunt consumti, & c. & n. seqq Bald. ibid. n. 5. ibi. sed quæro an bonæ fidei possessor, &c. ff. de rei vindicat. prout eum refert Cæsar. Barz. d. decis. 53. n. 36. vers. & idem voluit, &c. idem sentit Bart. in l. item veniunt. 20. §. item non solùm. 3. n. 2, ibi quæro utrum in fructibus, &c. ff. de*

pet.

pet. hæred. Bartholom. Cœpoll. conſ. 25. incip. In Chriſti nomine, ac invocata Spiritus ſancti gratia. n. 9. verſ. aut bonæ fidei poſſeſſor, ex fructibus per eum perceptis, &c. lib. 1. Cravett. conſ. 550. incip. Magnificus Dominus Franciſcus de monte Falcone. n. 15. ibi. ideoq. etſi maximè bona fides in hærede eſſet, &c. Ioan. Franc. Balb. de præſcript. 4. part. 4. part. prin. d. quæſt. 35. n. 4. verſ. quod declarat, &c. & n. ſeqq. Anton. Fab. in Codice ſuo. tit. de fructib. & lit. expenſ. d. definit. 64. n. 12. ibi. idq. eſt quod dicitur, &c. & n. ſeqq. Fachin. lib. 1. controverſ. quæſt. 58. incip. in judicijs univerſalibus. Confunditur enim hæc diſtinctio *per d. l. idem eſt. 3. verſ. ſcilicet. ff. de condict. indeb. & d. l. fructus. 45. ff. de uſur. ſuprà n. 10 citatas.* quæ ambæ palàm de judiciis ſpecialibus loquuntur: *& per l. ſin autem. 27. §. ſed ex. 15. 3. ff. de rei vindicat.* quæ † ab altero ad alterum argumentari licere oſtendit. Fateor

25

26 modum † cauſamq; agendi de fructibus diverſam eſſe in judicio univerſali & ſingulari: *ut teſtatur gl. in d. l. item veniunt. 20. §. non ſolùm. 3. in verb. omnes. Bart. ibid. n. 2. ibi quæro utrum in fructibus, &c. ff. de petit. hæredit. idem Bart. in d. l. & ex diverſo. 35. in pr. n. 6. ibi. utrum teneantur ad reſtitutionem, &c. & n. ſeqq. & nonnihil in §. ubi autem. 1. n. 3. ibi videmus qualiter ſe habere debeat libellus, &c. & n. 7. & ſeqq. ff. de rei vindicat.*

27 Sed † hoc non impedit, quò minùs etiam ſingulari judicio repeti fructus queant:
28 Tametſi † enim fructus ex quibus poſſeſſor locupletior effectus eſt, in ſingulari judicio rem ipſam principalem non augent, ſicut in judicio univerſali petitæ hæreditatis: tamen acceſſiones augent, quæ hoc caſu etiam repetuntur. *per ſuprà n. 10. dictos textus manifeſtiſſimos.* ex
29 quibus † ipſis condictionem inſtituere licet, *arg. l. un. ff. de condict. ex lege.* ſi dandum Interpretibus ſit, omne aliud agendi remedium evanuiſſe. *& hanc ſententiam quoq; ſequitur diligentiſſimeq; per multas rationes probat poſt hæc notata viſus Hartman. Pistoris d. quæſt. 25 n. 11. ibi. hoc jacto fundamento, &c. & n. ſeqq. uſq; ad finem quæſtionis. lib. 4.*

30 E † quo per contrarium ſequitur, bonæ fidei poſſeſſorem eos fructus, quos ſuis operis quæſivit, lucrari irrevocabiliter,

d. l. fruct. n. 45 ff. de uſur. haud ſcio an hoc ſenſerit etiam Alexan. conſ. 44. incip. Viſa facti narratione. n. 10. verſ. item bonæ fidei poſſeſſor, &c. lib. 2.

31 pro † cultura & curà:

text. in §. ſi quis à non domino. 35. Inſtit. de rer. diviſ. qua in re evidens eſt ratio: non
32 poteſt † enim quiſquam ex eo dici locupletatus, quod quaſi premium ipſi eſt laborum ſuorum.

Et

33 Et † ideo si postea Dominus supervenerit, & fundum vindicet, de fructibus hisce ab eo perceptis agere non potest.

text. d. § si quis à non domino. 35. vers. & ideò. Instit. de rer. divis (ubi quidem Imperator fructus consumtos tantùm refert, sed paullo antè in principali decisione generali verbo, perceptos, dixit, utrosq; pari terminatione comprehendens) *Cæsar. Barzius d. decis. 53. n. 37. vers. & demum quod non licet, &c. & n. seqq. ubi hanc veriorem &*
** *magis communem ** opinionem dicit.*

34 Domini † enim jure eos lucratus est.

l. qui scit. 35. §. in alieno. 1. vers. porrò. ff. de usur. Cujus legis verba cum effectu accipio, ut
35 alia omnia : neq; † enim ludibrio leges esse oportet, ut modò aliquid probemus, modò improbemus. *text. in l. cum non solum fin. §. ubi autem. 6. vers. non autem. C.*
36 *de bon. quæ lib.* potiusq; † intelligi debent cum effectu. *l. hoc edictum. 1. §. hæc autem verba. 2. in pr. ff. quod quisq. jur. l. si per alium 5. §. docere. 2. ff. ne quis eum qui in jus voc.*
37 *vi exim.* Non † igitur licet verbo quid hodie meum appellare, mox re, effectúq; quasi alienum sit, alteri adjicere :
38 cum † non verbis sed rebus ipsis leges imponantur. *text. in l. omne verbum.*
39 *2. in fin. C. com. de legat.* Unde † graviter Justinianus Imperator, nos, inquit,

qui

qui veritatem colimus, et tantummodo
in nostris esse legibus volumus, quæ re
ipsa obtinent. *text. in l. un. in fin. C. de dedit.*
40 *libert. toll.* Quare † non video quid hoc sibi
velit, JURE domini lucrari, si JUS id
constans non sit, sed re effectuq; ipso tan-
dem evanescat? *l. iustitia. 10. in pr. ibi. con-*
stans & perpetua. ff. de iust. & iur. sumto inde
41 *argumento à coniugatis.* pari † namq; ratio-
ne & fur, & prædo interim lucrari rectè
dicentur, quod furtim violentervè occu-
pârunt, licet vindicatione institutâ omni-
42 nò sunt restituturi. Aliàs † quoq; leges
fieri non credunt id, quod cœpit quidem,
sed posteaquam factum est, non perseve-
rat. *l. Prætor ait. 2. §. hæc verba. 2 ff. ex quib.*
caus. in possess. eatur. Hippolyt. Marsil. de fide-
iussor. nu. 372. vers. secundò. dubito de prædicta
decisione, &c. & n seqq. Zas. cons. 12. incip. No-
biles de A. n. 82. ibi. quod si obijceretur de doctri-
na vulgata, &c. lib. 1. loci communes Brunori
mei lit. F. vers. factum. n. 16. Anton. Faber. in
Codice suo tit. de fruct. & lit. expens. definit.
61. incip. Qui obtulit. n. 4 in allegationibus.
ibi. non enim videtur oblatum, &c. ubi plures
43 *in hanc rem textus allegat.* Denique † nec
adipisci, aut habere, vel accepisse, vel per-
venisse quid ad me dicitur, nisi quod est
penes me cum effectu remansurum. *text.*
in l. mulieris. 13. §. desinere. & in l. aliud est.

71. in

71. in pr. verſ. perveniſſe. l. nomen. 164. §. habere. fin. l. veniſſe. 165. ibiq; Gœddæ. num. 2. verſ. quia perveniſſe dicitur, &c. ff. de verbor. ſignificat. l. non videtur. 23. ff. de acquir. vel omitt. poſſ. l. non amplius. 26. in pr. ff. de legat. 1. l. qui concubinam. 29. §. ſi hæres. 3. ff. de legat. 3. l. cogi. 16. §. ſed et ſi. 1. ibi quod deductis oneribus ad aliquem pervenit. ff. ad SC. Trebell. l. ſequitur. 4. §. tunc. 12. & §. ſi dominus. 26. ff. de uſucap. l. non videtur cœpiſſe. 13. l. non videtur quisquam. 51. l. ſi quis obligatione. 116. §. non poteſt videri accepiſſe. 1. l. quod evincitur. 151. ff. de reg. jur. Quæ cum ita ſint, difficile admodum erit ſententiam admittere diſtinguentium inter fructus, quos bonæ fidei poſſeſſor ſuos faciat quosq; reſtituere teneatur: *uti fecit Dn. Hartman. Piſtor. d. quæſt. 26. n. 20. ibi ut autem omnium eorum quæ hactenus, &c.* valdè enim gravitati, conſtantiæ, candoriq; legum repugnat; permittere modò, ut meum quid efficiam, mox juberi me idem alii reſtituere. *quemadmodum hactenus demonſtravimus.*

44 Atq; † ex his apparet, optimâ ratione jus niti Saxonicum, quod vaſallum, maritum & generaliter omnem bonæ fidei poſſeſſorem, ſtatim ubi raſtro ſementem ſubegerit, fructus fundi lucrari dicit, atq; ad hæredes tranſmittere, etiamſi ante meſſem decedat, fundiq; proprietas ad alium perveniat. Kk *text.*

text. Landrecht. *lib. 2. art. 58. incip.* Wo der Mann. §. des Mannes Saat. *& lib. 3. art. 76. incip.* Stirbet einem Weib jr Mann. §. nimmet ein Man eine Witwe. & §. Stirbet aber die Fraw. *qua de re pluribus explicavi in addit. ad Modestin. Pistor. illust. quæst. 124. incip. Iure Saxonico uxor. n. 102. ibi cæterum de jure Saxonico, &c. & n. seqq. vide Duarenum in commentar. ff. de nautico fœnore. c. qui fructus in restitutionem veniant & adde tex.* Landrecht. *lib. 2. art. 44. incip.* Welch Man ein Gut in Gewehren hat. *ibiq. gl. nova lit. f. & gl ordinaria in verb.* Wer aber ein Gut/2c. *& gl. art. 70. incip.* Hat ein Mann geklaget. *in pr. n. 2. vers.* auch hat er sein diesen fromen/2c. *lib. 1.* Landrecht. *gloß.* Lehenrecht. *ca. 13 incip.* Ob ein Herr seinem Manne. *col. 4. n. 11. vers.* Auch ist solcher Gewin/ 2c.

3. Exceptio. 45 Porrò † bonæ fidei possessor post litis contestationem universos fructus, tàm naturales, quàm industriales restituit; tàm pendentes, quàm separatos aut consumtos; deniq; tàm perceptos, quàm quos honestè percipere potuit.

l. certum. 22. C. de rei vindicat. l. præterea. 20. ff. eod. tit. l. illud. 40. in pr. ff. de pet. hæredit. l. 1. §. post litem autem contestatam. C. eod. tit. de pet. hæred. l. sed & loci. 4. §. post litem. 2. ff fin. regund. l. litigator. 2. in fi. pr. C. de fructib. & lit. expens. Cæsar Barzius. d. decis. 53. n. 33. ibi & ideo ad eorum restitutionem, &c.

Nam

46 Nam † post litem contestatam in malâ fide esse incipit.

gl. in d. l. certum 22. in verb. universos. C. de rei vindicat. gl. in l. item si verberatum. 15. §. fin. in verb. moram vers. item est hic notandum. ff. de rei vindicat. ubi nominatim hoc ad fructus refert Cas. Barz. d. decis. 53. n. 32. ibi jam per litis contestationem. &c.

47 Idem † est, si bonæ fidei possessor alio quoquo modo rem alienam esse cognoscat, ex eo enim tempore nihil fructuum lucrari potest. 4. Exceptio

text. in l. qui bona fide. 23. §. tam diu. 1. & l. quæsitum. 40. in pr. ff. de acquirend. rer domin. l. item veniunt. 20. §. petitam. 11. ff. de petit. hæredit. Ex quo rursum heic vereor, ne non assentiri queam doctissimis viris, existimantibus, in bonæ fidei judiciis, hæc ferè locum habere non in strictis, in quibus solam denunciationem vel similem rei alienæ scientiam non sufficere putant, sed litem contestatam desiderant: *vide Dn. Hartm. Pistor. lib. 4. quæst. 27. incip. Quæ de bonæ fidei possessore. n. 5. ibi quinimò sunt etiam aliqui casus, &c. & num. seq. usq. ad finem.* priores enim duo heic à nobis adductæ leges non loquuntur, de petitione hæreditatis, quodq; inprimis me movet, rationem ponunt, non in eo, sitnè judicium strictum an bonæ fidei, sed, quòd in quærendis fructibus,

 sin-

singula scientiæ nostrę momenta spectanda sint.

5. Exceptio 48 In † emtore tamen bonæ fidei non nihil specialitatis receptum est: primum enim dum in bona fide est, omnes interim fructus suos facit, tàm naturales quàm industriales:

l. bonæ fidei. 48. in pr. ff de acquir. rer. domin. ubi dictio, *Interim*, accipienda est, dum possessor in bona fide est, nam de bona fide omnis ibi tractatio instituitur.

49 Quia † quoad fructus loco domini penè est.

d. l bonæ fidei. 48. in pr. vers quia quod ad fructus, &c. ff. de acquir. rer. dom. igitur domini quoq; jure lucratur, *per ea quæ suprà n. 34. & seqq. dicta sunt.*

50 Deinde † ubi incipit scire, rem esse alienam, non omnes;

d. l. bonæ fidei. 48. §. in contrarium. 1. ff. de acquir. rer. domin.

51 Non † tamen etiam nullos:

Id apertè significat Paullus *in d. §. in con-*
52 *trarium. 1.* propositum † enim ipsi *in hac l. pr. & d. §. 1.* est, generaliter de omnibus fructibus tractare, non de singulis separatim, quod patet ex prin. dum fructus naturales ab industrialibus non separat, sed OMNES, inquit. In §. 1. tractat eandem speciem, eodemq; modo in genere scilicet, in contrario tamen, an cum scit rem alienam, omnes istos lucretur? & verendum

dum inquit, ne non sit bonæ fidei possessor, ut scilicet omnes hosce lucretur. Quid ergò, an nullos? non hoc dicit, sed contentus est, quæstionem generaliter propositam in genere definiisse; speciatim enim quod eximitur, ex alia lege petendum est, id

53 † quod in jure frequentissimum, *l. quamvis. 11. ubi gl. in verb. jurisdictionem, ibiq; Bart. in pr. & Ias. n. 1. vers. item dum Bartolus, &c. ff. de in jus voc. l. quæsitum 13. ff. de testib. gl. in l. sciendum. 15. in verb. non compelli. Castrens. ibid. n. 5. ibi. in glossa magna, &c. ff. qui satisdare cogant. Cacheran. decis. Pedemont. 31. incip. Adrieta uxor. n. 18. ibi. quod ubi lex non distinguit, &c. latè Iason in l. triticum. 94. n. 6. ibi. nota ex ista glossa, &c. ff. de verb. obligat.* & quidem admodum proclive est: cum

54 generalis † constitutio minimè comprehendat ea, quæ in specie statuere non posset: *Addit. ad Dyn. in c. possessor. 2. sub n. 19. lit. K. ad verb. hic autem. ex. de reg. jur. in 6.* Neq;

55 † creditur generale statutum speciali quicquam derogare. *Dyn. in d. c. possessor. 2. n. 19. ibi. sed ad illud respondetur, &c. ex. de reg. jur. in 6. per text. in c. licet. 1. ex. de constit. eod. lib. 6.* Præterea

56 † qui generaliter aliquid negat, non videtur inficiari ea, quæ in specie erat concessurus. *arg. l. obligatione generali. 6. in pr.*

ff. de pignor. Bart. in l. si dubitet. 11. §. ita demum. 1. in fi. ff. de fideiussor. Speculat. de positionib. §. septimò videndum. 7. n. 21. vers. vel si velit cautius respondere, &c. dixi ad Modestin. Pistor. illust. quæst. 124. incip. Iure Saxonico uxor. n. 118. ibi est autem certa, &c. Sicut † &
57 contrà, multa, quæ in specie negata sunt, per genus conceduntur. *Ioan. Andr. in addit. ad Speculat. de consil. §. nunc dicendum. 2. sub. n. 11. ad verb. lege 2. vers. ipse inducit*
58 *quod multa, &c.* Adde † quod Paullus *in d. § in contrarium.* significationem sententiæ suæ non ex universis sumit fructibus, sed ex aliquibus tantùm. *ut infra n. 66. dicam.*
59 Quando † autem significatio non ex universo, sed ex aliquo sumitur, si veri aliquid inest, veram efficit totam orationem. *text. in l. si is qui ducenta. 14.*
60 *§. utrum. 3. ff. de reb. dub.* Unde † negatio ista: non vidi commemoratos abs te homines, vera est, etiamsi aliquos tantùm ex his non viderim. *Cæsar de Graß. decis. Rota Roman. 175. incip. Domini in hac gravi. n. 25. ibi. quæ negativa, non vidit, &c.*
61 neque † falsus esse creditur testis, qui de decem hominibus interrogatus, negat eos interfuisse consilio, quòd octo tantùm interfuerint. *Everhard. in loco à partium enumeratione. num. 4. vers. unde si testis dicit quod consilio, &c.* Et contrà

cum

cum instrumento dicitur, Canonicos Ecclesiæ alicujus Titium constituisse Syndicum, non continuò inde sequitur, omnes Canonicos ejus Ecclesiæ aut majorem partem effecisse Syndicum, sed vix duos aut tres, eò quòd pluralis illa oratio verificari etiam in duobus queat. *Oldrad. consil. 100. incip. In executione. num. 4. vers. quòd ergò aliquando notant Doctores, &c. Alexand. cons. 210. incip. Reverende pater. n. 2. vers. & magis in specie, &c. lib. 7.*

62 Nam † industriales adhuc lucratur, donec fundus evincitur.

63 *l. qui scit. 25. §. fin. ff. de usur.* Obstare † videri poterat, *l. quæstum. 40. versic. & multò magis. ff. de acquirend. rer. domin.* Sed loquitur de hærede ab initio, malâ fide possidente servum, quem bonâ fide defunctus emerat: qua in re evidens est
64 diversitatis ratio: nam cum possessio hæredis cum possessione defuncti non continuetur, sed nova fit, *l. cum hæredes. 23. in princ. ff. de acquir. vel omitt. poss.* ipse autem hæres nullam ab initio bonam fidem habuerit, nulla certè potest ad evictionem usque continuari, id quod tamen erat necessarium, *per. d. l. qui scit. 25. §. fin. ff. de usur.*

65 Sicut † & servus alienus, quem bonâ fide emi, tàm

tàm diu mihi ex re meâ vel operis suis acquirit, quàm diu à me evictus non fuerit.

d. l. qui scit. 25. in fi. ff. de usur.

66 Cæteros † autem fructus, qui industriâ non indigent, tantùm lucratur bonæ fidei emtor, dum in bonâ fide est,

d. l. bonæ fidei. 48. §. in contrarium. 1. ff. de acquir. rer. dom.

67 hoc est, † donec vel ipse comperiat rem alienam esse,

d. §. in contrarium. 1.

68 vel † lis contestetur:

per suprà dicta n. 46.

69 Generale † est enim, ut qualiscunq; bonæ fidei possessor, post litem contestatam, omnes fructus, tàm naturales, quàm industriales restituat.

dixi suprà n. 45.

70 Ab † hac regulâ generali bonæ fidei emtor in naturalibus nusquam excipitur: manet igitur in his sub regula.

71 Cùm † autem bonæ fidei emtor fructus industriales lucretur, donec fundus evincitur,

dixi suprà n. 62. 65.

72 Consequens † est, eum hosce fructus industriales non restituere, etiamsi nondum sint consumti.

per tradita suprà n. 30. & seqq. usq. ad n. 44.

73 *exclusivè.* Et est ratio † quia in his non potest videri factus locupletior, cùm non tàm ex re alienâ, quàm ex re propriâ, nempe pecuniâ, operaq; sua eos videatur percepisse.

cepisse. *arg. l. bonæ fidei. 48. in pr. ff. de acquir. rer. domin. ubi eum domini penè loco esse ait, quæ consideratio rectè huc spectat, vide quæ disserui suprà n. 30. & seqq. usq. ad 43. inclusivè.*

74 Nam † hi fructus quoddam videntur esse pretium culturæ, §. *si quis à non domino. 35. Instit. de rer. divis.* Unde cessat heic ratio illa universalis *suprà n. 10.* adducta, eum factum esse locupletiorem.

75 Sed † quid si, cum fundus restituitur, nondum sint consumti fructus naturales, an tunc hos bonæ fidei emtor restituet?

per tradita suprà n. 10. 11. 14. 15. 16. 17. 66. 68.

Putarim eum non restituiturum:

76 Nam † cum bonæ fidei emtor generaliter quoad omnes fructus loco domini penè sit *d. l. bonæ fidei 48. in pr. ff. de acquir. rer. domin.* consequens est, eum lucrari hosce

77 fructus; dominus † enim fuctus suos nemini restituit. *arg. l. in re mandata. 2. C. mandati.* Ratio quoq; quam paullò antè *n. 73. 74.* de industrialibus reddidimus, ab his

78 summoveri usquequaq; nequit: nam † & hos non tàm ex re alienâ, quàm propriâ pecuniâ, quam pro toto solvit fundo (quo & illæ continentur partes, quæ naturales fructus ferunt) percipere, atq; ita non ex alienâ re, sed propriâ locupletari videtur.

per tradita Vincentij de Franch. decis. 31. incip. in causa spectabilis Comitis. n. 1. vers. item quia magnifica Vincentia Latra jam emerat, &c.

79 Facit † quòd ut major in fructibus industrialibus labor versetur, naturales tamen etiam nonnihil industriæ poscunt, præsertim in colligendo & conservando. *l. si à domino. 36. §. fin. ff. de pet. hæred. Guid. Pap. quæst. 468. incip. De fructibus rerum paraphernalium. n. 2. vers. quia circa industriales major labor, &c.* Deniq; etiamsi nunc cùm restituit fundum, in malâ fide possessor est, bonam tamen fidem habebat, cùm fru-

80 ctus naturales perciperet, quod † ad lucrandos fructus satis est, *ut dixi suprà n. 7. 9. & n. 22.*

6. *Exceptio* 81 In condictione † indebiti, etiam fructus, quos is, cui solutum est, bonâ fide percepit, in condictionem veniunt.

text. in l. indebiti. 15. in pr. l. in summa. 65. §. ei qui. 5. & tribus §§§. seqq. ff. de condict. indeb. Forsitan hoc cuipiam non mirabile modò, sed absurdum videbitur: sed ego ex superiorib. regulis id profectum arbitror, idcircò enim heic fruct⁹ omnes restituen-

82 di sunt, quia possessor † absq; ulla dubitatione in omnib. tàm naturalib. quàm industrialibus fit locupletior, cum sine causâ, atque omninò indebitè eos perceperit. *d. l.*

d. l. indebiti. 15. in pr. l. hæc condictio. 66. ff.
de condict. indeb. Nec enim ne in industria-
libus quidem potest dicere, lucrari se eos
83 debere propter culturam; id enim † ad
eos tantùm pertinet, quorum aliquo sal-
tem jure res esse videbatur. *Bald. in d. l. in-*
debiti. 15. in pr. vers. respondeo tunc lucratur,
&c. ff. de condict. indeb. text. in l. si non sortem.
26. §. libertus 12. in pr. ff eod. tit. veluti, bonæ
84 fidei emtoris, jure civili: quippe † quo et-
iam res aliena vendi potest. *l. rem alienam,*
28. ff. de contrahend. emt. & tot. tit. ff. pro
85 *emt.* Idem † in aliis titulis, velut pro hæ-
rede, pro donato, derelicto, legato, dote,
suo; qui omnes ut naturali forsitan jure
destituantur, jure tamen civili introducti
86 sunt. *ut ff & C. totis hisce titulis.* In † condi-
ctione autem indebiti, res neque jure ci-
vili neq; naturali mea erat facta: notum
87 est † enim condictionem indebiti id ha-
bere fundamenti, quod nec naturâ nec ci-
vili jure debeatur. *l. Iulianus 60. in pr. l. si id*
quod 64. l. in summa. 65. § fin. & passim tot. tit.
88 *ff. de condict. indeb.* Unde † titulus pro solu-
to heic penitùs evanescit. *arg. l. si existi-*
mans 3 in fi. ibi nec pro soluto. ff. pro soluto. fac.
l. Celsus. 27. ff. de usucap. ubi requiritur ut
verè titulus pro legato, donato, emto, &c. sub-
89 *sit* Eoq; † nullam fructuum acquisitionem
parere potest. *quemadmodum in terminis*

 nostris

nostris tradit Molinæus in tract. de usur. n. 197. vers. quia respondetur primò, quòd hic nulli sint fructus, &c. mihi pag. 228.

90 Sive † ex his factus sit locupletior sive non. Eo ipso enim, quod indebitè eos percepit, locupletior factus præsumitur, *per ea quæ dixi suprà. n. 82.* alioqui nunquam condici fructus possent, quia probari prius oporteret eum esse factum locupletiorem *per tradita infrà quæst. 31.* id quod everteret textus *suprà n. 81. allegatos.*

91 Haud † igitur commoda oratio est, in condictione indebiti, ad fructus condicendos, exigentium, ut possessor ex iis sit effectus locupletior.

quod fecit gl. in d. l. indebiti. 15. in pr. in verb. percepit. Bart. ibid. in fi pr. ff. de condict. indeb. Molina. in tract. de usur. n. 198. ibi sublimito

92 *secundò. &c.* Nec † obstat, quam adducunt *l. si non sortem. 26. § libertus. 12 ff de condict. ind. b* nam quod ibi dicitur, in condictione operarum & servi indebiti soluti, qui iterum (sine fraude tamen) modicò distractus est, tantum venire precium operarum, & servi, nec æstimari, quò sumtibus meis hominem feceram preciosiorem: id omne non ad fructus, sed ipsius rei æstimationem pertinet, ad quam idcircò devenitur, quod rei non est amplius restituendæ facultas. *ut ibi text. perspicuè*

93 *sicuti dixit in vers. & interdum*. Rei † autem ipsius æstimatio nihil commune cum fructibus habet. *ut patet ex l. item si verberatum. 15. §. fin. & l. seq. l. 17. 21 22. l. fructus. 33. ff. de rei vindicat. l. item veniunt. 20. §. præter hæc. 6. & §. seqq. usq. ad fin. & aliquot ll seqq. ff. de pet. hæredit. l. legis. 2. in pr. l. si servus. 27. §. tertiò autem. 5. ff. de usur. l si homo. 8. ff. de re judicat.*

94 Idem † judicium de alia quam adferunt. *l. in summa. 65. § in frumento. 7. ff. de condict. indeb.* quanquam heic nihil de eo an sit factus locupletior, exprimitur; nostram igitur firmat sententiam, sicut & pro nobis eam allegavimus. *supra n. 81.*

95 Minus † obstat *l. patri. 27. §. si pecuniam. 1. vers. ex quo. ff. de minorib.* nam ibi de indebiti condictione nihil tractatur, sed de restitutione in integrum; item de minore

96 ipso, qui † speciali ætatis privilegio, non tenetur, nisi quatenus locupletior effectus est. *d. vers. ex quo. & l. sine hærede. 32. §. interposito. 4 ff. de administ. tut. l. prædiorum. 10. l. si prædium. 16. C. de præd. minor. sine decret. non alien. l. cum & ipse. 1. C. si adversus creditorem. l. contra 2. C. de neg. gest.*

97 Cæterum † hoc casu, ut & omni alio, quo bonæ fidei possessor fructus restituere tenetur, si fructus usuceperit, restituere eos necesse non habet. *7. Exceptio*

*text. in l. sequitur. 4. §. fructus. 5. ibiq. gloss. in verb. non fuerint, in fi. ff. de usucap. l. qui vas. 49. §. si ancilla. 5. ff. de furt. Balb. de præscript. 4. part. 4. partis prin. quæst. 35. n. 1. vers. adeò quod amplius non tenetur, &c. & vers. seqq. paßimq. per totam eam quæstionem, ubi ait * omnes in hoc concordare.*

QVÆSTIO XXIX.

Qui tempestate maris ingruente alienas ex navi merces, dolo ejecit, qua actione & quanti teneatur?

SUMMARIA.

1. *Actionem verã quam intentes nosse pernecessarium.*
2. *Doli actio qualem condemnationem habeat?*
3. *L. Aquiliæ actio qualem condemnationem secum ferat? & n. 4.*
6. *Doli actio non competit, aliâ suppetente, & n. 24.*
7. *L. Aquilia vindicat rem alterius in mare vel flumen proiectam: Declaratur ibidem n. 25 26. 27.*
8. *Intellectus* l. qui servandarum. 14. ff. de præscriptis verb. *& n. 9. 17. 37. 38. 39 40. 41. 42. 43. 44. 45.*

10. *Intellectus* l. in laqueum. 55. ff. de acquir. rer. domin. *& n. 47.*
11. *Praescriptis verbis actio competit, ob merces meas, tempestatis tempore, sine causa in mare proiectas.*
12. *Stipulatio dolo inita subsistit.*
14. *Praescriptis verbis actio dolum praestat, declaratur ibidem n. 49.*
15. *Lex ubi perspicua est, sequi eam debemus sine dubitatione. Ampliatur ibidem n. 19.*
20. *Verborum cessante ambiguitate, voluntatis quaestio non est admittenda.*
21. *Verborum significatio non est dimittenda, nisi manifestum sit, aliter sensisse legislatorem.*
22. *Dubia in re, legislatoris verbis subservire melius est.*
23. *In contractibus innominatis, dolo interveniente, non praescriptis verbis actione, sed tantùm de dolo agi potest.*
26. *L. Aquilia damnum solummodò persequitur, iniuriâ illatum.*
27. *Damnum sine iniuriâ illatum, cessare facit legis Aquiliae actionem.*
28. *L. Aquiliae actio inter obligationes numeratur, quae ex maleficio proficiscuntur.*
29. *Damnum, in casu legis Aquiliae, infertur in invitum.*
30. *Iniuria volenti non infertur.*
31. *Contractus innominati sunt ex genere conventio- (nis.*
32. *Conventio consensum requirit utriusq;.*
34. *Origo obligationem unamquamq; moderatur.*

35. *Ad*

35. *Ad tituli primordium totius negocij eventus conformatur.*

36. *L. Aquiliæ actio cessat, ubi aliquid adest conventionis.*

39. *Termini habiles assumendi sunt, ad legis correctionem evitandam.*

43. *Contractus innominati non verbis sed re fiunt.*

44. *Contractus innominati in ipsa datione vel facto conventionem habent.*

45. *Voluntas non verbis modò, sed re etiam multò fortiùs explicatur.*

46. *Ob damnum iniuria datum, nonnunquam etiam in factum actio generalis competit.*

48. *Stipulatio qua re à contractibus innominatis differat?*

50. *Accessoria contractus non mutant substantiam eius.*

51. *Substantialibus contractus eversis, contractus ipse corruit.*

1 QUoniam † pernecessarium in foro versanti est, genus actionis quod intendas probè cognosse, interq; mercatores sæpè evenit, ut merces ex navi tempestatis causa ejiciantur; disceptatio mihi cum quibusdam Jurisconsultis intercedit, an, qui servandarum mercium suarum gratiâ, dolo meas in mare projecit, de dolo conveniri debeat, an verò lege tantùm Aquilia de damno injuriâ dato? Tractatio meâ quidem sententiâ non infructuosa mercatoribus, nam si doli actio

2 actio competit, † condemnari reus potest, quanti ea res est, jurejurando in litem interposito.

text. in l. arbitrio. 18. in pr. ff. de dolo.

3 In † lege autem Aquilia condemnatio fiet sine jurejurando, & quidem tanti solummodò, quanti plurimi res triginta diebus proximis fuerit.

§. illud palàm est. 14. Instit. ad l. Aquil.

4 Illud † tamen quandoq; in L. Aquilia accedit, ut Reus si fortè inficietur, in duplum condemnetur.

text. in l. lege Aquilia. 2. §. & infrà 1. l inde Neratius. 23. §. hac actio. 10. ff. ad l. Aquil. l. contra negantem. 4. & l. seq. C. eod. tit §. ecce enim. 1. vers. & adversus inficiantes. Instit. de pœn tem. litigant. Novell. de trient. & semiss. 18. c. studium verò. 8. in pr.

5 Videtur † itaq; fronte primâ existimandum, quod non de dolo, sed L. Aquilia agendum sit: Quo- 1. Ratio dubitandi
6 ties † enim alia actio existit, quâ experiri possimus, nunquam hæc doli actio concedenda est.

dixi suprà quæst. 7. incip. Quotiescunq; dolus. n. 2. ibi. sed tamen jurisdictione prætoris, &c.

7 Constat † autem L. Aquiliæ actionem competere, cum rem alterius inanimatam effudimus, aut in mare vel flumen projecimus.

§. capite tertio. 13. Instit. de l. Aquil. l. si servus. 27. §. Tertiò autem capitur. 5. & multis §§. seqq. maximè §. si quis de manu. 21. ff. eod. tit.

Mm Et

2. Ratio dubitandi.

8 Et † quanquam hoc loco adversari videtur Ulpianus, doli actionem dari existimans,

in l. qui servandarum, 14. in pr. de praescript. verb.

ejus tamen verba non de speciali illa doli actione accipienda sunt, sed de actione L. Aquiliæ propter dolum.

ut voluit Accursius in d. l. qui servandarum. in verb. de dolo. ff. de praescript. verb.

9 Quam † & in factum, ex lege scilicet Aquilia, mox idem Ulpianus appellavit.

in d. l. qui servandarum. 14. §. sed & si servum. 1. & §. seq. ff. de praescript. verb. & in l. si servus. 27. §. si quis de manu. 21. in fi. ubi gl. in verb. idem etiam. ff. ad l. Aquil.

3. Ratio dubitandi.

10 Similiter † enim alibi Proculus ait, eum qui poculum alterius ex navi ejecit, in factum actione teneri.

l. in laqueum. 55. in fi. ff. de acquir. rer. domin.

4. Ratio dubitandi.

11 Cumq; † præscriptis verbis agatur, ubi merces meæ tempestatis tempore, sine causa ab alio in mare projectæ sunt:

d. l. qui servandarum. 14. in pr. ff. de praescript. verb. in priore eius legis casu.

12 Et † stipulatio quamvis dolo inita, actionem tamen ex stipulatu pariat, quoad doli exceptione summoveatur:

l. dolo. 5. C. de inutilib. stipulat.

13 Igitur † nec præscriptis verbis actio viciari videtur, quamvis dolus sese mercium projectioni immiscuerit. Sed

14 Sed † & in præscriptis verbis actione dolum præstari oportet: *5. Ratio dubitandi.*

text. in l. si gratuitam. 17. §. margarita. 1. ff. de præscript. verb.

15 Rectè † ergò & ea actione dolus vindicari dicitur, ac consequenter doli actione speciali non est opus.

per tradita suprà quæst. 7. incip. Quotiescunq; dolus n. 2. ibi. sed. tamen, &c. & monui suprà n. 6. ibi. quoties enim alia actio, &c.

16 Æqua † hæc mihi videtur sententia, eamq; sequerer, si lex & juris ratio paterentur, sed hæc contrarium suadent. *Decisio.*

17 Principio † namq; verbis disertissimis scriptũ est, tum demum, præsenti casu, in factum actione teneri adversarium, si sine causa ad projiciendum meas merces elegerit, sin autem dolo id fecerit, de dolo eum esse conveniendum.

d. l. qui servandarum. 14. in pr. ff. de præscript. verb.

18 Ubi † autem perspicua legis exstat sententia, sequi debemus eam, sine omni dubitatione aut disputatione. *1. Ratio decidendi.*

Bald. in l. ancillæ. 12 n. 2. ibi. tertiò nota quod ubi est casus legis, &c. C. de furt. Francisc. Viv. decis. 6. incip. Hæres defuncti. num. 1. vers. & hinc meritò, &c. Zas. cons. 4. incip. Ortâ controversiâ. n. 2. vers. ubi enim est casus legis, &c. & n. 13. ibi. ubi enim textus legis est, &c. lib. 1. Ioan. Vincen. Hondedæ. cons. 13. incip. Defuncto

 illustri

illustri D. Marco. n. 12. ib. & quia in hoc habemus, &c. lib. 1.

19 Etiamsi † quandoq; lex videatur esse durior.

text. in l. prospexit. 12. §. ipsa igitur. 1. ff qui & à quib. manumissi.

20 Neq; † enim cum in verbis nulla est ambiguitas, quæstio voluntatis admittenda est.

text. in l. ille aut ille. 25. ff. de legat. 3. Hartman. Pistor. quæst. 3. incip. Quemadmodum ex eo. n. 56. vers. & cum in verbis nulla est, &c. lib. 2.

21 Nullaq; † aliâ ratione recedi oportet à verborum significatione, quàm cum manifestum est, aliter sensisse legislatorem.

l. non aliter. 69. in pr. ff. de legat. 3.

22 Nam † in re dubiâ, melius est, verbis legislatoris subservire.

text. in l. utilitatem. 1. §. licet autem. 20. ff. de executor. act.

2. Ratio. decidendi. 23 Juris † quoq; ratio necessariò sententiam hanc evincit, nam in contractibus innominatis, cum dolus intervenit, nulla præscriptis verbis, aut in factum, sed tantùm de dolo actio nascitur.

Dixi suprà quæst. 11. incip. Vulgò existimatum hactenus ab omnibus est, n. 20. ibi. nam si quid dolosè, &c. & n. 27. vers. cui rei ut primum sese dolus immiscuerit, &c.

Frustrà igitur eam hoc casu afferere laboramus.

24 Quæ † cum ita sint, in contrariis tantùm refellendis, omnis reliqua stat defensio: fatemur itaque

que doli actionem non competere, ubi alia superest, sed heic constat non superesse aliam.

ut paullo antè probavimus n. 23.

25 Legis † enim Aquiliæ actio, quæ in casibus quibusdam competit, qui similes nostro esse videntur, longo ab eis distat intervallo. Nam † ea actio
26 damnum solummodò persequitur injuriâ illatum.

l. sed et si. 5. §. iniuriam. 1. ff. ad l. Aquil.

27 Adeò † ut quamvis damnum est datum, si tamen non sit datum injuriâ, cesset legis Aquiliæ actio.

text. in l. si servus. 3. in fi. l. 4. 5. l. & si servus 27. § rupisse. 17. ibi. sed ita demum. l. scientiam. 45. §. qui cum aliter. 4. ff. ad l. Aquil.

28 Quamobrem † inter eas numeratur obligationes, quæ ex maleficio proficiscuntur.

Instit. de oblig. quæ ex delicto nascuntur. in fi. pr. l. si ex causa. 9. §. nunc videndum. 2 ff. de minor.

29 Ex † quo sequitur id damnum inferri in invitum,
30 quandoquidem † nihil injuria factum dici potest, quod in volentem atq; consentientem fit.

l. in diem 9. §. ideò autem. 1. ff. de aq. pluv. arcend. l. iniuria. 1. § usq; adeò. 5. & l. sed si unius. 17. in pr. ff. de iniur. l. inter omnes. 47. §. rectè. 7. ff. de furt. l. quamvis. 11. in fi. ff de in jus voc. l. quod lex. Favia. 3. §. si quis volentem. 5. ff. de lib. hom. exhib. l. nemo videtur fraudare. 186. ff. de reg. jur.

37 Quod † ergò ſecundo loco adducebatur, verba ea, quibus doli actio dari dicitur, pro eo eſſe accipienda, ac ſi Ulpianus dixiſſet, actionem legis Aquiliæ propter dolum dari, id patet ex his, quàm ſit ab omni ratione alienum.

38 Siniſtrè † porrò heîc & reliqua uſurpatur Ulpiani ſententia: Nam quod is actionem in factum dat, cum ſervus alienus veſtimentis ſpoliatus, & frigore mortu⁹ eſt, eo non contrariam, ſed noſtram firmat ſententiam: Tametſi enim ibi domino invito ſpoliatum eſſe ſervum præſupponit, dum furti actionem dat, non tamen memorat, hunc ſervum invito quoq; domino apud alium fuiſſe.

39 In † promptu igitur, imò neceſſe omninò, ad juris correctionem evitandam eſt,

Roſenthal. de feud. cap. 7. concl. 6. incip. tertiò limita. in allegat. lit. A. verſ. & diſtinguit quod ſi verba huiuſmodi generalia, &c.

in generalibus legis verbis interpretandis terminos aſſumere habileis;

text. in c. ut Abbates 1. ex. de ætat. & qual. Meno. h. lib. 2. præſumpt. 76. incip. Cum judiciorũ. n. 8. verſ. nam ſupponendi ſunt termini, &c.

tanquam heîc dominus, bonâ fide, ſervum ſuum apud alium, certam ob rem, eſſe voluerit; ſcilicet ex natura tractatus ob rem dati.

l. naturalis. 5. in pr. ff. de præſcript. verb.

40 Igitur † cum ſit hoc loco συνάλλαγμα, conſequens eſt, in factum civilem, hoc eſt, præſcriptis verbis actionem dari.

l. ju-

l. jurisgentium. 7. §. sed et si in alium. 2. ff. de pact. l. si dominus. 8. in fin. l. solent. 15. in fin. ff. de præscript. verb.

41 Id † quod indicat etiam §. sequens, dum calicis alieni in profundum abjecti causa, L. Aquiliæ actionem negat, nimirum, quia quamvis damnum dedit, tamen injuriâ non dedit, cum domini voluntate calicem penes se ob certam rem habuerit.

42 Atqui † instes fortè, non apparere in hisce speciebus conventionem aliquam intervenisse?

43 Respondeo: † totum hoc genus contractuum innominatorum, non constare verbis, sed re tantùm, imò omne suum existendi initium & finem à re accipere:

dixi suprà quæst. 10. incip. summum mihi. n. 18. ibi. generis loco, &c. & n. seqq. & d. quæst. 11. n. 19. ibi. deniq; certum est hasce contractuum, &c. & n. 27. ibi. quòd autem in præscriptis verbis, &c.

44 Eoq; † in ipsa datione aut traditione, factovè, initium simul conventionis consensusq; inesse non
45 absurdè dixeris, cum † voluntas nostra non rebus modo atq; factis, sed & multò his fortius quàm verbis, explicari queat.

text. in l si tamen 48. §. ei qui servum. 3 ff. de ædilit. edict. gl 1. in c. dilecti 52. ex. de appellat. Ludovic. Roman. cons. 291. incip. Cum isti fratres. n. 4. ibi. quinimò magis est voluntatem actu, &c. Carol. Molina. super consuet. Paris.

Parif. §. 1. gl. 5. in verb. le fief. n. 29. ibi. cum multò sint potentiora facta, &c. Octav. Cacheran. conf. primo. incip. Visis actis controversiæ. n. 73. ibi imò ibi facta verbis potiora, &c. Tiraquell de retract. convent. ad fin. tit. n. 76. vers. imò si verum fateri volumus, &c. Modest. Pistor. conf. 40. incip. Aus oberzehltem Bericht. *n. 28. vers. imò casus in facto consistentes, &c. lib. 2. Tomin. decis. 44. incip. Caspar. K. n. 17. ibi præsertim cum amplius quiddam sit, &c.*

46 Non † inficior equidem, si quando casus existat, ut in damno injuriâ dato, verba legis Aquiliæ non conveniant, actionem in factum dari, sed non hanc civilem, quam præscriptis verbis appellamus, verum aliam illam generalem, quæ non ex conventione modò competit, sed in maleficiis quoq;, & aliis compluribus ac variis juris articulis admissa est,

de qua in l. sancimus. 21. C. de sacrosanct. Eccl. & nos explicavimus suprà.

47 de † qua etiam Proculus tractat, in tertia argumenti repugnantis specie.

supra n. 10.

48 Porrò † à stipulatione ad hunc contractum innominatum non licet argumentari, cum hoc ipso innominatus contractus à stipulatione differat, quòd dolo penitùs vitietur.

ut probavimus suprà quæst. 11. incip. vulgò existimatum. nu. 20, ibi, nam si quid dolosè, &c. & n. seqq.

49 Quod † extremo loco relatum eſt, dolum in præſcriptis verbis actione præſtari, id non de contractu ipſo ineundo dicitur, ſed de rei tantùm, circa quam contractus verſatur, cuſtodia, quæ plurimum inter ſeſe differunt, illud enim ad ſubſtantiam contractus pertinet, hoc ad obje-
50 ctum ſeu acceſſoria atq; adminicula, † quæ nihil
51 de ſubſtantia contractus mutant, cum † econtrà penitus evertantur contractus, ſi quid ex ſubſtantialibus immutetur.

l. pacta. 72. in princ. ff. de contrahend. emt.

QVÆ-

QVÆSTIO XXX.

Egeſtas an excuſet non colentem partes ſuas metallicas?

SUMMARIA.

1. *Egeſtas malum per ſe eſt.*
2. *Afflicto non eſt augenda afflictio.*
3. *Egeſtas debitoris facit differri ſolutionem.*
4. *Emphyteuta propter paupertatem triennio à ſolutione canonis ceſſans, non cadit emphyteuſi.*
5. *Decimæ propter inopiam debitoris remittuntur.*
6. *Actio nulla competere videtur, quam inopia Rei excludit.*
7. *Moram an pauper committat?*
8. *Mora non committitur, ubi nulla petitio eſt.*
9. *Moram non committens non punitur tanquam moroſus.*
10. *Mora ubi nulla eſt, ibi quoq; nulla culpa eſſe creditur.*
11. *Culpa ubi nulla eſt, ibi nullam pœnam meremur.*
12. *Culpa carentem rem in damnum vocari non convenit. Ampliatur ibidem n. 13.*

14. *Privari nemo jure suo debet, sine suâ culpâ.*
15. *Nostra sine facto nostro auferri nobis nequeunt.*
16. *Impoßibilium nulla est obligatio.*
17. *Egestatis causâ quod solutu est impoßibile, eius nomine molestari debitor nequit.*
18. *Appellare obstrictus, si paupertas hoc ei non permisit, excusata eius est inopia.*
19. *Operæ patrono eatenus debentur, ne libertus egeat.*
21. *Fisco proventus præstantem fundum non colens biennio, dominium eius amittit.*
22. *Pensionum reipublicæ debitarum indemnitas continet protectionem subditorum.*
23. *Metallicæ leges Saxonicæ laudantur.*
24. *A lege in specie loquente non est discedendum.*
25. *A materiâ propriâ & speciali non est discedendum.*
26. *Decisionem in terminis nactus, tutißimo loco pro victoriâ constituitur.*
27. *Legem in terminis habens, non indiget argumentis generalibus.*
28. *Generales sententiæ non illustrant sensum practicum, qui in rebus versatur singularibus, & sub sensum tactumq; cadentibus.*
29. *Generi per speciem in toto jure derogatur.*

QUidam fodinas habebat metallicas longo tẽpore minùs fructuosas, maximamq; in iis substantiæ suæ partem eousq; impenderat, ut jam omnes eum ad culturam ulteriorem sumtus destituerent, cum itaq; harum impensarum inopia

pia biennio toto à cultura curaq; fodinarum conquievisset, factum est, ut vix tertio anni quadrante exacto, alius jure metallico ad culturam accederet. Cumq; Deo prosperante proventus assurgerent uberiores, conquestûs tandem est, prior ille fodinarum Dominus, non jure hunc

1 fodinas occupasse, Videbaturq; † pro eo usurpari posse, quod egestas ipsa per se malum sit, *1. Ratio dubitandi.*

qua de re latè Luc. de Pen. in l. eos fin. n. 5. ibi. econtrà multa sunt incommoda, &c. usq. ad finem. C. de his qui num. liber. se excusent lib. 10.

2 Afflicto † autem non debeant geminari augerivè afflictiones;

text. in c. ex parte. 5. text. de Clerico ægrotante. gl. in l. divus. 14. in verb. cum satis. ff. de officio præsid.

3 Nominatim † quoq; propter inopiam debitoris differri debiti solutionem oportere in confesso est. *2. Ratio dubitandi.*

text. in c. olim vobis. 16. ex. de restit. spol. c. Odoardus. 3. ibiq. gl. in verb. non valentem. ex. de solut. Luc. de Pen. in l. eos. fin. n. 4. vers. vigesimo propter eam differtur, &c. C. de his qui num. liber. lib. 10.

4 Unde † & emphyteuta pauper, etiamsi toto triennio à canonis solutione destiterit, non tamen propterea cadit emphyteusi. *3. Ratio dubitandi.*

Benincas. de privil. paupertat. quæst. 8. nono speciali in contractibus. n. 9. ibi. quamvis autem prædicta communiter, &c.

4. Ratio dubitandi.

5 Sic † decimarum quoq; præstationes propter egestatem debitoris remittuntur:

Benincas. de privil. paupert. sexto speciali in judicijs. n. 19. vers. Paupertatis tamen favere, &c.

5. Ratio dubitandi.

6 Imò † cum nulla competere videatur actio adversus eum, cujus inopia omnem actionem inanem facit;

text. in l. nam is. 6. ff. de dol. & in d. c. olim vobis. 16. ex. de restitut. spol.

7 Consequens † est hujusmodi debitorē nunquam
8 in mora existimari posse, nulla † enim mora fieri intelligitur, ubi nulla est petitio:

text. in l. nulla. 89. ff. de reg. jur. l. si pupillus. 127. ff. de verb. oblig. Modestin. Pistor. cons. 63. incip. Auff die erste Frage *n. 28. vers. quia ubi nulla datur petitio, &c. lib. 1. Gœddæ. inter consilia Marpurgensiū cons. 24. incip. divino auxilio omnis veritatis n. 107. ibi. mora autem ibi nulla est, &c. lib. 1.*

9 Qui † autem moram nullam committit, is sanè mulctari quasi ob moram nequit,

10 Nam † ubi nulla mora fit, ibi nulla culpa existit,

Gœddæ. inter consilia Marpurgensium. d. cons. 24. n. 106. ibi culpa quoque nulla, &c. lib. 1.

11 Et † cui culpa nulla jure imputari potest, is nec pœnam aliquam commeretur.

Bald. in cap. cognoscentes. 2. num. 1. ex. de constit. Alexand. consil. 30. incip. Quoniam omne datum. nu. 1. 4. vers. nec aliquid innovatum. &c. lib. 1. text. in c. sine culpa. 23. ex. de reg. jur. in 6.

Neq;

12 Neq; † rem culpa carententem in damnum vocari convenit.

text. in d. c. cognoscentes. 2. ex. de constit. c. satis perversum 6. in fi. distinct. 56.

13 Quæ † omnia multò maxime locum habent, quoties aliquem re sua privare volumus: *6. Ratio dubitandi.*

14 Namq; † privari nemo jure suo debet, absq; suâ culpâ.

Cravett. cons. 201. incip. Præsupponitur in facto n. 36. vers. aliàs privabitur jure suo, &c. & paullò pòst. vers. sed sine culpa jure suo, &c.

15 Facit † & aliàs, quod quæ nostra sunt, ea sine facto nostro auferri à nobis nequeunt. *7. Ratio dubitandi.*

l. id quod nostrum. 11. ff. de reg. jur.

16 Præterea † impossibilium nulla in jure est obligatio. *8. Ratio dubitandi.*

l. Seiæ. 26. ibi. neq; obligari. & ibi gloss. in verb. necessariam. ff. de tutor. & curator. dat. ab his. l. non solùm. 30. ff. de obligat. & act. l. impossibilis. 7. l. si stipuler. 35. in pr. ff. de verb. obligat. l. si Titius. 16. ff. de condit. institutionum. text. l. impossibilium. 145. ff. de reg. jur. gl. in c. Odoardus. 3. in verb. non valentem. ex. de solut.

17 Quod † igitur alicui per paupertatem præstare vel solvere est impossibile, ejus rei gratiâ neq; urgeri debet neq; molestari.

text. in d. c. Odoardus. 3. quem ibi ad hoc in terminis ita explicat glossa in verb. non valerem. ex. de solut.

Hinc

18 Hinc † qui appellare tenebantur, si paupertas hoc eis non permisit, excusata est eorum inopia.

text. in l. si procuratorem. 8 §. quod & ad actionem 8. ff. mandati.

9. Ratio dubitandi.

19 Deniq; † operas quoq; quas libertus patrono debet, si propter egestatem præstare nequeat, eas remitti hactenus oportet, ut sese ipsum prius alat libertus, quàm patrono operetur.

text. l. aut certæ. 19. ff. de operis libert. Luc. de Penna in d. l. eos. fin. n. 4 vers. trigesimò tertiò prodest, &c. C. de ijs qui num. liber. se excusent. lib. 10.

Decisio.

20 Sed † istis omnibus non obstantibus respondi nihil in hac specie paupertatem sublevare; unicâ ea permotus ratione, quòd in fundo versemur, qui certos principali fisco proventus præstet;

21 Quo † casu si quis eum colere cesset, etiam jure communi biennio dominium ejus amittit.

text. in l. qui agros. 8 C. de omni agro desert. lib. 11. Bart. in l. si de eo. 40. gl. si fortè. 1. n. 5. ibi sciatis unum vos Perusini, &c. Ioan. de Imol. ibidem n. 7. vers. & quia si etiam hodiè, &c. ff. de acquir. possess.

22 Quæ † res profecta est ex favore præstationum publicarum fisco debitarum, ut consulatur indemnitati fisci, à quo defensionem atq; protectionem omnes subjecti habent.

Ioan. de Imol. in d. l. si de eo. 40. §. si fortè. 1. n. 8. ibi. sed Angelus respondet, quod ubi prædia, &c. ff de acquir. possess.

Qua

23 Qua † mihi ratione etiam leges illæ metallicæ niti videntur, quarum antè mentionem fecimus.
ſuprà in principio.

24 Cum † itaq; legem heic habeamus in ſpecie loquentem, non eſt ab ea diſcedendum.
Alexand. in l. ſed & ſi quis. 4. §. quæſitum. 4. num. 15. verſ. preterea cum habeamus propriè in materia, &c. ff. ſi quis cautionibus.

25 In † omni enim caſu non eſt deficiendum à propriâ materiâ, quæ ſingularem velut negotii propoſiti terminationem ſuppeditat.
Vincent. de Franch. deciſ. 60. incip. In cauſa reclamationis n. 15. verſ. & dictum eſt in quovis caſu, &c.

26 Quoniam † tutiſſimo ſeſe loco pro victoria obtinenda conſtituit, qui deciſionem alicujus legis eſt adeptus in terminis.
Vivius deciſ. 135. incip. regulæ ſtandum. n. 5. ibi nam tutiſſimum ſe conſtituit, &c.

27 Ad † contraria univerſa, cum in generali tantùm verſentur ratione, ſimul atq; ſemel reſpondemus: argumentis omnibus hujuſmodi generalibus non eſſe locum, quoties textum habemus firmum in ſpecie.
Henning. Gœden. in proceſſu. tit. 13. qui eſt, de litis conteſtatione & juramento calum. in fin. Vivius d. deciſ. 135. n. 6. ibi. ubicunq; enim judex, &c.

28 Generales † enim juris ſententiæ non ita magnoperè explicant illuſtrantq; intellectum pragma-

ticum, quippe qui in rebus versari debet singularibus, sensumq; & quodammodo sub tactum ipsum subeuntibus.

Bald. in c. cum accessissent. 8. n. 55. vers. sed istæ theoricæ generales non illuminant, &c. ex. de constit. Iacob. Thoming. decis. 30. incip. Cum hæc quæstio. n. 10. ibi prætermissis generalibus quæ pragmaticum intellectum, &c. Ioan. Frideric. Solis in tract. de dote. part. 1. quæst. 21. incip. cum in jure nostro. in pr.

29 Neq; † etiam incognitum est in toto jure generi per speciem derogari.

l. Titio centum aureos. 74. ff. de legat. 2. l. servis urbanis. 99. §. fin ff. de legat. 3. l. cum alij. 2. ff. de tritic. vin. & ol. legat. l. servo manumisso. 15. ibiq; Bart in pr. ff. de peculio legato. l. si peculium. 10. in pr. ff. de manumiss. testamen. l. sanctio legum. 41. ff. de pœn. l. in toto. 81. ff. de reg. jur. c. sicut Romana. 1. c. pastoralis. 14. sub fin. ex. de rescript. c. studuisti. 2. ex. de offic. legat. c. generi. 34. ex. de reg. jur. in 6. Decius cons. 454. incip. juridicas esse arbitror. n. 10. ibi quia generi per speciem, &c.

37

QVÆSTIO XXXI.

Quis probare teneatur aliquem esse factum locupletiorem?

SUMMARIA.

1. *Locupletiorem se factum non esse reo probandum videtur: imò actori. ibidem n. 10.*
2. *Locupletior an quis in dubio factus præsumatur, ex re, quæ ad ipsum pervenit? & n. 11. 26.*
3. *Locupletiores an fieri dicamur quoties expensio alias res nostras salvavit? & n. 27.*
4. *Iactare suum nemo præsumitur. Declaratur ibidem n. 28. & 29.*
5. *Acquisita frequentius tuemur quàm perdimus. Declaratur ibid. n. 31.*
6. *Argumentum à communiter accidentibus valet. Declaratur ibidem n. 30. 31. 32. 33. 34.*
7. *Amissionis casu nitens tenetur eum probare. Declaratur ibidem n. 35.*
8. *Locupletatio adversarij difficilis actori probatu est, Reo autem, se non locupletatum, facile.*
9. *Probationum facultas non est angustanda.*

12. *Bonæ fidei possessorem lucrari fructus regula est, restituere autem, ubi locupletatus est, exceptionis.*
13. *Regulam pro se habens probatione non eget, sed tantùm qui exceptione nititur.*
14. *Regula pro quo est, is rem certam, & intentionem fundatam habet.*
15. *Regulæ inhærendum ut Bononienses carocio.*
16. *Regulæ inhærendum sicut temoni.*
17. *Regulæ standum, & pro eâ pronunciandum, donec probetur contrarium.*
18. *Regula transfert onus probandi in eum, qui exceptione nititur.*
19. *Locupletari ex aliena re jure naturæ iniquum est.*
20. *Delictum non est præsumendum. Fallit ibidem n. 29.*
21. *Tutor ante tutelam pauper, post dives, suis tamen non pupilli bonis creditur locupletatus.*
22. *Ad locupletationem non sufficit pervenisse, sed meliorem oportet possessoris fortunam esse factam ibidem n. 25.*
23. *Intellectus* l. utrum. 23. ff. de petit. hæredit.
24. Accursii & Fachinei *sententia non suscipitur.*
31. *Experientia optima rerum magistra est.*
Multi rebus suis latiùs utuntur.
32. *Re sua latius uti nemo prohibetur.*
33. *Rebus alienis multi latiùs utuntur, quando eas pro suis reputant.*
36. *Species derogat generi.*
37. *Probationum facultas ampliari non debet cum alterius iniuriâ.*

38. Pro-

38. *Probatione destituti non collocamur meliore conditione, sed causam potiùs amittimus.*
39. *Non jus sed probatio deficit.*
40. *Probationum materia non convellitur, propterea quod quis aliquâ probandi difficultate laborat.*

IN eo capite, quo de bonæ fidei possessore tractavimus, ostensum inter cætera est, eum fructus etiam, ex quibus locupletatus est, teneri restituere: Non abs re igitur facturos esse nos arbitramur, si explicemus, quis hanc locupletationem probare debeat:

1 Sunt † enim qui existiment, ipsum possessorem sive Reum, à quo res petitur, docere oportere, se ex eo, quod percepit, effectum non esse locupletiorem:

Quæ sententia originaliter Angeli esse fertur in l. utrum. 23. in pr. per gl. ibi. in verb. consumsisse. ff. de petit. hared. eumq; sequuntur Alexand. cons. 63. incip. Super primo dubio. nu. 5. vers. nisi pro parte ipsius maximi probetur, &c. lib. 2. Ludov. Rom. cons. 149. incip. Conclusionem primam. n. 2. vers. & qualiter locupletior effectus, &c. Socin. jun. cons. 150. quod est consil. ultim. n. 38. vers. nisi ex adverso probetur, &c. & n. seqq. lib. 1. Dec. in l. certi condictio. 9. §. quoniam. 3. n. 3. ibi. & notandum est, &c. ff. si cert. petat. Pinel. in l. 2. part. 2. cap. 4 & ultim. incip. Circa effectum. nu. 66. ibi, retenta autem communi opinione, &c. & n.

 seqq.

seqq. C. de rescindend. vendit. Ioan. Lupus in repert. rub. Decretal. de donat. inter vir. & uxor. § 48. incip. Requiritur etiam quod donatarius, non longè à princ. Vincen. de Franch. decis. 31. incip. In causa spectabilis Comitis n. 2 ibi. in dubio autem quid sit præsumendum, &c. ubi refert in se audisse judicatum esse. & alij, quos refert Mascard. de probat. concl. 1164. incip. non est omninò dissimilis. n. 1. ibi ex fructibus igitur, &c. & n 3. 4. 5. 6. & M. Anton. Peregrin. de fideicommissis. art. 49. incip. De fructibus. n. 116. vers. contra verò, &c.

1 Ratio dubitandi.

2 Propterea † quòd in dubio locupletior effectus esse existimetur, quoad omnia ea, quæ ad ipsum pervenêre:

Alex. d. cons. 63. n. 5. vers. & in dubio præsumitur, &c. lib. 2. Socin. jun. d. cons. 150. n. 38. ibi. & circa hoc est advertendum, &c. & n. seqq. lib. 1. Cæsar Ursill. in annot. ad Matt de Affl. decis. 44. incip. De tribus mihi occurrit. n 9. vers. prout in dubio præsumitur, &c & alij relati à Menochio. lib. 6. præsumpt. 27. incip. Hic locus satis est congruus n. 7. ibi. quocirca damnatur, &c. & n. 8. 9. quibus adde Cravettam cons. 550. incip. Magnificus Dominus Franciscus de Monte Falcone n. 16. ibi. locupletior planè adversarius & c. pro quibus esse videtur text. in l. si ipsa res. 18. ff. quod met. caus.

2. Ratio dubitandi.

3 Sed † & aliàs si in res nostras necessarias expendamus aliquid, statim hoc ipso locupletiores inde fieri

fieri dicimur quòd ista expensio effecerit, ne aliis pecuniis nostris redditi simus pauperiores.

text. in l. in pupillo. 47. ff. de solut. l. sed & si lege. 25. §. quod autem. 16. ff. de petit. hæredit. Pinel. in d. l. 2. part. 2. d. c. 44. n. 66. vers. sic etiam expendendo fructus, &c. C. de rescindend. vendit. fac. l. quod si minor. 24. §. restitutio. 4. ff. de minor. & l. un. C. de reputationibus. ubi sine discrimine restituit minor perceptam pecuniam, nisi eam creditor sciens perdituro dederit.

4 Tertiò † jactare quoq; suum nemo præsumi solet. 3. Ratio dubitandi.

text. in l. cum de indebito 25. in pr. vers. qui enim solvit. ff. de probat. Menoch. de præsumpt. lib. 1. quæst. 18. nu. 13. ibi. qua dicimus verisimile non esse, &c. & lib. 2. præsumpt. 33. incip. Cum non modò. num. 5. ibi. ea est ratio quia nemo, &c. & lib. 3. præsumpt. 34. incip. Evenit non semel. n. 23. ibi. cum præsumptio sit contra ipsum solventem, &c. & præsumpt. 122. incip. Posteaquam de præsumptionibus. nu. 54. ibi. quod esset jactare suum, &c. & lib. 5. præsumpt. 35. incip. non est longè dissimilis. nu. 7. vers. ex quo nemo præsumitur, &c. & lib. 6. præsumpt. 27. incip. Hic locus satis est congruus. n. 9. ibi. Neminem præsumi jactasse, &c.

5 Communisq; † vitæ consuetudo ostendit, frequentius tueri quemq; res semel quæsitas solere, quàm perdere. 4. Ratio dubitandi.

Pinel.

Pinel. in l. 2. part. 2. d. c. 4. n. 66. vers. nec ex adverso adducitur ratio, &c. C. de rescindend. vendit. refert & amplificat hoc argumentum Fachin. lib 2. controv. juris. cap. 45. incip. minorem viginti quinq; annis, col. 2. vers. fundamentum est quia nemo, &c.

6 Argumentum † autem ab his quæ communiter fieri consuevêre, firmum in jure est ac validum.

Dec. cons. 279. incip. Placet mihi & juridicam. n. 3. ibi. & valet argumentum, &c. Cacheran. cons. 1. incip. Visis actis controversiæ vertentis. n. 7. ibi. argumentum enim à communiter contingentibus, &c. Herculan. de proband. negat. n. 319. vers. testis enim à communiter contingentibus, &c. Curt. jun. cons. 106. incip. Habita diligenti consideratione. n. 7. ibi. valet enim probatio à magis communiter, &c. Cravett. cons. 151. incip. Neminem existimare velim. n. 16. vers. & valet argumentum à materia probationis, &c. Everard. in locis legalib. tit. à communiter accidentib. n. 2. ibi. & argumentum sumptum ab hoc loco, &c.

5. Ratio dubitandi.

7 Præterea † locupletiorem sese factum negans ex fructibus perceptis, re ipsa perditos eos sibi esse contendit: At generaliter quilibet casu amissionis innitens, hunc probare tenetur.

Pinel. in l. 2. part. 2. d. c. 4. n. 66. vers. conventus autem probabit amissionem, &c. C. de rescind. vendit. latè ac magistraliter Mascard. de probat. cons. 87. incip. Amissionem pecuniæ.

&

& concl. seq. junctis his locis quæ allegat in fine huius concl. 88.

8 Deniq; † difficilima actori probatu est, adversarii ex rebus alienis locupletatio: & contra facilimum Reo docere se effectum non esse locupletiorem: 6. Ratio dubitandi.

Pinel. in l. 2. part. 2. d. cap. 4. n. 66. vers. hoc fortissimè vi rationis, &c. C. de rescinden. vendit.

9 Probationum † autem facultas non debet angustari.

text. in l. quoniam. 21. in fin C. de hæred. Franc. Marc. decis. 683. incip. Quæritur de modo probandi baratariam. n. 7. in fi. lib. 1. Pinel. l. 2. part. 2. d. cap. 4. n. 66. vers. facultas autem probandi, &c. C. de rescind. vendit.

10 Sed istis † non obstantibus verius est, eum, qui affirmat, quem ex fructibus, quos percepit, locupletiorem esse factum, probare hoc teneri. Decisio.

Sic sensère Felin. in c. de quarta 4. n. 31. in secunda restrictione. vers. nisi appareat, &c. ex. de præscript. Dec. remissivè loquens in l. ex pœnalibus. 59. n. 6. ibi. & quis debeat probare, &c. Cagnol. ibid. nu. 4. ibi & dicitur tunc locupletior factus, &c. & num. seq. ff. de reg. jur. Alexand. (paullò tamen obscurius id innuens) cons. 44. incip. Visa facti narratione. in fin lib. 3. Paul. Castrens. cons. 247. incip. In causa quæ vertitur Saonæ. n. 6. vers. unde cum non sit probatum, &c. lib. 1. Cavalcan. de tutor.

& curator. num. 224. verſ. niſi probetur, &c. Maurit. de reſtit. in integrum, cap. 222. incip. Quomodo autem. nu. 1. verſ. ſic habes verè & concludenter, &c. Franciſc. de Caldaſ. in l. ſi curatorem. 3. in verb. per quod priſtinum ius recuperant. nu. 3. ibi prima ſit concluſio, &c. C. de in integr. reſtit. Gomeſ. in § actiones. 10. n. 21. verſ. niſi probetur, &c. Inſtit. de act. Natt, conſ. 15. incip. Proximis diebus. n. 8 verſ. niſi ex adverſo, &c. Curt. ſenior conſ. 71. incip. Princeps defunctus. n. 11. verſ. ſed opus quod allegetur, &c. Iaſon in l. Neſennius 41. §. fundum 1. n. 4. ibi. ſed adverte diligenter, &c. ff. de re judic. Alciat. in l. certi condictio. 9. §. quoniam 3. n. 11. verſ. in eo verò, qui tanquam bonæ fidei poſſeſſor, &c. ff. ſi cert. petat. (ubi in ſpecie loquitur bonæ fidei poſſeſſoris) Molina. in conſuet. Pariſ. tit. 1. §. 33. gloſ. 1. in verb. droict. de relief. num. 52. verſ. ſed allegans tenetur probare, &c. (ubi etiam in terminis verſatur bonæ fidei poſſeſſoris) Menoch. lib. 6. d. præſumpt. 27. nu. 6. ibi. tertius eſt caſus, &c. & n. ſeqq. Hieron. Magon. deciſ. Lucenſ. 13. incip. Hominis ætas. n. 30. verſ. non obſtat tertium, &c. Ioan. Pet. Surd. conſ. 115. incip. quoad bona. n. 10. ibi communis tamen eſt opinio, &c. lib. 1. ubi hanc
** dicit magis ** receptam opinionem eſſe. Franciſ. Viv. deciſ. 33. incip. Poſſeſſor malæ fidei. n. 11. verſ. ubi etiam oſtendit non obſcurè, &c. identi-
* dem innuens hanc communem * eſſe omnium Doctorum ſententiam. Fachin. lib. 2. controv.

juris c. 45. incip. Minorem viginti quinq; annis. col. 3. vers. ego sanè in eorum sententiam proclivior, & c. Cæsar Barzius decis. 53. incip. Obtinuerat. D. Franciscus n. 38. col. pen. vers. quicquid enim aliqui in contrarium scripserunt, & c. ubi hanc communem imò magis communem** appellat. additio ad Balb. de præscript. 4. part. 4. part. prin. quæst. 35. in fin. ad verb. possessor. M. Anton. Peregrin. de fideicommiss. art. 49. incip. de fructibus dicere nunc. n. 116. ibi. sed hîc dubitare occurrit, & c. ubi communem * appellat, addens se autore in quadam causa ita fuisse decisum.*

In dubio † namq; nemo ex fructibus, cæterisq; rebus alterius creditur esse locupletatus. **1. Ratio decidendi.**

Felin. in d. c. de quarta 4 n. 31. in secunda restrictione. vers. & in dubio non præsumitur quis, & c. ex. de præscript. Curt. sen. d. cons. 71. n. 11. ibi. septima conclusio, & c. Curt. jun. cons. 6. incip. Circa has quatuor dubitationes. n. 26. vers. subijcit etiã ibi unum notabile verbum, & c. & cons. 28. incip. in causa vertẽte inter nobiles de Rodulp. in fi. vers. postremò quia in materia fructuum, & c. Natta d. cons. 15. n. 8. ibi. & quod factus esset locupletior, & c. Gomes. in d. §. actiones. 10. n. 21. vers. quòd in dubio quis locupletior non præsumitur, & c. Inst. de act. ubi hanc sententiam rationi dicit magis esse cõsentaneam. Borgn. Caval. de tut. & curat. n. 224 ibi. attento quod nemo, & c. Molin. in consu. Paris. tit. 1. §. 33. d. gl. 1. n. 52. ibi. & adverte quod in dubio, & c.

*Menoch. de retinenda possess. remed. 13. ex. c. redintegranda. 3. quæst. 1. n. 586. ibi. & locupletior in dubio, &c. ubi hanc crebriorem * sententiam appellat, reijcitq; contrariam. d. addit. ad Balb. de præscript. 4. part. 4. part. princ. d. quæst. 25. in fin. ad verb. possessor. Magon. d. decis. Lucensi. 13. n. 31. ibi. cum quis in dubio non præsumatur, &c. M. Anton. Peregrin. de fideicommiss. d. art. 49. n. 116. vers. an verò pro possessore, &c.*

2. Ratio decidendi.

12 Deinde † certum est regulam in eo versari, quod bonæ fidei possessor fructus lucretur: sed ut eosdem restituat, cum est factus locupletior, id esse exceptionis.

Patet hac ex ijs quæ dixi suprà quæst. 28. incip. Ingens pugna. n. 7. & n. 10. & in terminis nostris sic pro argumento ponit Curt. senior d. cons. 71. n. 11. vers. nam & comprobo viva ratione &c. ad quod idem argumentum respexit haud dubiè Cæsar Barz. d. decis. 53. in fin. vers. & ad probandum quod verior sit, &c.

13 Atqui † pro quo est regula, is nulla indiget probatione, sed exceptione nixus, eam docere tenetur.

Sic in terminis nostris ait Curt. sen. d. cons. 71. nu. 11. vers. excipiens debet suam exceptionem probare, &c.

14 Rem † enim pro sese non obscuram vel ambiguam, sed certam & indubitatam, intentionemq;

nemq; optimè fundatam habere existimatur, qui à partibus suis stantem habet regulam.

Soc. jun. conf. 67. incip. Pro resolutione præsentis. n. 4. vers. & qui pro se regulam habet, &c. lib. 1. Hartm. Pistor. lib. 2. quæst. 13. incip. De agnatorum jure. n. 40. ibi. nam is qui regula aliqua, &c. Cagnol. in l. 2. n. 185. ibi facit doctrina Bartoli, &c. C. de pact. inter emt. & vendit. Andr. Gail. in tract. de arrestis imperij. cap. 11. incip. Constitutio arrestorum. n. 31. ibi. quia regulam pro se habens, &c. Tiber. Decian. conf. 84. incip. Quæritur super præmissis. n. 17. ibi. res enim dicitur certa, &c. lib. 4. & conf. 89. incip. Video consultum fuisse. nu. 29. vers. nam res certe dicitur pro eo, &c. lib. 5. Viv. decis. 135. incip. Regulæ standum. n. 3. ibi taliter quod regulam habens pro se, &c. Carol. Molinæ. in consuet. Paris. §. 19. el 1. gl. 1. nu. 5. vers. tum quia ex quo regula est, &c.

15 Estq; † regulæ ita adhærescendum, ut Bononienses carocio suo,

gl. in l. omnis definitio. 203. ff. de reg. jur. Fulv. Pacian. de probat. lib. 1. c. 8. incip. Expedita ampliationum declaratione n. 13. ibi qua glossa dicit quod licet, &c.

16 sive † temoni adhærescunt;

Iaf. in l. a divo Pio 15. in prin. ibi ergò inhærendum est regulæ, &c. ff. de re judic.

17 & † ab ea stari, secundumq; eam pronunciari oportet semper, donec probetur contrarium.

text. in c. cum Ecclesia Sutrina. 3. sub fin. ibi. & secundum statuta canonica, & c. ex. de caus. & propriet. Bald. in l. si tutor. 6. in fin. C. de serv. pign. dat. manumiss. & in rub. Decretal. de alienat. jud. mutand. caus. fact. n. 5. vers. quia inhærendum regulæ, & c. & in l. testium. 13. n. 3. ibi. quia in dubio stamus, & c. C. de testib. Lodov. Rom. cons. 123. incip. Circa primum dubium, quo quæritur col. 4. n. 4. ibi. quia in dubio standum est regulæ, & c. Socin. jun. d. cons. 67. n. 4. ibi. quia ut vulgò dicitur, & c. lib. 1. Cagnol. in d. l. 2. n. 185. ibi facit doctrina Bartoli, & c. C. de pact. int. emt. & vendit. Tiber. Decian. d. cons. 89. n. 29. ibi. & sic pro regula semper in dubio judicandum, & c. lib. 5. Hartm. Pistor. lib. 2. d quæst. 13 n. 40. vers. ideoq; regulæ tenaciter inhærendum & c. Hieron. Schurf. cons. 90. incip. Domini nostri diligenter & maturè visis. n 14. vers. & ideò pro regula semper, & c. cent. 3. Ludolph. Schrader. de feud. part. 9. c. 7. incip. Trigesima causa privationis. num. 146. ibi. namq; clari juris est, & c. & part. 10. sect. 8. incip. Septimò quæro utrum pares. n. 21. ibi. & certum est, quod regula juris, & c. Viv. d. decis. 135. n. 1. & n. 7. ibi. tandem in dubio pronunciandum, & c.

18 Nam † intentio in regula juris fundata, transfert onus probandi in adversarium, qui exceptione se defendit.

Bald. in l. Prætor ait. 20. §. hoc interdictum 10 n. 3. ibi facit quando aliquid est fũdatum per jus commune,

mune. &c ff. de nov oper. nunc. Curt sen. cons. 72. incip. Magnifice vir. nu. 1. ibi. & ideò inprimis trita est doctrina, &c. ubi ait, hanc inprimis vulgatam tritamq; juris sententiam esse. Fulv. Pacian. de probat lib. 1. d. c. 8. n. 12. ibi. quoniam notissimi, &c. ubi ait, hoc esse notissimi & indubitati juris.

19 His † accedit, quod locupletari ex re aliena iniquitatem continet, juri naturæ adversariam. 3. Ratio decidendi.

text. in l. nam hac naturâ. 14. ff. de condict. indeb l. jure naturæ. 207. ff. de reg. jur. l. si fundus 13. in fi. ff. de reb. cor. Dec. in l. si & me & Titium. 32. n. 1. vers. & fundatur ista regula, &c. ff. si cert. pet. fac. l. si quis in mancipijs. 17. §. fin. in fin. ff. de institor. act. l. servus quem. 30. in fi. pr. ibi. quasi res mea ad te sine causa pervenerit. ff. de act. emt. l. rerum quidem. 25. in fin. ff. rer. amot. l sed et si. 3. §. si servus. 1. ibi. nec tamen lucrosum, &c. ff. de tributor. l. cum ij. 8. §. si quis de alimentis. 22. vers. sanè si is. ff. de transact. l. illicitas. 6. in pr. ff. de offic. præsid.

Igitur si quem locupletiorem ita factum præsumeremus,
20 delictum conjecturâ † sequeremur,
quod non licet.

l. meritò. 51. ff. pro soc. Cravett. cons. 244. incip. In causa inquisitionis. num. 4. versicul. delictum enim nunquam includitur, &c. & num. 5. rursumq. num. 6. versic. & in terminis, quod an quis præsumatur, &c. Gab. Saraij.

Saraij. in annot. ad Matthesilan. sing. 110. incip. Nota unam lucrosam. n. 48. ibi. in dubio enim non debet, &c. & n. seqq. Menoch. lib. 5. præsumpt. 2. incip. Ex superiore n. 1. & seqq. per tot.

4. Ratio decidendi.

21 Quò † pertinet, quod etiam tutor vel curator, quanquam ante tutelam susceptam pauper fuerit, tutelam verò adeptus opes cumulârit haud contemnendas: non tamen ex pupilli sui bonis locupletatus esse præsumitur, nisi hoc probationibus & conjecturis manifestissimis evincatur, sed creduntur potiùs fortunæ ejus, propriâ ipsius crevisse industriâ.

text. in l. si defunctus. 10. C. arbit. tutel. (ubi perspicua sunt verba ad regulam generalem omni casu constituendam) Bald. in l. cum oportet. 6. in pr. n. 13. vers. unde in tutore dicimus, &c. C. de bon. quæ liberis. Ludovic. Rom. cons. 159. incip. super eo quo quæritur. n. 4 vers. nec huic membro refragatur, &c. Francisc. Cremens. inter cons. Alexandri, cons. 62. incip. Serenissimus & Christianissimus. n. 13. vers. in contrarium tamen est veritas, &c. lib. 4. idem Alexan. cons. 82. incip. Perspectis his. n. 14 ibi. & regulariter licet quis administraverit, &c. lib. 6. ibiq. Rovesial. & Natta in addit. (ubi Alexan. etiam generaliter hanc Theoricam usurpat de omni eo, qui rem administrat ad alium pertinentem) Francis. Cremens. sing 6. incip Tu scis quod quicquid in fin. vers. sed quid in tutore, &c.

Cravett.

Cravett. conf. 129. incip. Proponitur in facto. n. 3. verf. aut actum gerit nomine proprio, &c. ubi etiam generaliter loquitur. & conf. 191. incip. In causa egregia. n. 8. col. fin. verf. non obstat modò, &c. Nevizan. in Sylv. nuptial. lib. 4. incip. Non obstat ergò primum illud. n. 20. verf. & dicit secus tamen esse in tutore, &c. mihi pag. 569. Borgnin. Cavalcan. de tutor. & curat. n. 223. ibi. reddita verò ratione administrator, &c. Menoch. lib. 5. præsumpt. 2. incip. Ex superiore. n. 8. ibi. & idem Aretinus, &c. & lib. 6. præsumpt. 28. incip. Consentaneum est. n. 2. ibi. verum Alexander, &c. Dec. conf. 175. incip. in causa falsitatis. n. 8. col. penult. verf. & ideò etiam ille qui administravit, &c.

22 Deniq; † ista in specie manifestè leges non acquiescunt rem ad possessorem pervenisse, *5. Ratio decidendi.*

Fachin. lib. 2. controverf. jur. d. cap. 45. col. 2. verf. secundum argumentum, &c. per l. in pupillo. 47. in pr. (quatenus ibi tam sollicitus est Jurisconsultus de tempore, quo locupletior factus possessor dici possit, quâ ei curâ opus non erat, si solùm pervenisse sufficeret) *text. similis in l. si à domino. 36. §. quo tempore. 4. ff. de petit. hæreditat.* ubi si ut locupletior factus esse bonæ fidei possessor existimetur, pervenisse ad eum sufficeret, frustrà rei judicatæ tempus spectandum esse diceretur. *textus manifestior in l. utrum. 23. in prin. ff. de petit. hæred.* ubi verbo

perveniſſe ſatisfactum non creditur, etiamſi prima ratione ad poſſeſſorem venerit,
23 Quo † loci obiter nota, dum ſequentem SCti clauſulam inſpiciendam Juriſconſultus monet, eum quaſi totum SCtum expli- caret, non principium, ſed ſecundum ejus partem allegare, quæ extat *in l. item veniunt. 20. §. item placere. ff. de pet. hæred.* quam idcircò
24 ſequentem clauſulam appellat: Nam † quod Accurſi⁹ *in d. l. utrum. & Fachin. lib. 2. controv. d. c. 45. col. fin. verſ. ſed & ex l. utrum, &c.* exiſtimant, tertiam hic intelligi SCti clauſulam, quæ continetur, §. *eos autem.* id conſentaneum mihi nõ videtur, propterea quod ea ratione ineptè Ulpian⁹ diceret: verbum Perveniſſe, principio interpretandum, ex verbis SCti, ſi ſit factus locupletior; Si autem iſta verba, ſint ambigua, nihilominùs etiam ſine Senatuſconſulto verbum hoc ſic accipi oportere.

25 Sed † probari omninò à petitore volunt, meliorem eſſe factum poſſeſſorem ex fructibus, cæteriſq; alterius rebus quas percepit.

text. in l. ſi ſine 32. §. interpoſito. 4. ff. de adminiſtrat. tut. l. prædiorum. 10. l. ſi prædium. 16. §. emtor. 1. l. utere 14. ibi precium ob eorum debitum ſolutum probans. C. de præd. minor. ſine decret. non alien. l. cum & ipſe. 1. C. ſi adverſus creditorem. fac. l. ſi pupillorum. 7. § ſi obligaverit. 5. & l. ſi fundus. 13. in fin. ff. de reb. eorum. l. conſilio. 8.

§. *cum*

§. cum dementis. 2. vers. sed an triplicatio. ff. de curat. furios. l. patri. 27. §. si pecuniam. 1. vers. ex quo scilicet. & vers. item ex diverso. ff. de minorib. l. cum qui fin. vers. sed si locupletior. C. de usucap. pro emt. §. & ex contrario. 3. vers. sin autem. ibi. aut ex ea locupletior sit. Instit. quib. alienar. non lic.

26 Ex † his omnibus patet, opinor, quàm facilis ad contraria sit defensio: Prima enim ratio falsa est:

per dicta suprà n. 11.

27 Altera † objectio identidem nihil obest, neq; enim sufficit, rem ad nos pervenisse, nisi & palàm doceatur, versam esse eam in id, per quod aliis usquequaque nobis imminentibus expensis simus liberati.

text. in l. utere. 14. ibi precium ob eorum debitum solutum probans. & l. si prædium. 16. §. emtor. 1. ibi. si probare potuerit ex cæteris facultatibus obedire te minoribus sine oneribus non potuisse, &c C. de prædiis minor. sine decret. non al. fac. d. l. in pupillo. 47. ff. de solut. faciunt dicta infrà quæst. seq. n. 1. 2. 10. & n. 11.

28 Ad tertiam † & quartam objectionem verissima Cravettæ sententia est: bonum quidem, & pecuniarum alienarum conservatorem magis quàm dilapidatorem existimari, quemq; quoad ipsum ab improbitate excusandum, non autem ut ex eo fundetur actoris intentio, Reoque

 pro-

propterea condemnatio aliqua, citra legitimam probationem inferatur:

*Cravett. cons. 244. incip. In causa inquisitionis. n. 2. vers. & si dicatur, præsumendum est, &c. pro quo facit gl. in l. qui jurasse. 26. §. si pater. 1. in verb. acquisiti. in fi. Bart. ibid. n. 3. vers. ad illud quod dicit, &c. & num. seq. Bald ibid n. 1. vers. sed dico quod instrumentum præsumitur, verum quoad excusationem, &c. Paul. de Castro ibid. n. 9. vers. glossa respondit, quod ista præsumtptio non sufficit, &c. (ubi hoc dicit singulare & inprimis notandum) Iason ibid. n. 8 vers. glossa respondet multum singulariter, &c. (ubi Iason addit omnes * consentire) ff. de jureiur. Bart. in d. l. meritò. 51. ff pro soc. Dec. in l. si emancipati. 9. n. 3. col. 3. vers. non obstat alia ratio quam Bartholomæus Veronensis, &c. C. de collat. & in l. non hoc. 4. n. 12. col. penult. vers. quia illa præsumptio quod excludatur delictum &c. C. unde legitimi. & in c. super literis. 20. n. 31 vers. item quod quis præsumatur bonus, &c. ext. de rescript. & in c. Ostw. 2. n. 11. ibi. item illa regula quod quis bonus, &c. ext. de elect. Cravett. cons. 57. incip Nullo modo. n. 6. ibi. sextò & ultimò respondeo, &c. Felin. in c. dudum. fin. n. 13. ibi fallit secundò, &c. ex. de præsumpt. Ant. Gabr. lib. 7. com. concl. tit. de malef. concl. 2 cuius argumentum est: Delictum non præsumitur. num. 60. ibi. secundò limita regulam prin-*

*

principalem, &c. Menoch. lib. 5. d. præsumpt. 2 n. 31. ibi declaratur primò hæc præsumptio, &c. ubi nu. 32. refutat Alciatum contra sententem.

29 Nec † enim alienum à delicto, sed potiùs affinem culpæ fuisse Reum præsumimus, si per hoc absolutio ei potest contingere.

Ludov. Rom. cons. 304. incip. Plura sunt quæ allegantur n. 2. vers. nec refragatur quod dicit, &c. ubi Mandos. in addit. secunda addit. ad Alciat. reg. tertia. præsumpt. 1. sub n. 4. ad verb. de collat. quod ut opinor sensit generaliter loquens, Vincent. de Paleotis inter consilia Alexandri cons. 127. incip. Visa inquisitione formata. n. 12. ibi. unde nunquam quis ex actu quem facit, &c. lib. 4. Hippolyt. Marsil. in l. si in rixa. 17. & ult. n. 60. ibi. pro quo facit in argumentum, &c. ff. ad l. Cornel. de Sicar. Cravett. cons. 8. incip. Aymo Leyrandi. n. 4. vers. idem voluit Alexander, &c.

30 Argumentum † verò à communiter accidentibus non rectè huc accommodatur: Ipsa enim
31 experientia † optima rerum magistra,

text. in c. quam sit. 6. in pr. ex. de elect. in 6. Alexand. cons. 100. incip. Super primo casu. n. 2. vers. nam ut docet experientia &c. lib. 1. Dec. cons. 462. incip. Visa legitimatione. n. 1. ibi. ut experientia docet, quæ est, &c. Secin. jun. cons. 69. incip. Pro dilucidatione propositæ quæstionis. n. 21.

n. 21. ibi. ut experientia docet, quando dicitur, &c. lib. 1.

palàm teſtatur, multos eſſe, qui rebus ſuis latiùs
32 utuntur, & † quidem jure minimè prohibente:
text. in l. ſed et ſi lege. 25. §. ſi quis re ſua 12. ff. de petit. hæred.

33 Id quod † in ſpecie noſtra rem alienam poſſidentis, quaſi non infrequens ſit, paſſim à Juriſconſultis præſupponitur:
l. utrum. 23. in pr. verſ. finge precium. & in d. l. ſed & ſi lege. 25. §. quod autem. 16. verſ. ut quidem ſi quid lautiùs, &c. ff. de petit. hæredit.

34 Quare † non heîc locus eſt argumento, à communiter contingentibus, quippe quod iis demum adhiberi poteſt, quæ frequenter atq; ut plurimum eveniunt & raró omittuntur.
Everard. in loco à communiter accidentibus. n. 10. ibi, illud autem eſt indubitatum, &c.

35 Quinta † objectio limitatur per hanc noſtram definitionem ſpecialem, iſto in caſu, propter autoritates ac rationes quibus eam comprobavimus.
ſuprà n. 10. & ſeqq. uſq. ad n. 25. inclusivè.

36 Quod † mirari non debemus, in toto namq; jure generi per ſpeciem derogatur.
l. in toto. 81. ff. de reg. jur. c. generi. 34. ex. eod. tit. in 6. l. Titio centum aureos. 74. ff. de legat. 2. l. ſervus urbanis. 99. §. fin. ff. de legat. 3. l. cum alij. 2 ff. de trit. vin. & ol. legat. l. ſervo manumiſſo. 15. & ibi Bart. in pr. ff. de pecul. legat.

l. ſi

l. si peculium. 10. in pr. ff. de manumiss. testament. l. sanctio legum. 41. ff de pœn. c. sicut Romana 1. c. pastoralis. 14. sub. fin. ex. de rescript. c. studuisti. 2. ex. de offic. legat. Decius cons. 454. incip juridicas esse arbitror. n. 10. ibi. quia generi per speciem, &c.

37 Ad † facultatem probationis quod attinet, verum quidem est, eam angustari non oportere, at non cum injuria alterius:

38 Nec † enim continuò, quod probatione deficimus, meliore loco collocamur, imò causa potiùs

39 perit nobis, quasi † non tàm jure quàm probatione destitutis.

text. in l. duo sunt Titij. 30. in fin. ff. de testament. tut.

40 Neq; † verò etiam consentaneum est, omnem probationis observationem tantis vigiliis traditam, toties aut everti, aut confundi, quoties is cui probatio faciunda est, aliqua probandi difficultate laborat.

arg. l. si quando 35. in pr. C. de inoff. testam.

QVÆSTIO XXXII.

Quid articulandum sit, quando probare volumus, aliquem, ex re nostrâ, factum esse locupletiorem?

SUMMARIA.

1. *Locupletior factus ex re nostra dicitur, cuius æs alienum à nobis dissolutum est.*
2. *Locupletior ex re nostra fit, qui aliquid necessarium ex pecuniâ nostrâ emit, quamvis res emta naturaliter perijt.*
3. *Locupletior ex re nostra fit, qui pecuniam nostram in aliam rem fungibilem permutavit, licet ea deinceps pereat.*
4. *Fungibilium casus fortuiti nihil petitori nocent.*
5. *Intellectus* l. si mulier. 29. in pr. ff. de donat. int. vir. & uxor.
6. *Mascardus improbatur.*
7. *Locupletior ex re nostra fit, apud quem res nostra adhuc salva est. Ampliatur ibid. n. 8.*
9. *Locupletior ex re nostra est, qui rem nostram distraxit, sed precium inde redactum adhuc habet.*

10. Lo

10. *Locupletior ex re nostra est, qui rem nostram distraxit, & ex precio aliam comparavit.*

11. *Locupletior ex re nostra est, qui rem nostram distraxit, preciumq; inde redactum consumsit, sed tantundem tamen, etiam re nostra destitutus, consumturus fuisset in victum vel aliàs res necessarias.*

AD tractationem eam, quâ explicatum est, quis docere teneatur aliquem ex rebus alienis locupletatum esse, non inutilis est quæstio, quemadmodum formandi super eâ re sint articuli probatorii? quare de his quoq; paucis videamus.

1 Locupletiorem † igitur factum esse pecuniis nostris sic ponemus: Primùm, eas pecunias à nobis erogatas esse ad solvendos creditores adversarii, quibus solvendis aut non omninò suffecêre bona ejus; aut si suffecissent, aliæ tamen res ejus salvæ sint, ex quarum precio dissolvi omninò æs alienum oportuisset. 1. Modus.

text. in l. si fundus. 13. in fi. ff. de reb. eorum qui sub tutel. fac. l. idemq; & in fundo. 10. §. fin. ff. mandat.

2 Item † si quid alterius rei sibi omninò necessariæ comparâsse Reum doceamus, licet ea res, mox post emtionem naturâ perierit. 2. Modus.

text. in l. verum. 11. §. sciendum autem. 3. ff. de minor. l. in pupillo. 47. § planè. 1. ff. de solut. gl. in l. eum qui fin. in verb. locupletior. C.

de usucap. pro emtore. l. sed et si lege. 25. § item si rem distraxit. 1. ibiq; gl. in verb. non videbitur. ff de petit: hæredit. Mascard. de probat. concl. 1165. incip. Quod de se Cicero. n. 2. vers. tertiò quando talem rem emit, &c.

3 Quod † si in rem conversa est, quæ functionem recipit in genere suo, velut in pecuniam, aut quid simile, nihil amplius quærimus, necessaria, an non necessaria Reo fuerit ejus rei permutatio, sed omninò locuples factus videtur, licet res postea deperierit.

l. si ipsa res. 18. in pr. ff. quod metus causa. Mascard. de probat. d. concl. 1165. n. 4. ibi. postremò si pecunia, &c.

4 Harum † enim rerum casus fortuiti nihil petitori adferunt præjudicii.

5 *l. incendium. 11. C. de reb. credit.* Non † obstat his, *l. si mulier. 29. in pr. ff. de donat. int. vir. & uxor.* quia ibi non in pecuniam aliamvè rem fungibilem, sed in servum facta est conversio, manet igitur sub regula,
6 *quam tradidi suprà n. 2.* unde † non placet solutio Mascardi. *d. concl. 1165. n. 4. vers. cui quidem textui, &c.*

3. *Modus.* 7 Tertiò, † cum locupletiorem esse aliquem effectum docere instituimus, eò quoq; dirigi possunt articuli, ut ostendamus, rem sive pecuniam nostram adhuc salvam exstare penes adversarium,

text. in §. at ex contrario. 3. vers. sin autem

ali-

aliter. Instit. quib. alienare lic. vel non. gloss. in l. eum qui fin. in verb. locupletior. C. de usucap. pro emt. Fachin. lib. 2. controvers. jur. cap. 45. incip. Minorem. col. 2. vers. argumenta sunt ista, &c.

8 etiamsi † ejus rei sive pecuniæ contemplatione, aliis rebus suis latiùs usus sit.

text. in l. sed etsi lege. 25 §. si quis re sua latiùs 12. ibiq. Bartol. eum textum ita summans. ff. de petit. hæreditat. addit ad Paull. Castrens. in l. sequitur. 4. § fructus. 5. sub n. 2. ad verb. quatenus est effectus locupletior ff. de usucap.

9 Sed † etsi res nostra ab adversario distracta est, locupletior tamen factus creditur, si precium adhuc penes eum exstat, 4. Modus.

text. in l. item si verberatum. 15. §. si quis rem. 1. & §. seq. ff. de rei vindicat. & in l. si non sortem. 26. §. libertus. 12. vers. nempè hoc solùm refundere debes ff. de condict. indeb.

10 vel † alia res ex eo precio comparata est: 5. Modus.

text. in l. sed etsi lege. 25. § item si rem distraxit. 1. ff. de petit. hæredit. gloss in l eum qui, fin. in verb. locupletior. C. de usucap. pro emt. Mascard. de probat. d. conclus. 1165. nu. 4. ibi, postremò si pecunia, &c. Fachin. lib. 2. controversiar. jur. d. cap. 45. d. vers. argumenta sunt ista, &c. fac. c. cum tu. 5. vers. possessiones verò. ex. de usur.

6. Modus. 11 Vel † deniq; tametsi res ea consumta sit, tantundem tamen adversarius etiam eâ re destitutus, ex suo patrimonio fuisset victus cæterarumq; necessariarum rerum causâ consumturus.

d. l. sed & si lege. 25. §. quod autem. 16. ff de petit. hæredit, text. in d. l. si non sortem. 26. §. libertus. 12. ibi. vel si meis sumtibus, &c. ff. de condict. indeb. gloss. in l. indebiti. 15. in pr. in verb. percepit. ff. eod tit. de condict. indeb. Fachin. lib. 2. controv. jur. d. cap. 45. d. vers. argumenta sunt ista, &c. Cæsar Barzius decis. 57. incip. In judicio moto. nu. 13. vers. negari non potest quin de purgatione, &c. junct. n. 14. & n. 16. 17.

QVÆ-

QVÆSTIO XXXIII.

An vicinus, in parte lacus vicini exſiccatâ gramen colligens, eam partem contra dominum lacus præſcribat?

SVMMARIA.

1. *Flumina funguntur cenſitorum vice.*
2. *Flumina alluvione uni auferunt & adijciunt alteri.*
4. *Forma fundi mutatâ, poſſeſſio & proprietas eius amittitur.*
5. *Aquoſi loci præſcriptio interrumpitur, loco eo in terram mutato. Declaratur ibidem n. 87. 88.*
7. *Clara res demonſtratione non eget.*
9. *Terminorum collocatio acceſſiones futuras non impedit. Declaratur ibidem nu. 100. 101. 102. 103. 104.*
10. *Magiſtratus negligere non debet res civitatis.*
11. *Magiſtratus in officio ſuo, dolum, culpam latam, & levem præſtare debet.*
12. *Lacus partes duæ integrales alveus & aqua.*
13. *Noſtrum abſq; facto noſtro ad alium non transfertur.*

14. *Dominus ac possessor rei suæ à purganda ea non potest impediri.*

16. *Fines agrorum tacitis expressisq; partium assertionibus probantur, alijs maximè accedentibus adminiculis.*

17. *Fines probantur lapidibus antiquis, etiam inter partes, non omninò confessatis.*

18. *Fines census similitudine perpetuâ probantur.*

21. *Fructus rei non putantur esse, quæ non semper, sed aliquando tantùm ex re percipiuntur.*

23. *Fructus lacuum & stagnorum omnis in piscatione consistit.*

24. *Gramen in lacu ab exsiccatione crescens, ex accidenti non naturâ lacus est.*

Dictio, Interdum, accidens notat contra regulam eveniens.

25. *Naturalia cuiusq; rei non accidentalia spectari decet.*

26. *Natura constans & perpetua est, accidentia facilè dissolvuntur.*

27. *Possessio arguitur ex perceptione fructuum.*

28. *Possidere non creditur, quoquo modo aliquid fructuum percipiens, alio in possessione existente.*

29. *Gramen, lacus fructus principalis, esse nequit.*

30. *Possidere dicitur tenens partem rei principaliorem.*

31. *Possidente uno Sacristiam, altero reliquias, & paramenta: Sacristiam tenens possessor dicitur.*

32. *Possessor beneficij dicitur qui Ecclesiam, non qui fundus Ecclesiæ tenet.*

35. Pos-

35. *Possessio probatur omni actu, quo quis re, tanquam suâ, utitur.*

37. *Liberas ædes, quoad te habeo.*

38. *Lacuum fluminumq; privatorum natura est, ut æstate exsiccentur.*

39. *Naturalia rei non causant eius amissionem.*

40. *Naturalia servant non perdunt rem.*

42. *Lacus & stagna, exsiccatione, non amittunt terminos, nec alluvionis jus patiuntur.*

44. *Agri solum, meum esse non desinit, advectione terræ, sicut nec stercoratione.*

45. *Censum de fundo eundem capiens, præsumitur fundum non minuisse possessori.*

46. *Census ferè ad mensuram agri imponi solet.*

47. *Census, agro possessoris cultura meliorato, an augeri possit? & n. seqq.*

48. *Census, pro agro, à quocunq; possessore captus, merè realis est.*

50. *Census perceptio arguit percipientem non dominum agri, sed superiorem tantùm esse.*

51. *Emphyteusis, cum mensurâ, concessa, arguit concedentem, ex eâ mensurâ, finibusq; nihil sibi vindicare.*

52. *Terminorum designationes restrictionem operantur.*

53. *Ratio ubi eadem, ibi idem jus.*

54. *Reservatio nihil dat novi, sed jus, quod est, conservat.*

55. *Reservatio, non reperto reservabili, nihil operatur.*

56. *Reservatione frustrà nitimur, ubi non constat de reservato.*

57. Re-

57. *Reservationes, reservata in incerto esse, arguunt.*
58. *Possessio animo retinetur.*
59. *Detentatio animo retinetur.*
60. *Possessionis relinquendæ judicium aliquod adesse oportet, ut animus possidendi depositus præsumatur.*
61. *Possessionis amissio arbitrio judicis definitur.*
64. *Possidens fundi partem, totum fundum possidere creditur.*
66. *Factum cuiusq; ex regulâ juris communis interpretandum.*
68. *Naturales non accidentales causas facti spectamus.*
69. *Salvum quis sibi jus suum credidisse in dubio præsumitur.*
70. *Finibus in ampliandis duriores sunt leges adversus ampliantem, quàm in alijs acquisitionibus.*
71. *Vicinus finibus fundi vicini ex familiaritate usus præsumitur.*
72. *Possidere non creditur, ex familiaritate fundum vicini ingrediens.*
74. *Possessio non statim amittitur non utendo, sed ab alio exclusum esse oportet possidentem.*
76. *Censum solvens totum non potest suspicari dominum minuere sibi aliquid de fundo velle.*
77. *Detractio alteri sine iniuria fieri nequit.*
78. *Possidendi animum non deposuisse, asserentis nudo dicto creditur.*
79. *Lacum purgare actus facultatis est.*

107. *Administratoribus civitatis convenit augere bona civitatis.*

108. *Legis consilium sequens non reprehenditur.*

110. *Lucra inhonesta quærere nemo tenetur.*

111. *Conatus suos, juri non convenientes commodis alienis impendere indecens est.*

112. *Interesse non dicitur eius, qui lucrum alterius incommodo quæsiturus est.*

LAcum Sempronius ab universitate spirituali habebat, concessionis instrumento certis lapidum terminalium atq; circumjacentium pratorum demonstrationibus definitum, & unâ ex parte Universitatis prata attingentem: hic lacus cum propter humilitatem loci, crebris inundationibus esset obnoxius, cœpit eâ parte, quâ Universitatis prata attinet, magis magisq; seu exsiccari, seu terra fieri eminentior, herbam tamen sive gramen pabulo non satis commodum gignebat, sed ferè ulvam tantùm, & id genus alia in locis palustribus usitata: Unde effectum est, ut Universitas inter fœnificandum æstatibus maximè ficcioribus, in ipso etiam lacu, quoad sicco pede liceret, fœnum colligeret, piscatione relictâ possessoribus, ad ipsos usque lapides terminales, si quando id commodo possessorum fieri posset. Censum quoque possessores annuum lacus nomine jam olim præstari consuetum, quotannis persolverunt: Cum

Cum autem Sempronius, expurgare lacum à terra fæculentâ instituisset, ventumq; esset ad limites commemoratos, camq; pratorum mensuram, quæ investiturâ exprimeretur, prohibere eum voluit universitas, quòd hac lacus parte longissimo tempore usa esset, fœno, ut dixi, in eâ confecto, atq; demesso gramine: Quæ res non contemnendis defendi videbatur posse rationibus:

1 Principio † namq; certum est flumina censitorum fungi vice: *1 Ratio dubitandi.*

text. in l. ergò. 30. §. alluvio. 3. vers. flumina. ff. de acquir. rer. domin.

2 Ac † quæ uni de suo fundo per alluvionem aufe runt, alteriq; adjiciunt, ea fieri ejus cujus fundo accessêre.

l. adeò. 7. §. preterea. 1. ff. de acquir. rer. dom. l. quamvis. 1. in fi. C. de alluvionib. §. praterea 20. Instit. de rer. divis.

3 Præterea † cum lacum hunc Sempronius teneat lacus, non prati, jure; pars autem lacus controversa, prato similior sit, quàm lacui, amisisse partem eam videtur, propterea quòd forma ejus est immutata: *2. Ratio dubitandi.*

4 Forma † enim fundi commutata non tantùm possessio, sed & proprietas ejus amittitur:

Text. in l. si ager. 23. in pr ff. quemadmod usufruct. amitt Aym. de alluvionib. lib. 2. cap. 22. §. 2. incip. Multas ex adverso. n. 16. in fin.

5 Qua † ratione ubi lacum, ſtagnum, aliumvè locum aquoſum, longâ poſſeſſione capio, isq; ante finitam uſucapionem, omni deſtitutꝰ aquâ, terreus efficitur, interrumpitur præſcriptio propter interverſam prioris uſus qualitatem.

Bald. in l. un. n 39. verſ. idem econtra, & c. C. de confeſſ.

3. Ratio dubitandi.

6 His † omnibus tempus accedit longiſſimum, quo univerſitas pratis ſu[illegible], ultra limites, uſa eſt:

7 Præſcriptionis † autem jura tàm ſunt nota, ut Soli meridiano mortalem inferre lucem haud immeritò dixeris, pluribus ea conantem demonſtrare.

quemadmodum Quintilianus loquitur lib. 5. oratoriarum Inſtit. c. de uſu argumentorum. 12. col. 3. verſ. in rebus verò apertis, & c. quem ex noſtris ſequuntur Roland. à Vall. conſ. 70. incip. quoniam in rebus claris. n. 1. lib. 1. Zunt. in reſpon. pro uxore n. 117. ibi. & argumentari in rebus claris, & c. Sufficiat allegaſſe Hieron. de Monte in tract. finium regund. c. 76. incip. & hic venit declarandum. nu. 16. ibi. aut loquimur, in alijs finibus, & c.

4. Ratio dubitandi.

8 Cui † præſcriptioni nihil obſtat, quòd prata univerſitatis certos habent limites:

9 Terminorum † enim, ſive limitum collocationes nihil impedimenti afferunt futuris agrorum acceſſionibus.

Bald. in c. 1. § ſi quis de manſo. 5. n. 3. col. 2. verſ. quia natura terminorum non eſt, & c. ſi de inveſt. feud. controv. fuer.

Quæ

10 Quæ † omnia sanè quàm maximè heic, attendenda videntur esse magistratibus universitatis, qui negligere temerè non debent, res ad rempublicam pertinentes. 5. Ratio dubitandi.

l. Imperatores. 10. §. item rescripserunt. 4. ff. de administ. rer. ad civitat. pertinent.

11 Atq; † in officio suo, non dolum modò, sed latam quoq; negligentiam & hoc amplius etiam diligentiam debent,

text. in l. magistratus 7. ff. de administr. rer. ad civit. pertinent.

Verum hæc & id genus similia me non impediunt, quò minùs secundum Sempronium judicandum esse existimem: Constat enim in præsenti negocio Sempronium ejusq; antecessores saltem ante præscriptionem, sive alluvionem, seu quo alio res hæc nomine appellari queat, dominos fuisse totius lacus, † hoc est, tàm fundi seu alvei, quàm aquæ alveo insidentis, Decisio.

12

per tradita Curtij senioris cons. 72. incip. Magnifice vir excellens Doctor, in addit. verb. adde quod concessa aqua fluminis, &c. & verb. ult.

& quidem usq; ad terminos sæpeq; commemoratam pratorum universitatis mensuram:

13 Firmissima † est autem juris regula, non posse ea quæ nostra sunt, absq; facto nostro ad alium transferri.

text in l. id quod nostrum. 11. ff. de reg. jur. Pet. de Vbald in terminis terminantibus loquens finium.

nium. in tract. de duob. fratrib. quinta part. prin. n. 31. vers. quia quod nostrum est, &c.

14 Igitur † si ostendero, neq; dominium neq; possessionem lacus, unquam à Sempronio vel auctoribus ejus discessisse; planum ut opinor, factum erit, non posse eum à purgando lacu; ad veteres usq; terminos ullâ ratione prohiberi.

arg. l. in re mandata. 21. C. mandat. l. non usq. 2. ff. si à parente quis manumiss. fuer.

1. Ratio decidendi.

15 Inprimis † autem attendendum heic esse censeo, quòd Universitas investiturâ suâ Sempronio factâ, lacum ejus descripsit, nominatim expressâ mensurâ pratorum suorum, ad quæ lacus attingeret:

16 Certum † est enim, quod per hujusmodi non expressas tantùm, sed etiam tacitas partium assertiones, agrorum fines distinguantur, concurrentibus maximè aliis quoq; argumentis,

Hieronym. de Monte in tract. finium regund. c. 17. incip. Sed quia signa notabiliora. n. 10. ibi. vel etiam fines, &c.

17 velut † lapidibus antiquis, (etiamsi ab his qui modò de finibus controvertunt, nec collocati eò sint, nec inter ipsos usquequaq; de veritate finium conveniat,)

Hieron. de Monte in d. tract. fin. regund. c. 19. incip. lapidibus terminorum. n. 1. Masc. in d. de probat. concl. 400. incip. confines probari. n. 1. & n. 3. ibi amplia & intellige, &c.

18 & † perpetua census similitudine.

arg.

arg. l. in finalibus. 11. ibi, & censui autoritate. ff. fin. regund.

19 quæ † utraq; adesse heîc, patet ex facti narratione, & his quæ pòst differemus.

infra. n. 45. & seqq.

20 Præterea † lacus iste, ne eâ quidem parte, quâ versus limites supradictos altius assurgit, quidquam habet solidi graminis, sed ulvam tantùm, fœno aut pabulo animalium minùs accommodatam, totusq; ejus usus etiam ad fines usq; suos in piscatione, exigu' verò in graminatione consistit, eaq; ipsa graminatio, quando accidit, non semper nec omni anno fieri utiliter potest, sed tantùm æstatibus siccioribus. *2. Ratio decidendi.*

21 Sed † verum est, quæ non semper, sed aliquando tantùm, de fundo possunt percipi, ea non reputari in fructu fundi, nisi & fructus ipsius fundi eâ ex re constet.

text. quem ad hoc singularem & omninò aureum judico in l. venationem. 26. ff. de usur. junct. l fundo legato. 22. in fi. prin ff. de fund. instruct. vel instrum. leg.

22 Quæ † omnia licet non ita essent plana atq; perspicua; tamen quia palàm est, hunc lacum & naturâ situq; loci, & Universitatis concessione, lacus jure censeri, non potest prædicta graminatio seu fœnificatio hoc casu in fructu computari: *3. Ratio decidendi.*

23 cum † omnis lacuum & stagnorum fructus ex piscationibus constet.

Harprecht. in §. feræ igitur bestiæ. 12. n. 62. vers.

vers. primò quia omnis lacuum & stagnorum fructus, &c. Instit. de rer. divis.

25 Et † quanquam ab exsiccatione aliquid in lacu graminis nascitur, id tamen ex accidenti est, non naturâ lacus,

per modò dicta n. 13. quibus adde l. lacus. 12. ibi. licet interdum ff. de acquir. rer. dom. ubi dictio Interdum, arguit hoc de quo dicitur, fortuitum esse & exceptionis accidentariæ, regulamq; versari in contrario. Iason in l. jurisgentium. 7. §. Prætor ait. 7. n. 22. ibi. adde secus esse in dictione Interdum, &c. ff. de pact.

26 At † in omni re naturalia tantùm ejus spectamus, non quæ ab accidenti, seu extrinsecus ei eveniunt.

l. qui habent 3. in pr. ibiq. Bart. hanc l. ita summans. ff. de tutel. l. naturalem. 5. §. illud. 1. & §. apium. 2. ff. de acquir. rer. dom. § illud. 13. & § pavonum. 15. Instit. de rer. divis. l. tutor. petitus. 28. §. quæ tutoribus. 1. in fi. ibi. ut filius, non ut tutor ff de excusat. tut. l. profectitia. 5. §. Papinianus. 12. ibi. magis eum quasi patrem quàm quasi curatorem. ff. de jure dot. l. Aurelius. 28. § Titius. 3. in fi. ibi. propter naturalem affectum, &c. ff. de liberat. legat. l. si quis posthumos. 9. in pr. ff. de lib. & posthum. l. si quis. fin. C. de his qui ven. ætat. impetrav. gl. in l. certi condictio. 9. in pr. in verb. ex omni causa. in fi. ff. si cert. pet. Chassan. in consuet. Burgund. rub. 13. des forestr. §. le bois. 1. in pr. n. 6.

n.6. ibi naturalis enim causa potiùs, &c. Philip. Maßin. in rub. C. de eden. n. 86. vers. unumquodq; autem debet, &c. Rota Rom. decis. 69. incip. Fuit resolutum ex noviter deductis. n. 12. ibi, nam respondetur juramentum sortiri, &c. part. 2. in novißimis.

26 Nec immeritò: † natura enim constans est atq; perpetua, sed accidentia facilè dissolvuntur.

Matth. de Afflict. decis. 282. incip. Orta lite. n. 11. ibi, & propterea dicit Baldus, &c.

27 Quanquam † igitur ex fructuum perceptione argui solet possessio;

*l. Titia. 48. ibi. reditus exegit. ff. de solut. l. minus instructus. 2. ibi. ut dominum geßisse. & Bart. ibid. n. 3. vers. quia vidi eum locare, &c. C. de acquirend. poß. l. litibus. 20. C. de agricol. & censit. Alexand. cons. 25. incip. Attentis narratis in themate. n. 8. vers. quia perceptio fructuum, &c. lib. 5. Mascard. de probat. conclus. 1183. incip. Probari etiam possessio. nu. 1. & 2. Balb. in repet. l. Celsus. 27. part. 4. prin. incip. Primò quærit Bartolus. n. 1. vers. prima conclusio est, &c. & n. seqq. ff. de usucap. Menoch. de retinend. posseß. remed. 3. ex interdicto uti poßidetis. n. 564. ibi. tertiò probatur possessio, &c. ubi hanc dicit omnium * esse unanimem sententiam. Paris. cons. 107. incip. Laboriosa potiùs. n. 21. ibi. & idem Socinus, &c. & n. 22. lib. 1.*

28 Tamen † possidere non creditur, quoquo modo aliquid fructuum ex fundo percipiens, cum

reipsa constat alium in fundi possessione existere.

Menoch. de retinend. possess. d remed. 3. n. 566. ibi. declaratur secundò, &c. & n. 567. vers. declaratur non procedere cum constat, &c. & n. 570. vers. declaratur primò ut non procedat, &c. Mascard. de probat. d. concl. 1183, n. 11. ibi. secundò limitatur, ut non procedat quando reipsa constat alterum, &c.

4. Ratio decidendi.

29 Sed † & si graminatio seu fœnificatio, quadantenus in fructu lacus posset computari, fructus tamen esset minùs principalis.

per ea quæ suprà 21. 22. 23. 24. 25. 26. dicta sunt.

30 Quoties † autem de possessione quæritur, is dicitur possidere, qui partem rei tenet principaliorem.

Bald in l. un. n. 1. vers. Guido sentit quod ille, &c. ff. de offic. præfect. Augustal. Fulv. Pacian. de probat. lib. 2. c. 31. incip. altera dignitatum, n. 14. ibi. veluti quando quæretur, quis esset possessor, &c.

31 Unde † cum alter est in possessione Sacristiæ, alter verò reliquiarum, & eorum quæ ad instruendam Sacristiam pertinent, is qui Sacristiam tenet, possidere dicitur non alter.

Bald. in d. l. un. n. 1. vers. extra hac lex inducitur. &c. ff. de offic. Præfect. Augustal. Fulv. Pacian. de probat. lib. 2. d. c. 31. n. 16. ibi. ex quo subdit præferendum esse illum, &c.

32 Similiter † is pro possessore beneficii habetur, qui Ecclesiam tenet, non qui possessiones vel fundos Ecclesiæ obtinet. *Bald.*

Bald. in d. l. un. n. 1. in fi. ff. de offic. praefect. Augustal. ubi haec omnia benè notanda esse dicit. Fulv. Pacian. de probat. lib. 2. d. c. 31. n. 15. ibi. ubi ait illum dici possidere, &c. faciunt dicta Baldi in rub. ff. de rer. divis. n. 25. vers. & est argumentum quod si unus tenet Ecclesiam, &c.

33 Heîc † autem Sempronius citra ullam Universitatis contradictionem tenet lacum ipsum & principalem ejus utilitatem, jus nempe piscandi, quousq; aqua etiam uberius excurrens (si tunc piscari commodum ipsi videretur) quàm maximè sese extendit:

34 Igitur † ipse pro possessore habendus est, non Universitas quae foenificationem saltem, fructum lacus minùs principalem, usurpavit.

35 Tametsi † quoq; generaliter, potissimùm autem in re sterili, possessio vel sine fructuum perceptione probetur per omnem alium actum, quo quis tanquam jure suo, sive tanquam dominus re aliquâ utitur: 5. Ratio decidendi.

*Ioan. Francis. Balb. in repet. d. l. Celsus. 27 d. parte 4. incip. Primò quaerit Bartolus. nu. 2. vers. addo quod sufficit si quis probet, &c. & paullò pòst vers. sed quid si ex re nullus percipitur fructus, &c. & n. seqq. ff. de usucap. Menoch. de retinend. poss. d. remed. 3. n. 576. ibi. decimò probatur possessio &c. Masc. de prob. d. concl. 1183. n. 12. vers. quartò declaranda est, &c. & n. seqq. usq. ad fin. ubi hanc communem * appellat Ioseph. Ludov. concl. 71. incip. Causa turbatae possessionis. n. 31.*

 ibi.

*ibi. & dicit unum notabile verbum, &c. ubi etiam communem * hanc agnoscit.*

36 Tamen † heîc neq; in sterili re versamur, sed in lacu piscabili : neq; ullum alium actum allegat, vel docet universitas, præter graminationem fœnivè confectionem : hactenus igitur nihil universitati possessionis assertum est : eaq; † de causa haud immeritò ei objiciet Sempronius, se quoad ipsam ædes habere liberas.

37

l. loci. 4. §. competit. 7. in fi. ff. si servit. vindicet. Cavalcan. de tutor. & curat. n. 43. quia quoad eum dicere posset civitas, &c.

6. Ratio decidendi.

38 Lacuum † porrò fluminumq; privatorum, ea est natura, ut æstate penè omninò exarescant, vel certè perpusillum aquæ contineant, adeò ut interdum vix ad lavandum sufficiant.

Bald. in l. item lapilli. 3. n. 5. vers. & hoc de privato flumine, & c. ff. de rer. divis. & fac. text. in l. lacus. 12. in pr. ff. de acquir. rer. domin.

39 Quod † autem ad rei cuiusq; naturam pertinet, id amissionem ejus parere domino nequit.

arg. l. sicut. 45. ff. de usufruct. l. si cui. 1 § sed & si vicinus. 22. ff. de aq. pluv. arcend. l. obligationum. 43. §. circa diem. 1. in fi. ff. de oblig. & act. text. in l. ex emto. 11. §. & in primis. 1. vers. quod si nihil. ff. de act. emt.

40 Quippe † naturalia quæq; rem non perdunt, aut evertunt, sed conservant, uti in quibus vita potiùs ac permanentia rei consistit.

ut Baldi verbis utar in c. inter dilectos. 6. n. 8. vers.

vers. est autem natura, & c. ex. de fide instrum. quem refert & sequitur Rebuff. in l. creditores. 10. col. 12. in verb. natura. ff. de verb. signif.

41 Quocirca † & hæc, quæ lacui Semproniano accidit, exsiccatio, nihil de proprietate ejus abstulit.

42 Omnium † autem fortissimum pro Sempronio est, quod Alfenus & Callistratus ajunt stagna lacusq; cúm aut crescunt aut decrescunt aut etiam exarescunt, suos tamen retinere terminos, & nunquam neq; accessionem neq; decessionem in eos vicinis, facere licere, adeò ut nec alluvioni ullus in iis locus relinquatur: 7. Ratio decidendi.

text. in l. vicinus. 24. §. lacus. finali. ff. de aqua & aq. pluv. arcend. & in l. lacus. 12. in pr. ff. de acquir. rer. domin.

43 Quod† si ita est, Sempronianus etiam lacus, quoad terminos veteres attingit, Sempronio manet imminutus, licet hodiè pars ejus exaruerit.

44 Pari † ratione, etiamsi terra terræ lacus mei superinvehatur, non magis tamen solùm meum esse definit, quàm stercorato agro. 8. Ratio decidendi.

text. in l. cum usumfructum. 24. §. fin. in fi. ff. quib. mod. ususfruct. amitt. quem ad hoc in hisce terminis usurpat Ioan. Baptist. Aym. in tract. de alluvione. lib. 2. cap. 22. §. 2. incip. Multas ex adverso. n. 15. vers. adde legem cum usumfructum, &c.

45 Præterea † universitas veterem de lacu censum etiam hodiè capit à Sempronio, quod & ipsum argumento est nihil eam Sempronio de lacu imminuisse, 9. Ratio decidendi.

per tradita Baldi conf.293.incip.thema integrale. in fi.ibi.ex cuius etiam quantitate perpendi potest, &c. lib. 4. & faciunt in argumentum quæ de precio arguit idem Bald. in rub. ff. de rer. divis.n. 28. vers. quia precium est correspondens,&c.

46 cum † ferè ad mensuram agri hic imponi censuș soleat:

text. in l. munerum. fin. §. præterea. 25. ff. de muneribus & honor. fac. l. forma. 4. in pr. ff. de censib.

47 Neq; † est quòd existimes, fructuosiorem hodie lacum effectum à Sempronio quàm olim fuerit, eamq; non mutati census causam esse posse:

48 quia † cum iste census merè sit realis, qui pro re præstatur, quicunq; tandem possideat, civis, incola, municeps an extraneus:

l. rescripto 6 §. sed enim. ff. l. munerum. fin. §. patrimoniorum. 21. & §. seq. §. sive autem. 29. ff. de muner. & honor. Adolph. Knoblauch. inter consilia Kirchovij. conf. 44. incip. Non alienum esse puto. n. 2. vers. quandoq. imponitur sumtus, &c lib 4. Flores Diez de Mena lib. 1. practicarum quæstionum. quæst. 21. incip. Pro introductione n. 7. vers. & appellantur merè realia, &c.

49 non † possunt, aut solent hujusmodi census augeri facilè, etiamsi fundus effectus sit possessoris curâ fructuosior.

text. in l. ea quæ. fin. §. similiter. 1. ubi Bald. in pr. C. de allav. l. quicunq; desertum. 7. in pr l. si quis auctoritate. 16. C. de omni agro deserto. l. cum satis, 23. §.

23. § caveant. 2. C. de agricol. & censit. l. quisquis. 1. C. in quib. caus. coloni censiti dominos accusare poss. lib. 11. fac. c. consultationi. 33. ex. de privileg. Pet. de Vbald. cons. 1. incip. in agro Alexandris. n. 1. 2. & 8. vers. his sic præmissis, &c. quod subiectum est tractatui eius de duob. fratrib.

50 Atq; † hæc multò maximam, nostrâ in specie vim habent, quod census perceptio, omnem dominii rationem, à percipiente removet, tantumq; simplicem ei in fundo superioritatem esse arguit.

text. in c. omnis. 2. in fi. ex. de censib. gl. in c. constitutus. 6. in verb. recompensationem in fi. ex. de religios. domib. Felin. in c. ad audientiam. 13. n. 20. vers. vera solutio est, &c. ex. de præscript. Alciat. in terminis lacus loquens. respon. 107. incip. Existimarem in causa communitatis. n. 2. vers. & istud præsupponit sententia, &c. & n. 3. ibi. qui census arguit, &c. lib. 5. Felician. de Solis in proœmio tract. de censib. n. 9. ibi. quartò census accipi solet, &c. Alvar. Valasc. in tract. de jur. emphyt. quæst. 32. incip. Præmittere oportet. n. 6. ibi. quinto modo, &c. & n seq. & decis. Lusitan. 35. incip. in hac quæstione. in prin.

51 Quando † etiam dominus directus investit emphyteutam, in certo fundo, sibiq; instrumento investituræ certam adjacentium agrorum mensuram verbis disertis adscribit, ac simul fundos cæterorum finitimos denominat, tunc hæc ipsa suorum agrorum ac limitum determinatio, certum est argumentum, non plus eum ex fundo in emphyteusin concesso sibi vindicare. *Sic* **10. Ratio decidendi.**

Sic in terminis Parif. conf. 107. incip. Laboriosa potiùs. n. 5. ibi. ex quibus instrumentis & contentis, &c. usq; ad n. 6. lib. 1.

potiusq; legem quasi statuere sibi ne vel in posterum quid, hoc casu à vicinis acquirat.

Petrus de Vbald. in tract. de duob. fratrib. quinta part. prin. n. 31. vers. secundò, quia ex quo territoria fuerunt adsignata, &c. mihi pag. 179. & vers. tertiò facit, &c. pag. 180.

52 Nam † hujusmodi terminorum ac mensurarum designationes palàm operantur restrictionem,

Menoch. conf. 515. incip. jure existimo dominam Angelam Mariam. nu. 11. ibi. nam designatio operatur, &c. pro quo est Brun. conf. 127. incip. Dum dubitatur. col. 9. versic. quod si septimam assumamus, &c. Cravet. conf. 293. incip. Ardua admodum offertur quaestio. n. 4. vers. & sic venditio fuit limitata, &c. & n. seq. Menoch. lib. 3. praesumt. 91. incip. Posteaquam cepimus. n. 33. ibi. quartum est exemplum, &c. Natta conf. 204. incip. Vertitur controversia. num. 1. vers. & inclusum est in finibus, &c.

53 In † proposito autem casu similis Sempronio circa lacum suum ceu fundum censiticum per universitatem investitura facta est: quare & heîc idem quod illic, jus constituendum est.

l. illud. 32. in pr. ff. ad l. Aquil.

Neq; obstat, quod in fine investiturae vulgata illa clausula adjecta reperitur; salvum esse universitati jus suum debere: quia id ad ea tantùm pertinet,

tinet, quæ habet Universitas, non quæ non habet.

54 Reservatio † enim nihil dat novi, neq; confirmat nondum valida, sed tantùm jus vetus, si quod est, conservat, eo quidem in statu ac conditione, in qua tunc est, cum reservatur.

Iason in l. si quis legaverit. 72. n. 2. vers. item reservatio nihil juris, &c. ff. de legat. 1. Socin. jun. cons. 65. incip. Cum in præsenti casu. n. 81. ibi. ista enim reservationes, &c. lib. 1. Cæpoll. cons. 25. incip. In Christi nomine ac invocata Spiritus sancti gratia, ex quæstione. n. 21. vers. quia dicendo salvo jure, &c. lib. 1. Cravett. cons. 15. incip. Factum ita proponitur. n. 2. vers. & natura reservationis non est jus tribuere, &c. & cons. 29. incip. Pro clariori declaratione. n. 8. ibi. quia reservatio fit ad conservandum, &c. & paullò pòst. vers. ubi quod reservatio nihil juris de novo, &c. & cons. 33. incip. Nobiles domicellæ. n. 20. ibi. ob id illa reservatio operari nō potest, &c. & cons. 127. incip. In contractu matrimonij. n. 7. vers. & dico quod illa reservatio, &c. & cons. 144. incip. Magnificus quondam dominus Vrbanus. n. 15. vers. quia natura retentionis, &c. Cephal. cons. 370. incip. transactionem inierunt. n. 60. ibi. natura enim reservationis, &c. & n. 61. lib. 3. Cavalcan. decis. 22. incip. Quoniam ex facto. n. 61. ibi. & certum est, quod natura reservationis, &c. part. 3. Philip. Mattha. inter consilia Marpurgensium

conſ. 21. incip. Dieweil der *caſus, n. 21. ibi. atq; hinc eſt, quod vulgò dici ſolet, &c. lib. 1. Cæſar. Barzius deciſ. 53. incip. obtinuerat D. Franciſcus n. 23. ibi. nec dicatur reſervationem, &c. Menoch. in reſponſo 2. cauſæ Finarienſis art. 1. n. 57. ibi. reſervationem illius eſſe natura, &c. & conſ. 341. incip. De propoſitis egregijs. n. 17. verſ. nec repugnat quod natura reſervationis, &c. lib. 4.*

55 Adeò † ut nihil operetur reſervatio, ſi non reperiat jus aliquod reſervabile.

text. in l. ſi quis duas. 6. §. ſi in venditione fin. (alias eſt. l. ſi in venditione. 7.) in fi. ff. commun. prædior. Iaſon in d. l. ſi quis legaverit. 72. n. 2. ibi. reſervatio non reperiens, &c. ff. de legat. 1. Crav. d. conſ. 15. n. 2. verſ. natura enim reſervationis eſt, &c. & conſ. 127. incip. In contractu matrimonij. n. 7. verſ. & ſi nullum jus competat, &c. Natt. conſ. 338. incip. Vltra ea. n. 3. verſ. per quem textum dicit ibi Angelus, &c. Oldrad. conſ. 214. incip. Factum tale eſt. n. 3. ibi. cum ergò nullum jus, &c. Alexand. conſ. 28. incip. Viſis & accuratè ponderatis. n. 3. verſ. quod autem talis reſervatio, &c. lib. 1. Zaſ. conſ. 12. incip. Nobiles de A. n. 83. ibi. ſicut reſervatio ceſſat, &c. lib. 1.

56 Fruſtrà † igitur reſervatione nitimur, niſi jus ipſum cōſtet quod reſervatum eſſe contendim⁹.

text. in l. minor. 39. §. qui ſervum. fin. in fi. ff. de evict. l. ſi quis legaverit. 72. ff. de legat. 1. Cravet. conſ. 920. incip. Rectiſſimam ſententiam.

n. 1. ibi. jure illo certißimo, &c, ubi hoc jus certißimum esse dicit.

57 Ut † interea taceam, quòd reservationes hujusmodi plerumq; negocium, quod reservatur, in incerto adhuc versari arguant.

Cephal. d. cons. 370. n. 62. ibi. quæ conclusio nonò comprobatur, &c. lib. 3.

58 Porrò † certum est etiam quòd possessio animo solo retinetur, licet rem certis temporibus relinquamus, vel etiam alius interim naturaliter fundum nostrum ingrediatur. *11. Ratio decidendi.*

text. in l. poßideri. 3. §. sed et si. 7. & §. si quis nunciet. 8. vers. quod si servus. & §. saltus. 11. l. clam poßidere. 6. §. qui ad nundinas. 1. l. qui universas. 30. §. quod per colonum. 5. ff. de acquir. vel omittend. poß.

59 Atq; † ut possessio solo retinetur animo, ita & mera detentatio.

Ioan. de Imol. in l. si finita. 15. §. si quis metu ruinæ. 35. n. 168. ibi. nota secundum opinionem Cassii, &c. (per eum text. quem ad hoc dicit esse singularem) Bart. ibid. n. 2. ibi. item quæro an jus detentionis, &c. ibiq; Alex. in Apostill. ad verb. jus detentionis, &c. ff. de dam. infect. & Apostilla in corpore ad d. §. si quis metu.

60 Eam † ob rem necesse est, aliquem negligentiæ apparere qualitatem, ut conservandæ possessionis animum (quo civilem possessionem Interpretes definiunt) posuisse præsumamur.

text. in d. l. si finita. 15. §. si quis metu ruinæ.

35. ff. de dam. infect. l. quaratione. 9. §. alia causa. fin. ibiq́; gl. in verb. committit. ff. de acquir. rer. dom. l. falsus. 44. §. si jactum. 11. ff. de furt. Bart. in l. si de eo. 40. §. si fortè. 1. n. 4. vers. & quod ex qualitate negligentia, &c. ff. de acquir. vel omittend. possess.

61 Ergò † etiam cum alius in possessionem naturalem venit, non tamen ob id continuò amissa civilis creditur, ne si aliquid temporis intercesserit; sed judex, variis ex circumstantiis, modò neglectam, modò conservatam eam æstimabit, non habita ratione longo an non longo intervallo civilis possessor, naturalem extranei possessionem vel ignorârit vel etiam neglexerit.

Innocent. in c. querelam. 24. col. 2. in verb. de nov. ex. de elect. & elect. potest. Bald. in l. si aquam. 2. n. 49. ibi. sed quæritur an per negligentiam, &c. C. de servit. & aqua. Ioan. de Imol. in d. l. si de eo. 40. §. si fortè. 1. n. 5. vers. in glossa super verbo neglexerit, &c. ff. de acquir. possess. Rota Rom. decis. 4. incip. Nota quod ubi dicit se aliquis. n. 4. in fi. de restit. spoliat. in antiquis. Tiraquell. (tametsi dissentiens ipse) refert nonnullos in tract. de præscriptionib. §. 1. gl. 4 in verb. dix ans. col. pen. vers. & quanquam multi voluerunt, &c. tangit in genere Menoch. de arbitrar. judic. caus. lib. 2. cent. 1. casu 26. incip. Dubitare solent Interpretes. n. 2. ibi. secunda eorum fuit, &c. & est text. optimus in l. furtum. 37. §. fundi. 1. ff. de usucap.

fac.

fac. Rota Rom. decis. 21. incip. Nota primus & secundus. n. 4. ibi. sed quando debeat notabilis negligentia, &c. de concess. praben. in antiq. Innoc. in c. mandatur . 38. col. 3. vers. non autem credimus, quod si per annum, &c. ext. de rescrip.

62 Multa † autem hoc loco argumenta concurrunt, ex quibus arbitrari meritò judex debet, Sempronium ejusvè antecessores possessionem extremitatis lacus, ad lapides usq; terminales, de animo nunquam deposuisse:
63 nam † primò quidem maximam lacus partem semper & tenuerunt, & piscati sunt, quoad potuerunt, liberrimè, nemineq; impediente:

64 Qui † autem unam fundi partem possidet, is totum possidere fundum putatur, neq; necesse est ei, circumambulare, totum, eâ mente & cogitatione, ut totum fundum usq; ad terminum velit possidere.

text. in l. possideri. 3. §. & adipiscimur. 1. ff. de acquir. possess. Pet. Wesembec. cons. 3. incip. Der Fall verhelt sich. *n. 8. ibi.* Wann dann im Rechten/*&c.*

65 Ex † qua juris communis regula, Sempronii quoq; auctorumq; ejus mens æstimanda est,
66 Factum † enim cujusq; secundum juris communis regulas oportet interpretari.

text. in l. si duo. 30. in fi. ff. de acquir. haredit. l. quaro. 54. §. inter locatorem. 1. ibi. tamen verisimile esse, &c. ff. locati Cravet. cons. 91. incip. Nobiles Ioannes de Chamberanco. n. 8. ibi. sextò actus, &c.

 Simi-

67 Similiter † cum in naturalibus lacus totius fructibus percipiendis neq; Sempronius neq; auctores ejus ab Universitate sint impediti, attendi non debet, quod ipsi Universitatem in lacum usque fœnificando excurrentem tolerârunt; propterea quòd hoc Universitatis factum aut nihil, aut ex accidenti saltem ad fructum lacus pertinet:

uti suprà deductum est n. 20. & seqq. usq; ad n. 34. inclusivè.

68 Naturales † enim non accidentales rerum causas in factis hominum spectari convenit.

text. in l. tutor. 28. §. quæ tutoribus. 1. ibi. judicium patris ut filius. ff. de excusat. tut. l. profectitia. 5. §. Papinianus. 12. ibi. magis cum quasi patrem, &c. ff. de jure dot. l. Aurelius. 28. §. Titius. 3. ff. de liberat. legat. adde quæ dixi suprà n. 25. & infrà. n. 81.

69 Sed † & aliàs dictu proclivius est, in dubio quemq; jus sibi suum salvum & integrum manere credidisse.

l. sicut. 8. §. non videtur. 15. ff. quib. mod. pign. vel hypothec. solv. Rosenthal. de feud. c. 9. membr. 2. concl. 77. incip. Atq; de prima. n. 12. vers. siquidem scivit jus suum, &c. Ioan. Pet. Surd. de aliment. tit. 6. quæst. 3. incip. maxima est controversia. n. 3. ibi. quod in dubio præsumitur, &c. fac. l. cum de indebito. 25. in pr. vers. qui enim solvit. ff. de probat. cuius l. argumento etiam Surdus utitur modo d. loco. n. 2.

His

70 His † accedit, quòd ubi de finibus nostris, adversus vicinum nostrum extendendis, tractatur, durius nobiscum leges agunt, quàm cum aliis acquisitionibus nostris:

Pet. de Vbald. in tract. de duob. fratrib. d. quinta part. prin. n. 31. vers. & sic patet quod jura durius statuerunt, &c. mihi pag. 180.

71 Unde † profectum credo, ut cum vicinus agro vicini ultra suos fines utitur, id facilius ex familiaritate, quàm quo alio peculiari jure factum existimetur.

Alciat. in l. quinq. pedum. 5. nu. 26. vers. cum quicquid ultra possessum sit, &c. C. fin. regund. refert nec omninò improbat Hieron. de Monte in tract. fin. regundor. c. 76. incip. Et hic venit. num. 13. vers. sed potiùs quia qui illos possidet, &c.

Quæ omnia heîc eò promtius debemus admittere, quoniam Universitas non verum, ac proprium, seu principalem usum lacus, nempe piscationem habuit: sed graminationem tantùm, quæ hac in specie fructus nomen non meretur, ut sæpè jam commonui.

vide supra n. 21. 22. 23. 33. 67. & seqq.

72 Cæterum † qui jure familiaritatis amici fundum ingreditur, non videtur possidere, quia non eo animo ingressus est, ut possideat, licet corpore in fundo sit:

text. in l. qui jure familiaritatis. 41. ff. de acquir. possess.

Quòd

73 Quod † si, jure suo, usurpare quid, de lacu ultra limites, Universitas voluisset, prohiberi possessores lacus quandoq; oportuisset piscationem:

74 Quoniam † ne tunc quidem possessio amittitur, cum quis uno atq; altero anno possessione sua non utitur, sed demum si eam naturaliter aliquandiu omissam, postea cum repeteret, à novo possessore excludatur:

Innoc. in c. querelam. 24. col. 2. in verb. de novo. vers. & nota quod licet, &c. ex. de elect.

75 quantò † ergò magis hac exclusione opus erit, si prior possessor perpetuò in possessione permanserit?

76 Præter † hæc omnia cum censum quoq; veterem quasi de toto lacu Universitas semper sine diminutione susceperit, suspicari non debuit Sempronius, eam quid de lacu sibi voluisse detrahere,

arg. l. meritò. 51. ff. pro soc.

77 propterea † quod hoc vix sine injuria fieri potuisset.

per l. nam hoc natura. 14. ff. de condict. indeb. cum similib.

78 Deniq; † licet hæc universa non ita satis essent expedita; nudæ tamen asseverationi, dicentis nunquam se animum habuisse amittendi civilem possessionem, stari oporteret, donec probaretur contrarium.

Felin. in c. vigilanti 5. n. 10. col. fin. vers. & ibi etiam dicit standum esse, &c. & in c. causam quæ. 7. n. 12. vers. addentes quod standum est

dicto,

dicto, &c. ex. de præscript. Balb. in repet. Cel-sus. 27. vers. nunc venio ad secundam partem. n. 12. ibi. & nota singulariter, &c. ff. de usucap. pag. mihi 655. (ubi hoc singulariter notari jubet.) Pet. Wesemb. d. cons. 3. n. 31. vers. Und wann das Gegentheil vorwenden wolte. *&c. & n. 32. ubi etiam hoc pro singulari notabili agnoscit, & fundamentale dictum appellat.*

79 Præterea † purgare lacum suum actus est in mero domini cujusq; arbitrio atq; facultate consistens: *12. Ratio decidendi.*

arg. l. in re mandata. 21. ibi. ex proprio arbitrio. C. mandat.

80 Quod † autem à libera unius facultate pendet, faciat an omittat; isto an alio modo efficiat; id tametsi quis diutissimè non faciat, aut unum in eo faciendo modum observet, nulla tamen hinc alteri præscriptio generatur, contra hunc, aut ad porrò non faciendum, aut ad priorem in faciendo modum retinendum.

Molinæ. in consuet. Paris. tit. 1. §. 1. gloss. 4. in verb. mettre en sa main. n. 15. vers. quoniam in actibus qui dependent.

81 Quoties † etiam plures diversæq; facti nostri causæ rationesq; reddi possunt, quarum una cum alterà non convertatur, naturalem, magisq; convenientem, accidentali oportet anteponere. *13. Ratio decidendi.*

Bertrand. cons. 263. incip. Addendo allegationibus. num. 5. ibi. præterea quando ex pluribus

ribus, &c. lib. 7. adde quæ adduxi supra n. 25. & n. 68.

82 Præsertim † cum aliàs quoq; accidentia non facilè præsumantur.

Alciat. de præsumpt. in reg. 2. in pr. vers. & accidentia non præsumuntur, &c. Menoch. præsumt. 37. incip. Cum inconstantiæ vicium. n. 3. ibi. & accidentia, &c. & præsumt. 44. incip. De mutatione. n. 6. ibi accidentia autem, &c. & præsumt. 45. incip. Quæ ad finem. 65. vers. cum illud non præsumatur, &c. lib. 6.

83 At † enim lacum, quem pleno piscandi jure possideo, hunc consentaneum magis & naturæ & rationi est, ideò me non purgare, quod licentiam purgandi patere mihi semper existimem:

arg. cor. quæ tradit Ioan. Pet. Surd. de aliment. tit. 6. quæst. 3. incip. Maxima est controversia. n. 3. ubi ait, in dubio eâ de causâ quemq; præsumi quiescere, quod jus sibi suum durare credat.

quòd verò propter exsiccationem ejus, aut terræ inductionem, dominio terminisq; meis continuò cedere velim, aliiq; usucapiendi conditionem patefacere, id merum est accidens, juris etiam rationi non parum repugnans.

text. in l. lacus. 12. in pr. ff. de acquir. rer. dom. & vide quæ dixi suprà n. 63. & seqq. usq; ad n. 78. inclusivè.

84 Ad ea † quæ contrariam tuebantur sententiam, respondemus primùm, non de flumine heic nos tractare, sed de lacu, in quo alluvio nullum habet locum.

text.

text. evidentissimus in d. l. lacus. 12. in pr. ff. de acquir. rer. domin. & notavi suprà n. 42.

85 Formam † vero lacus seu exsiccatione,

text. modò d. l. lacus. 12. ibi. exarescant. ff. de acquir. rer. domin.

86 seu † adgestione terræ non mutari, manifestissimum est.

l. cum usumfructum. 24. in fi. ff. quib. mod. ususfruct. amittat. Aym. de alluvion. lib. 2. c. 22. § 2. incip. Multas ex adverso. n. 15. vers. per terram igitur, &c.

87 Quod † igitur de præscriptione afferebatur, quæ, lacu in terram converso, interrumpitur, id planè huc non pertinet, propter jura modò commemorata nominatim his adversantia:

88 Quanquam † aliâ quoq; ratione refelli objectio ista potest; hcic non de quęrendo lacu agere nos, sed eo, qui jam quæsitus est, retinendo; quibus in rebus permagna inest differentia:

89 Facilius † enim quæ nondum habemus acquirere impedimur, quam quæsita intervertantur.

c. ad apostolicam. 16. ibi quia multa fieri prohibentur. ex. de regularib. & transeuntib. ad relig. l. patre furioso. 8. ibiq. gl. in verb. retinere. & Iason n. 7. vers. primò quod facilius impeditur aliquid faciendum, &c. ff. de his qui sunt sui vel alien. juris. idem Iason in l. si reus. fin. num. 2. vers. adde pro ista limitatione primò facere, &c. ff. de pact. & in l. universa. 4.

 n. 11.

nu. 11. verſ. ratio diverſitatis eſt, quia actus, &c. C. de precib. Imperat. offer. & in l. rem non novam. 14. in fi. C. de judic. Ludov. Roman. conſ. 215. incip. Duo ſunt quæ principaliter. n. 6. ibi. ultimò accedit regula, &c. (ubi hanc regulam appellat.) Frideric. Pruckman. de regalib. §. ſoluta poteſtas part. priore cap. 4. memb. 2. effect. 5. n. 29. ibi multa enim etſi fieri prohibeantur, &c. mihi pag. 449.

90 Quod † autem, tertio loco de Univerſitatis præſcriptione objiciebatur, ejus quoq; perfacilis eſt
91 & promta defenſio: Qui † enim præſcriptione nititur, hunc probare ipſam oportet, cum omnibus ſuis qualitatibus, ſive requiſitis, ad eam neceſſariis, aliàs ſuccumbit:

Bald. de præſcript. 3. part. 3. part. prin. quæſt. 3. n. 7. ibi. poſtremò nota circa iſtam partem, &c. pag. mihi. 187.

92 Ac † præter cætera quidem ut præſcriptione aliquid acquiratur, neceſſe eſt præſcribentem poſſi-
93 dere id, quod capere longo uſu cogitat, cum † ſine poſſeſſione nulla cuiquam contingere poſſit uſucapio.

l. ſine poſſeſſione. 25. ff. de uſucap. c. ſine poſſeſſione. 3. ex. de reg. jur. in 6. Iaſ. in l. ſi is qui pro emtore. 15. n. 23. verſ. & ſine poſſeſſione non poteſt, &c. ff. de uſucap. Balb. de præſcript. 1. part. 3. part. prin. quæſt. 6. n. 2. verſ. ideò non procedit præſcriptio, &c. pag. 67. Henning. Göden. conſ. 39. incip. Omnipotentis Dei ſuffragio

invocato omissis ambagibus. n. 37. ibi. sed sine possessione præscriptio, &c. & cons. 75. incip. Iesu Christi Domini nostri cuius nunc adventum. n. 9. ibi. & si non potuerunt habere possessionem, &c. & cons. 109. incip. Der Hochgeborne. *n. 288. ibi. aliàs quis non præscribit, &c. Schneidevin. super Instit. de usucap. in pr. requisito quinto. n. 53. vers. sine possessione enim præscriptio, &c.*

94 Nihil † autem heîc Universitatem de lacu possedisse suprà planum fecimus.

de n. 15. usq. ad n. 78. inclusivè.

95 Et † quanquam Universitas extremitates lacus fœnificando usurpavit, nunquam tamen possessionem earum saltem civilem Sempronius ejusvè auctores omiserunt.

dixi suprà n. 58. & seqq. usq. ad n. 78. inclusivè.

96 Etsi † igitur civilis possessio sola sine naturali ad præscribendum sufficit:

*Felin. in c. causam quæ. 7. n. 13. vers. civilis autem sine naturali, &c. ex. de præscript. Dyn. in d. c. sine possessione. 3. n. 31. ibi. dico igitur reassumendo, &c. ibiq. Apostilla ad verb. civilis. communem * hanc appellans. ex. de reg. jur. in 6. Balb. in repet. l. Celsus. 27. part. 2. prin. incip. nunc venio ad secundam partem principalem. n. 10. ibi. ratio huius conclusionis, &c. ff. de usucap.*

97 Sola † tamen naturalis ad usucapionem minimè sufficit,

*Felin. in d. c. causam quæ. 7. n. 13. vers. & quamvis naturalis possessio, & c. ex. de præscript. Dyn. in d. c. sine possessione. 3. n. 32. ibi. item quod naturalis sola, &c. ex. de reg. jur. in 6. Ias. in l. si is qui pro emtore. 15. n. 25. vers. item communis opinio glossa, &c. ff. de usucap. ubi hanc ait esse communem. * Pet. Paul. Paris. cons. 113. incip. Dixi in consilio. nu. 25. vers. civilis enim possessio est illa, &c. lib. 1. ubi dicit, hanc omnium sententiam esse.*

alio civiliter possidente,

Dyn. modò d. c. sine possessione. 3. in fi. ex. de reg. jur. in sexto. Schrader. de feudis part. 5. cap. 4. incip. Secundò feudum acquiritur. nu. 23. ibi. his adde quod hæc præscriptio, &c.

98 Rem † enim occupans, non statim incipit usucapere, sed demum posteaquam alter, qui naturalem possessionem amplius non habet, ipsam quoq; civilem amiserit.

Felin. in c. vigilanti. 5. n. 10. col. fin. vers. & intelligas quando occupans, &c. ex. de præscript. subdens hoc diligenter esse notandum. Dyn. in d. c. sine possessione. 3. n. 35. ibi. dico ergò quòd quàm diu absens retinet, &c. ex. de reg. jur. in 6. Balb. in d. l. Celsus. 27. d. part. 2. prin. n. 9. vers. sed si alius possideat civiliter, &c. ff. de usucap.

99 Unde † generaliter traditum est, præscriptionem contra civiliter possidentem non procedere.

Dyn. in d. c. sine possessione. 3. n. 33. vers. fateor

quod

quod contra civiliter possidentem, &c. ext. de reg. jur. in 6.

100 Quartum † argumentum adversarium, quo asserebatur, terminorum adjectiones non impedire novas acquisitiones, id operari nonnihil posset, si Universitas quæsiisset aliquid; At heîc nihil unquam nec præscriptione nec aliâ ratione de isto lacu acquisivit.

ut patet ex his quæ in rationibus decidendi copiosè deduximus.

101 Quanquam † etiam ista in specie, termini non tàm demonstrationis quàm districtus quantitatisq; significandæ gratiâ appositi esse haud improbabiliter videantur:

ut apparet ex his quæ suprà diximus n. 51. & seqq.

102 At † hujusce generis termini districtivi, simul etiam sunt restrictivi.

Bald. in l. omnes populi. 9. n. 68. ibi. quia omnis terminus districtivus, &c. ff. de just. & jur. pro quo faciunt dicta suprà n. 52.

103 Eoq; † omnem quoq; futuram accessionem impediunt.

Bald. in c. 1. §. si quis de manso. 5. n. 3. col. 2. vers. secus in natura taxationis, &c. si de investitura feudi controvers. fuer. fac. l. in lege. 77. ff. de contrahend. emt.

104 Quod † autem extremo loco adjiciebâtur de Magistratus, Administratorumq; curâ, in rebus civi-

civitatis, id similiter usurpari tunc commodè posset, ubi quid de lacu quæsitum teneret Universitas: nunc † si quæ non habuit unquam, ea administratores ejus neq; conservarunt,

arg. l. alienationis. 28. vers. qui occasione acquirendi. ff. de verb. signif. l si quid. 1. §. utrum. 6. ff. si quid in fraud. patron. l. qui autem. 6. in pr. & §. 1. & 2. ff. quæ in fraud. credit. l. non alienat. 162. l. non fraudantur. 177. ubi Dec. in fi. ff. de reg. jur. l. nemo. 68. §. illud quæritur. 1. ff. pro soc. l. postulante. 44. in fi. ff. ad SC. Trebell. l. cum quidam. 26. ff. de jure fisci. l. nec emere. 16. in pr. C. de jure delib.

106 neq; † hodie damno Sempronii acquirere satagunt, nihil iis potest imputari:

107 Nam † etsi officio eorum congruit augere bona Universitatis,

l. Imperatores. fin. §. item rescripserunt agros. 2. ff. de administrat. rer. ad civit. pertinent.

108 Minimè † tamen sunt reprehendendi, quòd legis sequentes consilium,

Hieron. Magon. decis. Florentin. 1. incip. Fuit inita societas, n. 54. ibi. non videtur reprehendendus, &c.

109 res † Universitatis alterius detrimento nolint facere locupletiores:

text. in l. nam hoc. natura. 14. ff. de condict. indeb.

110 Nemo † enim ad compendia illicitè facienda obligatus est:

text.

text. in l. Polla. 2. C. de his quibus ut indig. l. non est ignotum. 6. C. de administ. tut. l. quoties. 9. §. nec utiq. 6. l. si sine. 32. §. Modestin. 2. ibi. bona fide percipi potuerunt. ff. eod tit. de administrat. tutor. l. si remunerandi. 6. §. rei turpis. 3. l. si mandavero. 22. §. qui ædem. 6. l. quintus. 48. in fi. prin. ff. mand. l. cum duobus. 52. §. idem ait socium. 17. l. quod autem. 53. & quatuor ll. seqq. ff. pro soc. l. si à reo. 71. §. id quod fin. ff. de fideiussor. l. quod sæpè. 35. §. veneni. 2. ff. de contrahend. emt. §. illud. 7. Instit. de mandato. l. quid tamen. 21. §. compromisso. 7. ff. de arbit. § quod turpi. 24. Instit. de inutilib. stipulat. l. generaliter. 26. & seq. ff. de verbor. obligat. l. conditiones. 9. l. conditiones. 14. in pr. ff. de condit. instit. fac. l. eum qui. fin. C. de usucap. pro emt. faciunt quæ dixi suprà quæst. 19. incip. Cum suos peccata, n. 13. ibi. nec enim delinquere, &c.

111 Neq; † decet quenquam conatus suos juri non convenientes commodis alienis impendere.

text. in c. sicut non suo. fin. distinct. 46.

112 Quâ † ratione nec interesse leges putant ejus, qui incommodo alterius lucrum quæsiturus est.

text. in l. si is cui. 73. §. eius. fin. junct. gl. in l. si quis uxori. 53. §. si servus subreptus. 28. in verb. idem. ff. de furt.

QVÆSTIO XXXIV.

Cum hæreditas non nisi mobilia continet, quanto tempore petitioni eorum, jure Saxonico præscribatur?

SUMMARIA.

1. *Hæreditati rerum mobilium anno & sex septimanis præscribi Saxonico jure videri, & n. 4. Contrarium deciditur n. 6. 11. & n. 19.*
2. *Vsucapio mobilium Saxonico jure perficitur anno & sex septimanis. Limitatur ibidem n. 20.*
3. *Actio ad rem mobilem competens habetur pro re mobili necessitate ita postulante. Declaratur ibidem n. 26. 27.*
5. *Mobilia ex hæreditate mariti adipiscens vidua, si aliquandiu cum liberis commorata, divertat; nisi mobilia illa post diversionem intra annum & sex hebdomades petat, non auditur. Declaratur ibidem n. 29.*
7. *Hæreditatis petitio non corpora singula sed jus universale persequitur. & n. 15. 20. 26.*
8. *Hæreditatis petendæ libellus quid narret, & petat?*

9. Ha-

9. *Hæreditatis petitioni sufficit res hæreditarias in executione liquidari.*

10. *Præscriptio jurium incorporalium, jure Saxonico, triginta uno annis & sex septimanis indiget.*

12. *Mobilis res, personali obligatione debita, Saxonico jure, longissimo tantùm tempore præscribitur.*

13. *In mobilis rei obligatione personali præscribenda, non rem, sed jus obligationis spectamus.*

14. *Accessorium omne naturam pri[illegible]s sui sequitur in usucapionibus.*

15. *Mobilia in hæreditate, cuius rei accessio sint? & n. 18.*

16. *Mobilia personam domini sequuntur.*

17. *Mobilia tum demum immobilibus adhærent, cum à Domino ad ea destinantur.*

21. *Hæreditatis petitioni longissimo tempore præscribitur.*

22. *Intellectus* art. 28. lib. 1. Landrecht. & art. 59. Weichbild. *& n. 23. 24. 25.*

23. *Præscriptio esse non potest petitionis hæreditatis, eius, qui sine hærede moritur.*

25. *Lex in casu speciali & exorbitanti versans, non extendenda est.*

28. *Præscriptio rerum incorporalium jure Saxonico separatim definita est.*

30. *Vidua partem hæreditatis mariti capiens, non habetur in ea parte hæredis loco.*

31. *Vidua partem hæreditatis mariti capiens ad quid agat?*

32. *Viduæ, mobilia ex mariti hæreditate capientis usucapio manet sub generali mobilium conditione.*

Dubitationem hanc mihi commoverunt scripta nostrorum discrepantia: Ut igitur & heic certam atq; ab omni objectione purgatam
1 consequare sententiam, principio † quidem haud absq; ratione contendi videtur posse, anno cum sex hebdomadibus usucapi hæreditatem eam, quæ solis constat rebus mobilibus:

text. Landrecht. *lib. 1. art. 28. incip.* Was solches Dinges. *in pr. & in fi. text.* Weichbild. *art. 59. incip.* Ob ein Erbe. *ibiq. gl. col. 3. n. 6. vers.* Ihr solt auch wissen/ *&c. glossa* Landrecht. *lib. 1. art. 70. incip.* Hat ein Man geklaget. *in verb.* binnen der Jahrzahl *vers.* Ist es fahrendes/ *&c. sentent. Scabinorum Lipsens. post* Weichbild. *tit.* Wie die Töchter aus dem Lehengut/ *&c. col. 3. §.* Nach dem ihr aber auch nicht in Abrede *mihi fol. 113. Matth. Coler. in c. de quarta. 4. n. 80. vers. Zobelius super isto dubio, &c. ex. de præscript. ubi latè.*

1 Ratio dubitandi.

2 Est † enim expeditum, quòd jure Saxonico res mobiles anno uno & sex septimanis usucapiantur.

gl. nova d. art. 28. lit. c. incip. Nota Magdeburgenses. in pr. lib. 1. Landrecht. *& text. art. 44. incip.* Welch Mann ein Gut. *ibiq. gloss. 1. n. 4. vers.* Zum andern mag dich ein Gut

von frembden. &c. *lib.* 2. Landrecht. *fac.* Weichbild. *art.* 21. *incip.* Dieser der eigen. *in prin.* & *tradidére Fachs. lib.* 1. *differ.* 11. *incip. Iure civili ne dominia quarundam rerum. n.* 2. *vers. secunda species usucapionis,* &c. & *n.* 4. *vers. sic etiam crederem in aliys rebus mobilibus,* &c. *Reinhard. lib.* 2. *part.* 6. *differ.* 1. *incip. de jure civili res mobiles. vers. de jure verò Saxonico,* &c. *Schneidevin. super Instit. de usucap. capite, de speciebus præscriptionis. n.* 53. *vers. prior igitur est annalis,* &c. *Zobelius differentiarum à clarissimo viro D. Francisco Romano compatre meo venerando editarum lib.* 2. *diff.* 1. *n.* 4. *vers. secunda species,* &c. & *n.* 6. *vers. Sic etiam crederem,* &c. *Matth. Coler. decis.* 20. *incip. Iure civili ne quarundam. n.* 10. *ibi. secunda species,* &c. *Mattha. Wesemb. cons.* 42. *incip. Princeps quidam. n.* 35. *vers. alteram annalem in rebus mobilibus,* &c. & *in paratit. ff. de usucap. nu.* 7. *vers. Saxones duas tantùm,* &c. *Hartman. Pistor. lib. quarto quæst.* 26. *incip. Circa naturales fructus. n.* 22. *ibi. ex quo sequitur, cùm jure Saxonico mobilia,* &c. & *dixi hac de re alibi, potissimùm infrà quæst. seq. n.* 20. & *quæst.* 36. *n.* 7..

3 Secundò: † actio ad rem mobilem competens habetur pro re mobili, jureq; mobilium censetur esse, quoties causa postulat, ut alterutri ex bipertito illo mobilium & immobilium genere adnumeretur. *2. Ratio dubitandi.*

Alciat. in l. moventium. 93. n. 3. vers sed si sub altera &c. ff. de verb. signif. dixi copiose in addit. ad Modestin. Pistor. illust. quæst. 124. incip. Iure Saxonico uxor. n. 17. ibi. nam si necesse sit, &c. & n. seqq Witebergenses in consultat constit. Electoral. Saxon part. 5. casu 22. incip. Es seynd etliche. *n. 3. ibi. quia actio quæ datur ad mobilia, &c. fol. mihi 118.*

4 Atqui † istâ in specie, tota in rem mobilem petitio dirigitur; consequens ergò est, ut mobilis rei jure censeatur.

3. Ratio dubitandi. 5 Tertiò † vidua, quæ, marito defuncto, cum liberis ex eo susceptis aliquandiu commorata est, posteaq; divertit; si ex eo tempore mobilia mariti successione sibi delata, annali sexq; septimanarum spacio non petat, ampliùs non auditur.

Zobel. in gl. nova ad d. art. 28. lit. c. vers. & hoc procedit non solùm, &c. lib. 1. Landrecht. *Witebergens. in deliberat. constit. Electoral. Sax. part. 5. d. casu 22. n. 2. ibi. sed etiam extendit procedere, &c. tractatur hac species, sine tamen præscriptionis quæstione in art. 76. incip.* Stirbet einem Weib. *in pr. lib. 3.* Landrecht.

Decisio. 6 Verum † ego probabilius existimo, delatam hæreditatem, quamvis meris mobilibus constet, non aliter, nisi longissimâ Saxonum præscriptione, hoc est, triginta uno annis & sex septimanis summoveri.

quam sententiam omninò probasse Zobelium puto,

puto, qui in gl. nov: ad d. art. 28. lit. e. incip. intellige de rebus mobilibus. lib. 1. Landrecht. palàm inquit, res mobiles hæreditati ipsi adiunctas præscribi secundum naturam hæreditatis, (non immobilium) puta spacio triginta annorum, utiturq; prima nostra decidendi ratione, quam paullò pòst n 7. & seqq. exponemus. eandem sententiam doctissimus Matthæus Colerus sequitur, hodieq; hisce in terris receptam esse attestatur, d. decis. 20. n. 11. ibi. verum moderni annalem hanc, &c. & n. seqq. Matth. Wesemb. in paratit. ff. de petit. hæredit. in fi. & in Apostillla ad Schneidevin. super Instit. de usucap. d. cap. de speciebus præscriptionis. n. 53. ad verb. moventes. addens ita in Electoratu Saxonico conclusum esse, cum de Constitutionibus novellis deliberaretur.

7 Petitio † namq; hęreditatis non tâm corpora singula, quàm jus universale persequitur. *1. Ratio decidendi.*

text. in l. item videndum. 18. §. nunc videamus. fin. & l. seq. l. hæreditas. 50. in pr. ff. de petit. hæredit. l. bona. 3. §. hæreditatis. 1. ff. de bonor. possess. l. nihil est aliud. 24. l. hæreditatis. 119. l. pecuniæ. 178. §. hæreditas. 1. l. bonorum. 208. ff. de verb. signif. l. hæreditas. 62. ff. de reg. jur.

8 Hinc † actor hæreditatis petendæ libello, non opus habet commemorare res, quas petit hæreditarias, sed satis ei est, si pronunciari petat, se hæredem defuncti, ejusq; ad sese hæreditatem perti-

pertinere, damnariq; Reum, ad omnes res hæreditarias restituendas.

Bart. in l. qua quisq. 1. in pr. n. 7. vers. debet ergò sic libellus concludere, &c. ff. de eden. Didac. Covarruv. practicar. quæst. 12. incip. Iudicium hoc petitionis. n. 1. vers. qua ratione satis erit libellum, &c.

9 Quas † quidem res sufficit demum in ipsa exsecutione liquidari.

Matth. de Afflict. decis. 35. incip. Si actum fuit, n. 1.

10 Cum † itaq; juribus incorporalibus apud Saxones non nisi triginta uno annis & sex septimanis præscribatur:

sicuti fatentur omnes: Henning. Göd. cons. 39. incip. Omnipotentis Dei suffragio invocato omissis ambagibus. n. 56. ibi. quod servitutes & jura incorporalia, &c. juncto n. 57. Hieronym. Schurff. cons. 32. incip Pro fundanda ista responsione. n. 13. vers. clarum est enim quòd de jure Saxonum, &c. & cons. 69. incip. Præsens consultatio. nu. 7. ibi. quintò constat quòd de jure Saxonico, &c. cent. 1. & cons. 84. incip. Licet in præsenti. n. 2. ibi. & in hoc non est insistendum, &c. cent. 2. Matthæ. Wesemb. cons. 42. incip. Princeps quidam, n. 35. vers. & juribus omnibus corporalibus, &c. & in paratitlis. ff. de usucapion. n. 7. vers. altera verò quæ ad res immobiles, &c. Fachs. lib. 1. d. differ. 11. n. 2. ibi. sed usu etiam extenditur, &c. Reinhard. lib. 2. part.

part. 6. d. diff. 1. in fi. & differ. seq. Matth. Coler. d. decis. 20. n. 5. ibi. atq; hæc usucapionis species, &c. & decis. seq. n. 5. ibi. at de jure Saxonico, &c. & n. seq. & in c. de quarta. 4. n. 77. vers. quæ regula adeò vera est, &c. ext. de præscript. Sebast. Stelbag. in epitome juris civil. & Saxon. class. 4. tit. de different. jur. civil. &c. 3. col. 2. vers. sed usu etiam extenditur, &c. mihi fol. 89. Schneidevin. super Instit. de usucap. d. cap. de speciebus præscriptionis. n. 53. vers. & extenditur etiam ad jura incorporalia, &c. Pet. Wesemb. cons. 21. incip. Erstes Anblicks. *n. 14. ibi, nam hoc jure & in foro Saxonico, &c.*

11 Consequens † est, ut nec hæreditatis petitio, minori præscriptione, summoveatur, quamvis hæreditas non nisi mobilia comprehendat.

12 Præterea † quoties pecunia, vinum, equus, vel aliæ res mobiles debentur nobis, obligatione personali, nunquam tamen apud Saxones rebus hisce petendis anno præscribitur, sed identidem memorato tempore longissimo. *2. Ratio decidendi.*

prout quotidie Scabini Lipsenses pronunciant, teste Daniele Mollero lib. 2. semest. cap. 18. incip. Cum hodiè. n. 4. ibi, verum his omnibus non obstantibus, &c. meminiq; ipse nuper, quodam in negocio, in aula Electorali Saxonico hanc sententiam obtinuisse.

13 Cujus † rei hanc eandem credo rationem esse,

 quòd

quod jus ipsum obligationis spectemus, quod incorporale est, non rem, quæ obligatione continetur.

3. Ratio decidendi.

14 Deniq; † generale est, ut omnis accessio, non suam, sed ejus, cui accedit, rei naturam sequatur, etiam in usucapionibus:

text. in l. quæ religiosis. 42. in pr. ibig. Bald. ff. de rei vindicat. Matth. Coler. d. decis. 20. n. 11. vers. ideoq; secundũ eam, &c. gl. nov. d. art. 28. lit. e. incip. Intellige. vers. transeunt enim quædam, &c. lib. 1. Landrecht. *& nos pluribus argumentis probavimus eâ quæstione quâ de fructuum usucapione à nobis est explicatum. adstipulaturq; huic sententiæ etiam adversariæ opinionis defensores. sentent. Scabin. Lipsens. post* Weichbild. *d. tit.* Wie die Töchter aus dem Lehengut. *&c. col. 3.* §. Nach dem ihr aber. *ibi.* Es were dann sache daß in bestimpter Erbschafft/ *&c. mihi fol. 113. Matth. Coler. in d. c. de quarta. 4. n. 80. vers. quatenus autem inveniuntur commixta, &c. ex. de præscript. Fachs. d. differ. 11. n. 5. ibi. in quæstione an res mobiles hæreditariæ, &c.*

15 Heic † autem bona mobilia non principale sunt, quod hæreditatis petitione persequimur, sed tantùm accessio quædam, sive consectarium,

ut suprà n. 7. 8. 9. significavimus & notavit Matth. Coler. d. decis. 20. n. 11. vers. quod fortè propterea fit, &c.

non quidem immobilium eorum, quæ fortè in hæreditate reperiuntur: id

16 id † enim vel eo refellitur, quòd mobilia ex propriâ Interpretum sententiâ personam sequuntur domini sui; *Bald. in l. Mercatores. 4. n. 2. ibi. & est ratio quia mobilia, &c. C. de commerc. & mercat. Rol. à Vall. cons. 80. incip. dubium quidem & elegans. n. 40. vers. & ratio est quia bona mobilia, &c. vol. 4. Andr. Gail. lib. 2. observat. 124. incip. est de jure communi. n. 18. vers. quia mobilia respiciunt, &c. Pet. Peccius de testament. coniug. lib. 4. c. 35. (le 2.) incip. ad mercatores. n. 7. ibi. nam cum secundum juris dispositionem, &c. mihi pag. 380. Alexand. cons. 31. incip. Viso titulo quaestionis praemissa. num. 5. ibi. quia mobilia concernunt personam illius, &c. lib. 1. & cons. 19. incip. Circa primum dubium. n. 9. vers. quia mobilia respiciunt personam, &c. lib. 6. Chassan. in consuet. Burgund. rub. 2. § 1. in verb. & appartient la confiscation. num. 12. ibi. bona enim conditionem personae, &c. & paullo pòst vers. adverte quia Baldus, &c. Petr.* Wesemb. *cons. 49. incip.* Die uns *proponirte* Frage. *nu. 21. ibi. quae personam illius, &c. Rauchbar. quaest. 17. incip. Ex facto hac quaestio. num. 4. ibi. non enim locum, &c. lib. 1. Matth. Coler. de process. exsecutiv. part. 1. cap. 3. incip. Viso de manus iniectione. n. 250. vers. cum mobilia concernant*
17 *personam, &c.* nec † prius soli rebus adhaerescunt, quàm à patrefamiliàs iis perpetuâ quadã manendi destinatione adglutinẽtur.

Alex. d. conſ. 19. n. 9. verſ. niſi ſecundum eum appareat, &c. lib. 6. & conſ. 141. incip. Viſo ſtatuto civitatis Bononienſis. in fi. verſ. dum dicit quod bona mobilia, &c. lib. 6. quam rem copiosè explicavi infrà quæſt. 39. incip. Utiliſsima hæc eſt.

18 Sed † juris ejus hæreditarii, in quod hæres defuncto univerſaliter ſuccedit.

per ſuprà dicta n. 7. 8. 9. Quare evertitur ſimul diſtinctio quorundam, ſintnè in hæreditate ſola mobilia, an verò etiam immobilia vel jura incorporalia: ut fecere illi quos ſuprà *n. 1.* recenſuimus. Non itaq; ſatis explicatè loquitur Petrus Weſembecius, propter immobilium commixtionem, mobilia in hæreditate reperta, immobilium naturæ inſerens, *conſ. 15. incip.* Nach fleiſſiger Verleſung. *n. 92. verſ.* Und ſonderlich weil zu Sachſenrechte. *&c. & num. ſeq. & conſ. ſeq. n. 18. verſ. ſextò facit, &c. lib. 1.*

19 Quare † non immeritò hæreditatis petendæ præſcriptionem imitantur.

20 Atq; † hæc ſimul etiam contrariæ opinionis refutationem pariunt: quanquam enim mobilia annali apud Saxones, uſucapione defunguntur: id tamen ad actionem iſtam non pertinet, quâ jus

21 petitur univerſale, hæreditatis nempè, cui † petitioni non niſi longiſſimo tempore præſcribitur,

l. hæ-

l. hæreditatis. 7. ubi Dd.C. de pet. hæredit. l. hæreditatem. 4. in pr. C. in quib. cauſ. ceſſat longi temp. præſcript. Matth. Coler. ſæpè dicta deciſ. 20. n. 12. ibi. cum itaq; hæreditatis petitio, &c. & in d. c. de quarta. 4. n. 81. ibi quod autem petitioni hæreditatis, &c. ex. de præſcrip. Matth. Weſemb. in paratit. ff. de pet. hæreditat. n. 15. verſ. nam pro hærede, &c.

etiam jure Saxonico.

Matth. Coler. in d. c. de quarta. 4. n. 81. verſ. de jure autem Saxonico, &c. ex. de præſcript. per text. in art. 29. incip. An eigen vnd Erbe. *in pr. lib. 1.* Landrecht.

22 Quæ † verò heic pro altera parte adducta ſunt juris Saxonici capita, ea haudquaquam de petitione hæreditatis, ſed contrà, de ejus tantùm mobilibus bonis tractant, qui ſine hærede moritur,

23 cui † ſanè nulla hoc caſu accidere præſcriptio poteſt, cum nulla ſit hæreditatis petitio.

l. liberos. 3. §. fin. in fi. ff. de capit. deminut. l. bovem. 43. §. ſi ſub conditione. fin. ff. de ædilit. edict. l. ſi concubina. 17. in fi. prin. ibiq; gloſſ. in verb. divortij cauſa. ff. de act. rer. amot. l. nam etſi. 5. verſ. poſt defectum. ff. de iniuſt. rupt. vel irrit. fact. teſtam. l. ſi fundum. 81. §. cum ſtatuliber. 9. verſ. ita legatum quoq;. ff. de legat. 1. l. Sempronius. 26. verſ. & ideò. ff. de uſu & uſufruct. legat.

24 Imò † cum hæc capita principio poſſeſſionis tantùm acquiſitioni ſervierint, proprietati autem

quærendæ vix Prudentum interpretatione ſint accommodata,

ut dixi infrà quæſt. 37. incip. Pervulgata Interpretum. n. 2. & ſeqq. usq. ad n. 7. incluſivè.

25 Non † oportet hanc interpretationem, origine ſuà, in caſu ſpeciali verſantem,

ut demonſtravi ſuprà n. 22.

& regulis rationiq; juris communis repugnantem,

quod patet ex ſuprà dictis n. 21.

trahi ad conſequentias.

arg. l. quod contra. 14. ff. de legib.

26 Altera † obiectio eàdem ratione concidit, neq; enim heîc ad rem mobilem, ſed ad jus incorporale actio inſtituitur:

27 ut † taceam dubitari adhuc poſſe, ullanè urgeat neceſſitas, ut hoc loco actionem bipertito illi bo-

28 norum generi aggregemus: cum † ſeparatim jura Saxonica rerum incorporalium præſcriptionem definierint.

quemadmodum oſtenſum eſt ſuprà n. 10.

29 Tertia † ratio adverſaria tantùm ad illa bona pertinet, quæ ſpeciali ſeparatoq; ab hæreditate titulo ex bonis mariti mulier conſequitur: notum

30 eſt † enim, viduam etiam ubi trientem vel ſemiſſem vel aliam ex hæreditate viri partem capit, non tamen hæredis eum haberi loco, ſed peculiarem ejus eſſe cauſam.

ut tradidit Modeſt. Piſtor. illuſt. quæſt. 3. incip. Civis quidam Wurzenſis. n. 12. ibi. & pro hac ſenten-

sententia facit, &c. Matth. Coler. decis. 217. incip. Statutum succedendi. n. 3. ibi sic Lipsenses concurrentibus, &c.

31 Hæc † igitur mulieris actio, non eò spectat, ut pro suâ portione mulier in vniversale viri defuncti jus succedat, sed recta tantùm in re mobili: Un-
32 de † manet usucapio ejus sub generali mobilium conditione.

de qua suprà n. 2. diximus. & faciunt huc quæ infrà quæst. 26. de rerum expeditoriarum & utensilium usucapione annotavimus.

QVÆSTIO XXXV.

Quanto tempore fructus cujusq; rei usucapiantur?

SUMMARIA.

1. *Fructus triennio usucapi, communis est opinio: quæ limitatur ibid. n. 2. 3. & 15.*
4. *Fructus eodem jure apud possessorem sunt, quo res ipsa.*
5. *Fructus sunt quasi quadam rei portio.*
6. *Fructus sunt rei emolumentum.*

7. Pos-

7. *Possessionis causa mutatur, cum alia ratione acquiruntur fructus, quàm res ipsa.*

8. *Fructus pendentes pars fundi sunt.*

9. *Fructus pendentes unà cum re, consequitur petitor, si statim ei fundi fiat restitutio.*

10. *Possessionis causam nemo sibi mutare potest.*

11. *De accessionibus idem statui oportet, quod de re principali statutum est.*

12. *Principale regit accessiones suas.*

13. *Fructus sunt rei cuiusq; accessio.*

14. *Fructuum & aliarum accessionum usucapiones reguntur præscriptione rei principalis.*

16. *Fructuum usucapio interdum plus temporis requirit, quàm mobilis rei ratio postulat.*

17. *Quæ accedunt vel immiscentur alteri rei eodem, cum ipsa re, errore transeunt, separatim minimè transitura.*

18. *Vsucapio quamvis alia sit rei per se considerata, alia tamen fit, cum ea res alterius fit accessio.*

19. *Fructus jure Saxonico usucapiuntur anno & sex septimanis, cum acquiruntur non jure possessoris.*

20. *Vsucapio mobilium, jure Saxonico, fit anno & sex septimanis.*

21. *Fructus, jure Saxonico, apud rei principalis possessorem eo tempore usucapiuntur, quo res principalis.*

22. *Interpretum intricatæ sententiæ de usucapione fructuum enumerantur.*

1 DE † hac quæstione dubitare fortasse nõ debere me existimaveris, suavissime Lector, quòd communis Interpretum sententia est, triennio fructus omnes usucapi, ceu alias res mobiles.

teste Bart. in l. sequitur. 4. §. fructus. 5. n. 4. ibi quia omnes leges quæ dicunt, &c. ff. de usucap. Iasone in l. si & me & Titium. 32. n. 2. ibi. nota tamen quòd in omni materia, &c. Dec. ibidem n. 2. vers. & limitatur ista conclusio, & c. ff. si cert. pet. Balbo in tractat. de præscript. 4. part. 4. part. prin. quæst. 35. n. 1. ubi latè hanc
* *rem persequitur interq; omnes* Interpretes convenire affirmat, cui adde M. Anton. Peregrin. de fideicommiss. art. 49. incip. De fructibus dicere. n. 124. ibi. huic autem actioni, &c. & n. seqq. Hartman. Pistor. lib. 4. quæst. 26. incip. Circa naturales fructus. n. 21. ibi. prætermittendum hoc loco non est, &c.*

2 Verum † mihi res hæc ita videtur temperanda, ut triennii usucapione generaliter gaudeat, non qui possessionis jure fructus percepit, sed ille tantùm, qui separatim eos adeptus est, à rei, ex qua nati sunt, possessore, vel ab alio. *Decisio.*

quod innuere videntur text. l. sequitur. 4. §. fructus. 5. & §. lana. 19. ff. de usucap. l. qui vas. 49. §. si ancilla. 5. & §. seq. ff. de furt. & Ioan. Baptist. Bov. de statutar. urb. præscript. gloss. 19. in verb. contra omnes creditores. n. 245. ibi. quia tunc fructus, &c. fol. mihi 125.

3 Nam † quod ad possessorem ipsum attinet, is tan-

to ad fructuum usucapionem opus habere tempore videtur quanto ad ipsam rem principalem, hoc est, triennio in re mobili, longo verò sive longissimo annorum spacio in rebus soli.

quod non obscurè fateri videtur Hartm Pistor. d. quæst. 26. in fi. d. lib. 4. dum ibi ait fruct⁹ ex hæreditate vel alio jure universali perceptos præscriptionem sequi sui judicii principalis.

1 Ratio decidendi.

4 Nam † eodem omninò jure fructus apud ipsum sunt, quo res ipsa,

text. evidentissimus. in l. & ex diverso. 35. §. ubi autem. 1. ff. de rei vindic. fac. l. Iulianus. 13. §. si fructibus. 10. ff. de act. emt.

5 quasi † quædam rei portio:

l. cum filius. 76. §. dominus. 2. ff. de legat. 2.

6 sive † emolumentum.

l. Mævius. 67. §. fundo. 6. ff. de legat. 2.

2. Ratio decidendi.

7 Possessionis † etiam sibi causam haud dubiè mutaret, si aliam in fructibus quærendis causam sibi pareret, quàm rei principalis: Pendentes enim

8 in fundo † fructus pars fundi sunt,

l. fructus. 44. ff. de rei vindicat l. si servus. 63. §. locavi. ff. de furt.

9 Quos † omninò unà cum re consequeretur petitor, si statim ei ab initio, fundi fieret restitutio.

per d. l. & ex diverso. 35. § ubi autem. 1. ff. de rei vindicat. facit in terminis minus ita fortibus. text. d. l. Iulianus. 13. §. si fructibus. 10. ff. de act. emt.

Atqui

10 Atqui † mutare ſibi poſſeſſionis cauſam nemo poteſt.

l. poßideri. 3. §. illud quoq. 19. l. qui bona. 19. §. quod ſcriptum eſt. 1. ff. de acquir. poſſeß. l. ad probationem. 23. C. locat. l. cum nemo. 5. ubi gloß. latè in verb. extrinſecus. C. de acquir. poſſeß.

11 Sed † & quod de re principali ſtatutum eſt, idem etiam de acceſſionibus ejus pronunciari oportet: 3. Ratio decidendi.

Seraphin. de juram. privileg. 40. num. 18. ibi. nam quando unum dependet ab altero, &c. Rota Roman. deciſ. 19. incip. Si judex procedat. n. 3. verſ. & ſic de ſequela diſponitur, &c. de appellat in nov. (in additione.)

12 Imò † principale regit ac moderatur acceſſiones ſuas.

Matth. de Afflict. deciſ. 31. incip. Si actum fuit nu. 4 ibi. & principale regulat. &c. Pet. Weſemb. conſ. 15. incip. Nach fleiſſiger Verleſung. *n 93 verſ. regulantur enim, &c.*

13 Fructus † autem in acceſſione cujusq; rei eſſe nemo dubitat.

per rub. ff. de uſur. & per ſuprà dicta n. 4. & ſeqq.

14 Sed † quid argumenta moramur, perſpicuè Juſtinianus voluit, fructuum cæterarumq; acceſſionum uſucapiones, præſcriptione rei principalis regi oportere: 4. Ratio decidendi.

text. in l. eos. 26. in pr. ubi Bald. n. 1. ibi. nota quod deſtructo principali, &c. C. de uſur.

... [illegible] ... [illegible] ...dendi.

15 Idq; † ipsum fatentur superioris sententiæ autores, cum hoc ducti velut argumento ajunt, fructus, ex fundo perceptos ultimo ante finitam præscriptionem die, usucaptos putari debere.

Bald. in l. terminato. 3. n. 3. ibi. modo quæro utrum ille, &c. C. de fructib. & lit. expens. Paul. Castrens. in l. sequitur. 4. § fructus. 5. n. 3. ibi. adde quod etiamsi non tanto tempore tenuit, &c. ff. de usucap. Balb. de præscriptionib. 4. part. 4. part. prin. d. quæst. 35. n. 2. ibi. subdit Paulus, &c. & n. seqq.

Id quod ego verissimum esse credo.

per suprà dicta n. 4. & seqq. usq; ad n. 14. inclusivè.

6. Ratio decidendi.

16 Nec † mirere, quod eà ratione plus interdum in fructibus usucapiendis, requiretur temporis, 17 quàm mobilis rei ratio postulat: nam † multa alteri rei adjuncta vel immixta, eodem, cum ipsâ re, errore transeunt, quæ separatim sic minimè transirent.

l. in rem. 23. § item quæcunq;. 5. vers. at in ijs. ibi. ideoq; posse me gregem vindicare, quamvis aries tuus sit. l. quæ religiosis. 43. in pr. ff. de rei vindicat. l. tigni. 7. §. sed si rotam. 1. & §. seq. ff. ad exhibend. l. si mandavero. 22. §. Iulianus. 4. juncto. §. si ij. 3. in fi. ibi. nam cum rem tuam emas, &c. ff. mandat. l. si mercedem. 53. §. si eum fundum. 1. ff. de act. emt. l. nave. 36. ff. de evict. l. quædam. 62. ff. de acquir. rer. domin. l. si alius. 7. §. si quis ædificium. 9. & §. fin.

fin. cum l. seq. ff. quod vi aut clam. Knichen de privil. appelland. verb. ducum. cap. 5. quod est de regaliis. n. 6. ibi multa siquidem transeunt, &c. gl. nov. art. 28. incip. Was solches Dinges. *lit. e. vers. transeunt enim quadam, &c. lib. 1.* Landrecht.

18 Idq; † nominatim etiam in usucapione receptum est.

d. l. in rem. 23. §. item si quis. fin. ff. de rei vindicat. l. adeò. 7. §. illud rectè. 11. ff. de acquir. rer. domin. gl. in d. l. quadam. 62. in verb. fundus dotalis. ibi. item usucapitur ff. eod. tit. l. eum qui ædes. 23. in pr. d. de usucap.

19 Ex † his intelliges, Saxonico jure fructus, anno uno & sex septimanis usucapi, ab eo, qui non quasi possessor eos acquisivit rei ejus, ex qua provenêre, sed titulo sive causâ separata:

ita intelligo Dn. Hartmannum Pistor. lib. 4. d. quæst. 26. num. 22. ibi. ex quo sequitur cum jure Saxonico mobilia, &c. quamvis paullò generalius loquentem.

20 Tali † enim spacio apud Saxones rerum mobilium usucapio definitur.

text. Landrecht. *lib. 1. art. 28. incip.* Was solches Dinges. *& lib. 2. art. 44. incip.* Welch Mann ein Gut. *ibiq; glossa prima. n. 4. vers.* Zum andern mag dich ein Gut. *&c. Fachs. lib. 1. differ. 11. n. 2. vers. secunda species, &c. & n. 4. vers. sic etiam crederem in aliis rebus mobilibus, &c. Reinhard. lib. 2. part. 6. differ. 1.*

verſ. de jure verò Saxonico, &c. Schneidevin. ſuper Inſtit. de uſucap capite de ſpeciebus præſcriptionis. n. 53. verſ. prior igitur eſt annalis, &c. & dixi hac de re ſuprà quæſtione præcedente. nu. 2.

21 Qui † verò jure poſſeſſoris fructus percepit, hunc in uſucapiendis iis conditionem ſequi rei principalis.

per ſuprà dicta n. 3. & ſeqq. uſq; ad nu. 15. incluſivè.

22 Atq; † hanc ſi probaveris diſtinctionem noſtram, multis Interpretum ſine difficultate liberabere conſectariis, mirabilibus ſanè, ac ut mihi quidem videtur, plerisq; à juris ratione valdè alienis: veluti, condictioni, quæ fructuum nomine competebat, triennio præſcribi, cùm aliàs triginta annis opus habeat: item judicis officium annis triginta tolli aliàs, heîc autem tribus tantùm: præterea fructuum uſucapionem modò triennio, modò minori tempore, modò vix die uno indigere, modò etiam nullâ opus habere præſcriptione, ſed rei principalis uſucapione contineri; & quæ his ſimilia ſunt complura alia:

quæ omnia variè explicantur ab iis quos antè n. 15. commemoravi.

QVÆ-

QVÆSTIO XXXVI.

Quanto tempore expeditoriarum rerum, & utensilium successioni præscribatur?

SUMMARIA.

1. *Hæreditatis petitioni jure Saxonico etiam in meris mobilibus præscribitur triginta uno annis & sex septimanis.*
2. *Expeditoria & utensilia successione plerumq; deferuntur.*
3. *Expeditoria & utensilia, separato ab hæreditate titulo, propinquo deferuntur, etiam non hæredi.*
4. *Expeditoria & utensilia merè sunt mobilia.*
5. *Expeditoriorum & utensilium successio mobilium usucapioni subiacet.*
6. *Expeditoriorum & utensilium successioni, Saxonico jure, præscribitur anno & sex septimanis.*
7. *Mobilia jure Saxonico, usucapiuntur anno & sex septimanis.*

1 TRadidimus † quæstione quartâ & tricesimâ, hæreditatis petitionem, apud Saxones, etiam ubi nihil præter mobilia continet, non aliter tamen

tamen, quàm triginta unius annorum, & sex septimanarum præscriptione summoveri:

Quid igitur rebus expeditoriis atq; utensilibus
2 faciemus, quoties ea, ut † plerumq; fit,

text. art. 27. incip. Ein jeglich Weib vererbet. *lib. 1.* Landrecht. *& art. 22. incip.* Nu höret vnd vernehmet. *& art. seq. item artic. 58. incip.* Stirbet eine Fraw. *ibiq. gloss. prima in pr.* Weichbild. *Matth. Coler. decis. 42. incip. Masculi & fœminæ. & decis. 203. incip. Iure civili nobilis uxoratus. per tot.*

successione ex bonis defuncti capiuntur, an & his non nisi longissimâ illâ præscriptione partam securitatem concedemus? Nequaquam: uni-
3 versali † enim hæreditatis jure non continentur, sed speciali ac separato titulo ei deferuntur, qui agnatione, aut cognatione ad defunctum proximè accedit, licet eidem non sit hæres.

prout pluribus comprobavi in addit. ad Modestin. Pistor. illust. quæst. 131. incip. Quærebat ex me. n. 220. ibi. nam certum est utensilia, &c. & n. seq. rursumq; num. 233. ibi. nam cum & hæ, &c. & n. seqq.

4 Manent † itaq; sub propriâ & speciali rerum mobilium appellatione, etiam tunc, ubi de successione eorum tractatur,

5 Unde † sequitur, ut hæc ipsa eorundem successio, propriæ quoq; mobilium usucapioni subjiciatur:

6 Meritò † igitur hæ res, apud Saxones, annali & sex

ſex ſeptimanarum ſpacio, contra eum, ad quem ſucceſſio pertinet, uſucapiuntur.

text. artic. 28. incip. Was ſolches Dinges. *in pr.* Landrecht. *lib. 1. gloſſa* Weichbild. *art. 59. incip.* Ob ein Erbe. *n. 6. verſ.* Ihr ſolt auch wiſſen/*&c. Fachſ. lib. 1. different. 11. incip. Iure civili ne dominia. n. 3. ibi, in aliquibus tamen rebus annalis præſcriptio, &c. Sebaſt. Stelbag. in epitome juris civilis & Saxonici claſſe. 4. tit. 3. col. 2. verſ. in quibuſdam tamen rebus etiam hodie, &c. mihi fol. 89. in fi. & Matth. Coler. deciſ. 20. incip. Iure civili ne quarundam. n. 14. ibi. in aliquibus tamen etiam, &c. & in c. de quarta. 4. n. 78. verſ. verum eſt quòd antiqui Practici, &c. ex. de præſcript.*

7 Sæpè † enim admonuimus, iſto tempore mobilium uſucapionem jure Saxonico eſſe definitam.

vide ſupra quæſt. 34. incip. dubitationem hanc. n. 2. & quæſt. 35. incip. De hac quæſtione. n. 20.

QVÆSTIO XXXVII.

Præſcriptio annalis Saxonica, an jure eo quod ſcriptum habemus, an verò conſuetudine ſit introducta.

SUMMARIA.

1. *Interpretum ſententia de mobilium uſucapione Saxonica.*
2. *Poſſeſſio rerum corporalium, quanto tempore acquiratur, jure Saxonico.*
Poſſeſſio in beneficialibus apud Gallos anno quæritur.
Poſſeſſio itineris actus privati, viæq́; jure civili, anno quæritur.
3. *Poſſeſſio rerum incorporalium quanto tempore apud Saxones acquiratur.*
4. *Bona mobilia vacantia, quomodo quærantur magiſtratui, apud Saxones.*
5. *Vſucapio in mobilibus, qualis fuerit olim jure Saxonico.*
6. *Evictionis & præſcriptionis jura apud Saxones pari paſſu ambulant.*
7. *Mobilia conſuetudine Saxonica uſucapiuntur anno & ſex ſeptimanis.*

8. Iu-

8. *Iuris sententiæ paulatim crescunt.*
9. *Stillicidij possessio, non jus ipsum, anno & sex septimanis, quæritur jure Saxonico.*

1 PErvulgata † Interpretum nostrorum est opinio, usucapionem annalem, quæ rerum mobilia transfert apud Saxones, scripto eorundem jure contineri:

per text. Landrecht. *lib. 1. art. 28. incip.* Was solches Dinges. *& lib. 2. art. 44. incip.* Welch Man ein Gut. *gl. nova. art. 83. incip.* Wer ein Gut. *lit. C. incip. ex hoc textu. in fin. & gl. seq. lit. D. lib. 3* Landrecht. *gl. in art. 70. incip.* Hat ein Man geklagt. *in verb.* binnen der Jahrzal. *vers.* Ist es fahrendes. *&c. lib. 1.* Landrecht.

2 Sed ego † paullò secus existimo: Principio namque hoc Saxonum scripto jure illud tantùm reperitur: possessionem homini privato, tàm mobilis rei quàm fundi anno ac sex hebdomadibus acquiri: possessionem, inquam, justam ac legitimam, quâ possessione privari nequeat, nisi prævia causæ cognitione.

text. art. 34. incip Ohn des Richters Vrlaub. §. Welcher Man. *ibi.* Er hette es denn Jahr vnd Tag. *& d. art. 70. incip.* Hat ein Man geklagt. *in pr. ibiq; gl. lat. lit. B. incip. Fundos. lib. 1.* Landr. *text. optimus. d. art. 44. in pr. per tot. ibiq; gl. lat. lit. C. incip.* Was ein recht Gewehr sey. *lib. 2. & d. artic. 83.* §. Wer ein Gut leihet *&c. lib. 3.* Landrecht. ubi manifestum

est, autorem loqui tantùm de possessione præstanda ad annum (Die Posses ein Jahr zu gewehren) ad hoc ut plenam & legitimam possessionem habere dicatur, cum *in vers. seq.* Wer eigen oder fahrende.demum tractet, de ipsius rei cujus possessio tradita est, evictione præstanda. *& adde ibidem gl. 1. primam. vers.* Diese Spaltung/etc. Similis omninò textus *art. 30. incip.* Wes man einem Mann. §. Welcher Mann den andern/ Weichbild. & de tali possessione loquitur *text.* Lehenrecht. *c. 13. incip.* Ob ein Herr seinem Manne. *in pr. & ibi gl. col. 4. n. 11. ibi,* Der Gewin aber einer Ansprach ist/ *&c. & c. 14. incip.* Ein Gut mag vielen. *in pr. ibiq. gl. lat. lit. C. ad verb.* Dieses aber heist keine rechte Gewehr. *& text. c. 22. incip.* Nach des Vaters Tod §. Wo auch einem Mann. *ibi.* Vnd solche Klage jährlichen/*&c. & text. c. 37 incip.* Lesset der Vater. *in fin. ibiq. gl. lat. finalis. & gl. ordinaria finalis. text.* Weichbild. *art. 21. incip.* Dieser der des eigen. *in pr. ibiq. gl. & art. 29. incip.* Welch Mann dem andern. *cum sua glossa passim.* Hujus possessionis privilegium simile est apud Gallos, ubi in beneficialibus pacificè per annum possidens, quoad possessionem ipsam tutus efficitur. *ut annotavit Iacob. Menoch. de recuperand. possess. remed. 15. ext. c. redintegranda. 3. quæst. 1. n. 430. ibi. erit tamen in casibus*

sibus praecedentibus animadvertendum, &c. Quinimò trahere hæc res originem usquequaq; videtur ex jure civili, quo itineris actusq; privati aut viæ possessio anno quæritur. *l. Prator. 1. in prin. & §. hoc interdicto. 2. ff. de itin. actuq; privato.*

3 Hæc † deinceps sententia, ad jura quoq; incorporalia extendi cœpit, nam & horum possessionem justam, anni & sex septimanarum spacio, Saxones nostri acquirunt.

tex. art. 4. incip. Welcher Man *in pr. ibiq; gl. in verb.* Jahr und Tag/Weichbild. *gloss. nova. artic. 49. incip.* Es mag kein Mann. *lit. a.* Weichbild. *per d. art. 44. lib. 2.* Landrecht. *Witebergenses in consulat. Constit. Electoral. part. 5. casu. 23. tit. de stillicid. n. 2. vers. quia possessio, &c. Schurff. cons. 1. incip. Cum venationes. 1. n. 18. vers. vel jure Saxonum si anno, &c. cent. 3.*

4 Sed † cum bellis nonnunquam detinerentur, eoq; complures patriâ sæpè abessent, singulariter extensa, hæc possessionis acquisitio est in mobilibus, ut si interea domi quis sine hærede decederet, judex statim post 30. ab obitu dies, mobilia ejus, magistratus jure, occuparet, eaq; anno & sex hebdomadibus conservaret, hæredi, si quis fortè superveniret restituenda: Tempore autem eo transacto, non possessionem modò, sicut privatus, sed proprietatem quoq; lucrarêtur.

text. d. art. 28. lib. 1. Landrecht. *ubi gl. nova*

 lit. b.

lit. b. art. 59. incip. Ob ein Erbe. *ibiq; gl. n. 2. ibi.* Das wissen hier. *&c. & num. 3. 4. 5.* Weichbild.

5 Privatorum † autem hominum usucapio in re mobili nondum illis temporibus à jure civili recesserat, imò triginta etiam annorum spacium exigere videbatur.

ut colligitur *ex glossa prima d. art. 30.* Weichbild. quatenus ibi annalis usucapionis, non modò nullam mentionem facit, sed etiam evictionis jura generalia omni in re 30. annorum spacio definita urget: fortassè quia

6 Saxones † evictionis & præscriptionis jura pari passu ambulare existimant. *gl. nova. d. art. 83. lit. d. incip. vide supra lib. 3.* Landrecht. *glossa* Lehenrecht. *cap. 13. incip.* Ob ein Herr. *n. 9. ibi.* Hierauff solt ihr wissen. *&c.*

7 Consequens † est igitur, quod hodiè generaliter apud Saxones receptum est, res quascunq; mobiles anno usucapi & sex septimanis; id non ex jure scripto venire, sed moribus atq; ab interpretatione Prudentum:

quod & fatetur Zobel. in gl. nova. ad d. art. 28. latinum. in gl. additionali. in fin. vers. & quamvis hic articulus solùm loquitur, &c. lib. 1. & in d. gl. art. 83. lit d. vers. confirmatur etiam hoc consuetudine, &c. lib. 3. Landrecht. *neq; dissentit Matth. Coler. in c. de quarta. 4. n. 79. ibi. hodiè autem regulariter, &c. ex. de præscript.*

8 Quæ † res exempli est minimè novi, nam & apud vete-

veteres jurisconſultos, paulatim crevêre, & quotidiè magis magisq; invaluêre juris ſententiæ.

text. in l. fideicommiſſa. 11. §. ergò & ſi nomen. 13. ff. de legat. 3. & in l. quæſitum. 12. §. ſed ſi fundus. 27. ff. de fundo. inſtruct. vel. inſtrum. legat. fac. l. cæterum. 4. verſ. Quintus Mutius Primus. ff. de uſu. & habit. §. item is. 2. verſ. & vix receptum. ubi Giphan. ad ea verba. Inſtit. eod. tit.

9 Atq; † hæc nota diligenter, namq; profuêre mihi quandoq; in ſtillicidii causâ defendendâ, cum adverſarius ipſum jus, ego verò poſſeſſionem tantùm, annali acquiri ſpacio contenderemus: Plurimum enim diſceptationis oriebatur ex intellectu eorum capitum & gloſſarum, quæ antè commemoravimus.

vide ſuprà num. 2. & adde pro iſta diſtinctione gl. nov. Lehenrecht. *cap. 25. incip.* Als zuuor geſaget iſt. *in verb.* binnen ſechs Wochen vnd ein Jahr.

10 Proſunt † quoq; ad confirmandam ſententiam noſtram, quòd jure Saxonico hæreditatis petitio, etiam cum ſolis mobilibus conſtat, longiſſimâ præſcriptione indigeat:

quam ſententiam firmavimus ſuprà quæſtione 34. incip. Dubitationem hanc per tot.

QVÆ-

QVÆSTIO XXXVIII.

Sub qua jurisdictione res immobiles esse existimentur?

SUMMARIA.

1. *Hæreditas coram quo judice possit peti, Declaratur ibid. n. 12. & n. 15.*
3. *Bona immobilia sunt sub jurisdictione loci eius, in quo jacent, Ampliatur ibidem n. 4.*
5. *Statuta ratione bonorum etiam non subditos obligant.*
6. *Statuta res afficiunt, etiamsi eas forensis possideat.*
7. *Missio in bonorum possessionem ubi fieri debeat?*
8. *Tributum agri ubi solvatur?*
9. *Alienatio immobilium jure Saxonico fieri nequit, nisi judicialiter.*
10. *Traditio immobilium jure Saxonico fieri debet coram eo judice cui bona subiacent.*
11. *Pignus rei immobilis, jure Saxonico, non consistit, sine judice loci.*
13. *Petitio hæreditatis quid persequatur.*
14. *Petitio hæreditatis quare appelletur actio mixta?*

Cùm

Cum hæreditas non parùm sæpè res soli con-
1 tineat, & † Imperatores, controversiam hæreditatis, non in eo tãtùm loco, ubi res hæreditariæ sitæ sunt, sed & in domicilio Rei conventi terminari posse statuant,

text. in l. un. vers. ubi autem. C. ubi de hæreditate.

2 Non † omninò ineptè forsitan quis dubitaverit, an res soli jurisdictionem quoq; sequantur ejus magistratus, sub quo Reus domicilium suum collocavit?

3 Verum † planiùs est omnes soli res sive bona immobilia tantùm sub territorio, ac jurisdictione ejus esse loci, in quo jacent.

l. in rem, 1. in fi. l. 2. vers. judex utpote domino, &c. & l. fin. C. ubi in rem act. l. un. C. ubi de hæred. agat. l. forma. 4. §. si verò. 2. ff. de censib.

4 Etiamsi † dominus eorum alibi habeat domicilium.

d. l. 2. in pr. ibi. ut sive in eadem, &c. & l. fin. C. ubi in rem act. l. un. vers. ubi autem domicilium habet. C. ubi de hæred. agat. d. l. forma. 4. §. si verò. 2. ff. de censib.

5 Nam † statuta, ratione bonorum sui territorii, obligant etiam non subjectos.

Natta cons. 148. incip. Fundamentum partis nostræ n. 3. vers. quia respectu bonorum in territorio, &c. Gail. obs. 124. incip. Etsi de jure communi. n. 16. vers. illud tamen meminisse oportet, &c. lib. 2.

6 Ipsas enim† res afficiunt, sive à cive possideantur, sive ab advenâ.

Gail. d. obs. 124. n. 17. ibi. quia statutum afficit, &c. lib. 2.

7 Quare † ubi de mittendo in possessionem fundi agitur, illic ubi fund⁹ jacet, missio expediēda est.

text. in d. l. un. in pr. C. ubi de hæred. agat.

8 Agri † etiam tributum in eâ civitate levari debet, in qua possidetur.

text. d. l. forma. 4. §. si verò, 2. ff. de censib.

9 Sic † jure Saxonico quo transferri rerum immobilium dominia firmiter nequeunt, nisi renunciatio atq; traditio rei pro tribunali fiat:

text. Landrecht. *art. 8. incip.* Wo ein Mann sein eigen. *in pr. & ibi glossa nova lit. b. incip. De alienatione immobilium. text. art. 21. incip.* Man mag Frawen. *in pr. & art. 52. incip.* ohne der Erben Laub. *in pr. lib. 1. glossa latina art. 34. incip.* Ohne des Richters Vrlaub. *lit. a. incip. Res quidem. in pr. eod. lib. 1. & art. 30. incip.* Wer jm Erbe *in fi. lib. 2. & text.* Weichbild. *art. 20. incip.* Nu höret *in pr. & art. 60. incip.* Gibt ein Mann. *in fine gl. nova art. 9. incip.* Wer dem andern gelobt. *lit. L. vers. sed ex usu communis patriæ, &c. lib. 1.* Landrecht. *Fachs. lib. 1. differ. 4. incip. Iure civili donatio bonorum. col. 5. vers. licet autem ut jam dictum est, jus Saxonicum, &c. Reinhard. lib. 2. part. 1. differ. 3. incip. de jure civili donatio bonorum. vers. secus de jure Saxonico, &c. & differ.*

differ. 22. incip. De jure civili traditione. vers. secus de jure Saxonico, &c. Matthias Coler. de processib. exsecutivis. part. 1. cap. 10. incip. Viso num & quo jure. num. 166. vers. sed ut transferatur plenum dominium, &c. ubi latè, & decis. 16. incip. Iure civili traditione. num. 3. ibi. jure autem Saxonico, &c. & nu. seqq. & decis. 137. incip. Iure civili circa prædia. n. 18. ibi. tamen dominium, &c. dicens Scabinos Lipsenses ita pronunciare. Petr. Heigius lib. 2. quæst. 18. incip. Iuris feudalis. num. 4. ibi. nam licet ad pleni juris translationem, &c. Andreas Rauchbar. quæst. 6. incip. juris est non incogniti. nu. 35. ibi. & venditorem, &c. lib. 1.

10 Hanc † renunciationem atq; traditionem coram eo necesse est fieri magistratu, cujus jurisdictioni res subjecta est.

text. Landrecht. *d. art. 21. in pr. lib. 1. Matth. Coler. d. decis. 16. n. 20. ibi. sed de allodialibus dubitatur, &c. & nu. seqq. usq. ad fin. Fachs. lib. 1. d. differ. 4. col. 5. vers. & quidem coram eo judice, &c. Reinhard. part. 1. differ. 4. incip. De jure civili donationes. vers. secus de jure Saxonico in immobilibus, &c.*

11 Cumq; † eodem jure nec oppignorari res soli possint, absq; consensu magistratus, similiter hoc casu judicis ejus exquiri assensum oportet, sub quo sunt bona, non alterius.

Matth. Coler. decis. 10. incip. jure civili donatio. n. 6. ibi. de jure autem Saxonico, &c. & d. decis. 16. n. 20. vers. tamen ego sum in contrariâ sententiâ, &c. & n. 21. & decis. 17. incip. Iure civili contrahitur hypotheca. n. 4. 5. 6. text. Electorali Saxonica Constit. 23. tit. Ob die Verpfendung. *&c. in pr. part. 2.*

12 Neq; † moveat quenquam, quod hæreditatis judicium, alio quoq; loco, quàm ubi res sitæ sunt, exerceri potest, nempè in domicilio rei convẽti.

13 Nam † hæreditatis petitio non tàm res ipsas, aut singula capita, quàm jus universum, quod defunctus tempore mortis habuit, persequitur.

text. in l. hæreditas. 50. in pr. ff. de petit. hæreditat. l. bona. 3. §. hæreditatis. 1. ff. de bon. possess. l. nihil est aliud. 24. l. hæreditatis. 119. l. pecuniæ. 178. §. hæreditas. 1. l. bonorum. 208. ff. de verb. signif. l. hæreditas 62. ff. de reg. jur. & dixi hac de re copiosiùs suprà quæst. 24. incip. Incola Gedanensis. n. 5. 22. 23. & n. 32.

14 Eoq; † actio mixta appellatur, quod non rem tantùm persequitur, sed personales quoq; præstationes contineat.

l. sed etsi lege. 25. § petitio. 18. ff. de pet. hæred. l. hæreditatis. 7. C. eod. tit.

15 Non mirum † igitur, si in hæreditate petenda, non tàm accuratè attendatur ad res, quæ in hæreditate sunt, quàm ad personam illam, contra quam actor hoc sibi jus petit adjudicari.

vide quæ copiosè in hanc sententiam disserui suprà d. quæst. 24. n. 9. 10. 11. & seqq.

QVÆ-

QVÆSTIO XXXIX.

Sub qua jurisdictione res mobiles sint collocatæ?

SUMMARIA.

1. *Aurum ad barbaros deferens punitur. Declaratur ibidem n. 45. & seq.*
4. *Ius extra territorium dicendi impunè non paretur.*
5. *Iurisdictio non extenditur ad bona extra territorium.*
6. *Confiscari ab Imperatore possunt mobilia subditorum bona, etiam extra imperij fines existentia. Declaratur ibidem n. 46.*
8. *Mobilia non circumscribuntur loco. Refellitur ibidem n. 47.*
9. *Mobilia non adsignantur certo loco, nisi eò destinata sint. Declaratur ibidem n. 48. 49.*
10. *Iurisdictionis in mobilib. constituendæ ratio, an ex loco peti poßit? & n. 26.*
11. *Regulæ standum est.*
12. *Mobilia adhærent oßibus domini; Refellitur ibid. n. 50. 51. 52. 53. 54.*
13. *Mobilia non poßunt separari à persona domini, sicut nec anima à vivo corpore.*

14. *Mobilia sunt sub jurisdictione loci, in quo dominus habet domicilium. Declaratur ibid. n. 40. 44. 53.*
15. *Bona hominum causâ creata sunt. Declaratur ibidem n. 55. 56.*
16. *Clerici tributa non præstant de mobilibus: Declaratur ibidem. n. 57. & 61.*
17. *Mobilia personæ sequuntur privilegium. Refellitur ibidem n. 63.*
18. *Iudex personæ, est & bonorum judex. Declaratur ibidem n. 64. 65. 67.*
19. *Alienatio judicij mutandi causa, & in potentiorem, quâ occasione prohiberi cœperit? Declaratur ibidem n. 68.*
20. *Vtensilia & cibaria de omnibus mariti prædijs an debeantur? & n. 69.*
21. *Mobilia esse sub jurisdictione loci, in quo existunt, Declaratur ibidem n. 70.*
22. *Mobilia sunt sub jurisdictione loci eius, in quo à domino perpetuo habentur, aut destinata sunt, & n 23. 47. 49.*
24. *Mobilia sub qua jurisdictione sint, à solo patrisfamiliâs voluntate pendet; Declaratur ibid. n. 25. & seqq.*
26. *Rerum jurisdictio se attemperat voluntati patrisfamiliâs.*
27. *In Legato mobilium definiendo locus à loco separatur.*
28. *In tutelæ administratione, unius loci res, ab alio loco, disjunguntur.*
29. *Tutelæ administratio à judice decernitur.*
30. *Tutelam decernere est actus jurisdictionis.*

31. In

31. *In mobilibus loco adsignandis quomodo appareat domini voluntas. & n. 32. 43.*

33. *Debitum mihi, non auget certum meum fundum, sed totum patrimonium.*

34. *Legato fundo domicilij cum mobilibus: aut legatis mobilibus domicilij per se, non continentur mobilia nisi ad eum fundum destinata.*

35. *Mobilia ad fundum domicilij non destinata, sunt tamen de jurisdictione domicilij.*

36. *Paterfamiliàs pluribus opus habet.*

37. *Domicilium quomodo constituatur?*

38. *Domicilium habere potest nullum fundum tenens.*

39. *Opifices sæpè domicilium habent sine domo.*

41. *Accessorium sequitur suum principale.*

42. *Domicilij constituendi essentiale sunt rerum collocatio.*

52. *Sensu quæ percipimus ea jure aut ratione disceptare, est cum ratione insanire.*

56. *Bona immobilia non sequuntur forum personæ.*

58. *Lege ante remissa, denuò per Principem remitti necesse non est.*

59. *Imperator mundi dominus est, quoad jurisdictionem, ibidem n. 60.*

62. *Clerici de immobilibus tributa præstant.*

65. *Intellectus* c. de prudentia. 3. ex. de donat. int. vir. & uxor.

66. *Delegatus fungitur jurisdictione mandantis.*

67. *Termini habiles conservandi sunt.*

71. *Intellectus* c. 1. de pace tenenda.

72. *Specialitatem allegare est refugium miserorum.*

Utilis-

UTilissima hæc est, & usu forensi frequentissima quæstio, sed à nemine, quod equidem
1 sciam, rectè adhuc explicata. Sunt † enim qui simpliciter existiment, ut immobilia territorium sequuntur, in quo jacent, sic mobilia bona personam sequi domini sui, ita ut quem ille magistratum agnoscit, ejus etiam jurisdictioni bona mobilia sint obnoxia.

Bald. in l. mercatores. 4. n. 2. ibi. & est ratio quia mobilia concernunt, &c. C. de commerc. & mercator. Alexan. cons. 31. incip. Viso titulo quæstionis præmissæ. n. 5. vers. & subdit, quod ratio est, quia bona mobilia, &c. lib. 1. & cons. 19. incip. Circa primum dubium. num. 9. vers. quia mobilia respiciunt, &c. lib. 6. Rol. à Vall. cons. 80. incip. dubium quidem. n. 40. vers. & ratio est, quia bona mobilia, &c. lib. 4. Geil. obs. 124. incip. Etsi de jure communi. nu. 18. vers. quia mobilia respiciunt, &c. lib. 2. Peccius de testament. coniugum. lib. 4. cap. 35. (le 2.) incip. ad mercatores. n. 7. ibi. nam cum secundum juris dispositionem, &c. gl. nova Landrecht. *lib. 1. art. 52. sub lit. B. in fin. Modestin. Pistor. cons. 31. in 5. quæst. n. 30. ibi. sed de mobilibus, &c. lib. 1. Matth. Coler. de processib. executiv. part. 1. c. 3. incip. Viso de manus injectione. n. 230. vers. cum mobilia concernant, &c.*

1. Ratio dubitandi.

2 Adduciturq; † pro istâ sententiâ primùm, quod qui ex Imperii Romani subditis aurum ad barbaros defert, is à judice Imperii puniri queat;

text.

text. in l. non solùm. 2. C. de commerc. & mercator.

3 Id † quod minimè fieret, si aurum extra imperii fines delatum à jurisdictione imperii segregaretur: nam † tunc extra territorium jus dicenti impunè non pareretur.
4

text. in l. extra territorium. fin. ff. de jurisdict. omn. judic.

5 Cum † haudquaquam extendatur jurisdictio cujusquam ad bona ea, quæ sunt extra ipsius territorium.

Roland. à Vall. d. cons. 80. incip. Dubium quidem elegans. n. 18. ibi. nam jurisdictio unius, &c. lib. 4.

6 Similiter † & Imperator confiscare potest subditorum suorum mobilia bona, etiam extra Imperii fines existentia. *2. Ratio dubitandi.*

l. mercatores. 4. ubi Bald. nu. 1. ibi. nota quod Imperator, &c. C. de commerc. & mercat Alex. d. cons. 31. n. 5. ibi. quod Imperator confiscat, &c. lib. 1.

7 Quod † identidem non esset, si earum rerum jurisdictio, à personâ negociantis, ullâ loci peregrinitate distingueretur.

per modò adducta n. 3. & seqq.

8 Præterea † generalis ac pervulgata juris regula est, bona mobilia non circumscribi loco sive territorio, *3. Ratio dubitandi.*

Alex. cons. 141. incip. Viso statuto civitatis. n. 21. vers. ubi plus dicit quod idem esset, &c. lib. 7. Matth. Coler. de processib. executiv. part. 1.

d cap. 3. n. 256. verſ. per id quod vulgò fertur, mobilia non circumſcribi, &c. Fachſ. lib. 1. differ. 34. n. 1. verſ. per id quod vulgò dicitur, &c.

9 Nec † unquam certo adſignari loco, niſi ea tantũ, quæ paterfamiliàs perpetuo ibi habet, aut ita diſpoſuit, ut perpetuò ibidem retineat.

text. in l. debitor. 32. in fin ff. de pignorib. & in l. ex facto. 35 §. rerum. 3. ff. de hæredib. inſt. cum ſimilib.

10 Jurisdictionis † igitur in eis conſtituendæ ratio ex loco, in quo ſunt, peti nequit, Regula enim
11 modò commemorata adverſatur, Cui † regulæ omninò oportet adhærere.

gl. in l. omnis definitio. 203. ff de reg. jur. Curt. ſenior conſ. 72. incip. Magnifice Vir excellens Doctor. n. 1. verſ. & ex hoc oritur, &c. Fulv. Pacian. de probat. lib. 1. c. 8. incip. Expedita ampliationum declaratione. n. 13. ibi. quæ gloſſa dicit quod licet, &c.

4. Ratio dubitandi.

12 His † quaſi ſucceſſorium quoddam argumentum eſt, quòd mobilia aut moventia ſeſe bona oſſibus adherere dicuntur patrisfamiliàs ejus, cujus ſunt, ubicunq; terrarum inveniantur.

Matth. Coler. de proceſſib. execut. part. 1. d. c. 3. n. 230. ibi. ſecus eſt mobilibus, &c. & n. 256. verſ. per id quod vulgò fertur, &c.

13 Ita † quidem ut non magis à perſona ejus ſeparari queant, quàm anima ſeparari poteſt à vivo corpore.

Matth. Coler. de proceſſib. executiv. d. part. 1. c. 3. n. 240. ibi. adeò ut mobilia, &c.

14 Ex † quo ſequitur infallibiliter, ea ſub jurisdictione eſſe ejus loci, in quo pater ille familiàs do-

micilio fruitur, non habitâ ratione, quo loco bona ipsa mobilia collocârit.

Sic concludit Matt. Coler de process. execut. part. 1. d.c.3.d n.230. & n.256. Rauchb. quæst. 17. incip. Ex facto hæc quæstio. n.3 ibi. sic & mobilia, &c. lib. 1.

15 Estq; † hujus rei ratio & optima, & novi genitrix argumenti, bona nimirum hominum causâ creata esse, ac propterea tanquam accessoria sequi suum principale, id est, hominem: *5. Ratio dubitandi.*

Oldrad. cons. 83 incip. An Episcopus possit. nu. 3. vers. accessoria enim sunt, &c. Bertran cons 121. incip. non solùm Clerici. n.3. vers. & hoc quia accessoria & hominum causa, &c. vol. 3. part. priore.

16 Quibus † simile est quòd clerici ratione suorum, quæ mercantur, mobilium, à tributis cæterisq; muneribus extraordinariis, immunes sunt, quocunq; locorum ea transvehant. *6. Ratio dubitandi.*

l. omnis. 2. in pr. & § 1. C. de Episcop & cler.

17 Unde † efficitur, ut mobilia personæ sequantur privilegeium. *7. Ratio dubitandi.*

18 Sic † alibi traditum reperimus, qui personæ judex est, hunc eundem & bonorum esse judicem.

text. in c. de prudentia. 3. ex. de donat. int. vir. & uxor. Oldrad. d. cons. 83 n. 3. vers. qui enim judex est persona, &c. Bertrand. d cons. 121. n. 3. vers. qui enim est judex personæ, &c. vol. 3. part. 1.

19 Personæ quoq; mutatione statum ipsius rei quò ad forum commutari, argumento est, q. alioquin frustrà judicii mutandi gratiâ alienari, vel in potentiorē transferri causæ defensio prohiberetur. *8. Ratio dubitandi.*

tot. tit. ff. & C. de alienat. jud. mut. causa fact. & ne liceat potentioribus. Oldrad. d. cons. 83. num. 4. ibi. & quod mutatione personæ, &c. Bertrand. d. cons. 121. n. 4. vers. & quod mutatione personæ mutetur forus, &c. vol. 3. part. priore.

9. Ratio dubitandi. 20 Non † omittendum est, quod Saxonico jure, utensilia atq; cibaria, de omnibus mariti prædiis persolvuntur, licet is in uno tantùm habuerit domicilium.

Andr. Rauchbar. d. quæst. 17. incip. Ex facto. n. 17. & seqq. usq. ad n. 26. inclusivè. part. 1.

10. Ratio dubitandi. 21 Sunt † prætereà qui indefinitè omninòq; contra superiores loquantur., mobilia ejus esse territorii, in quo exstant.

Bald. in c. 1. in pr. n. 6. ibi. item nota quod bona mobilia, &c. Alvarot. ibid. in §. si verò violator pacis. nu. 1. ibi. nota quod bona mobilia censentur, &c. ex. de pace tenend. per eum text. Alexand. cons. 16. incip. Viso titulo quæstionis præmissæ. n. 2. vers. pro hoc etiam textus, &c. lib. 1. ubi & ipse Alexander & postea quoq; Molinæ. in addit. sub lit. K. hanc sententiam veriorem esse putat. Petr. Wesemb. cons. primo. nu. 64. vers. quin potiùs ipsum Baldum audiamus, &c. & cons. 16. incip. Fraw Anna. n. 53. vers. prætereà posito & concesso, &c. lib. 1.

Decisio. 22 Ast † ego re semel atq; iterum cogitatâ, puto bona mobilia generaliter sub jurisdictione esse ejus loci, in quo paterfamiliâs ea perpetuò habet, aut

aut habere se perpetuò velle disposuit & ordinavit.

23 Quoties † enim in jure nostro de loco tractatur, ad quem mobilia bona referenda sint, non aliam quæstionis ejus terminandæ rationem invenio, quàm locum, in quo à patrefamiliàs non simpliciter, aut casu vel temporis causa, sed perpetuò habentur, aut certè sic ab eo disposita sunt, ut ibi perpetuò maneant. *Ratio decidendi.*

text. in l. debitor. 32. in fin. ff. de pignorib. l. ex facto. 35. §. rerum. 3. ff. de hæred. instituend. l. Caius. 86. in pr. ff. de legat. 2. l. uxorem. 41. §. legaverat. 6. vers. item quæsitum est. juncta gl. ibid. in verb. suprà responsum. l. si fundus. 44. l. quæsitum. 78. in pr. & §. fin. l. si chorus. 79. §. his verbis. 1. l. si ita legatum. 68. ff. de legat. 3. l. generali. 32. §. uxori. 2. ibiq. gl. in verb. mercis causa. ff. de usufructu legat. l. prædia. 27. in pr. & §. 1. & 3. ff. de fund. instruct. vel instrument. legat. l. si uxori. 39. §. cum ita. 1. ff. de aur. & argent. legat. l. fundo. 2. C. de verb. & rer. significat.

24 Totum † enim hoc negocium à voluntate patrisfamiliàs dependet.

text. in d. l. ex facto. 35. §. rerum autem. 3. in pr. ff de hæredib. instituend. l. si uxori. 39. §. Atteius. fin. ibi. jussu testatoris. & rursum ibi. contrà verò si iniussu. ff. de aur. & arg. legat.

25 Neq; † verò est, quòd existimet quisquam, id omne tantùm ad privatam rem patrisfamiliàs or-

 dinan-

26 dinandam pertinere, nam † & rerũ ipsarum jurisdictio, sese locis illis, in quib. res sunt, attemperat. *text. in l. tutores. 39. §. hæres. 3 l. Titium. 47. §. tutores 2. ff. de adminiſt. tut. l. si divisum. 2 C. si ex pluribus tutorib. . . veterem fin C. de authoritat. præſtand.*
27 Ut † enim jura in legato mobilium definiendo locum à loco separant, *quod fit plerisq; legib. suprà n. 23. adductis.*
28 Ita † legibus modò relatis res unius loci, ab alio loco dijunguntur, in administratione tutorum decernenda.
29 Quæ † administrationis decretio, non, nisi à magistratu hodiè fieri potest. *l. si plures 3. §. quamvis 3. & § §. seqq. usq; ad finem legis. ff. de adminiſt. tutor. Anton. Capyz. decis. 50. incip. In causa Iacobi Luciani. n. 1. vers. debet enim decerni, &c. Viv. decis. 40. incip. Tutor cuiuslibet speciei. n. 1. ubi se in requisitis ad Capyzium refert Matth. W. semb. in paratit. ff. de tutel. n. 5. vers. id tamen in genere sciendum est, &c.*
30 omninoq; † actus quidam jurisdictionis est, *ut patet ex Alberti Bruni cons. 84. incip. Dum sit difficultas, n. 1. ibi, ratio differentiæ est quia tutor, &c.*

31 Primam † autem atq; principem patrisfamiliàs voluntatem ex domicilio ejus metimur, ut non tantùm quæ prædiis, sed toti ejus familiæ retinendæ necessaria sunt, ad illud ipsum domicilium ejus destinata ab eo esse existimentur, nisi contrarium appareat.

text.

text. evidens in l. prædia. 27. §. affini. 1. & §. 2. 3. 4. ff. de fund. instructo vel instrum. legat. ubi legato fundo domicilii cum instrumentis, omnibusq; aliis rebus quas ibi habet testator, omnia continentur, hocq; solùm quæritur, an manifestè appareat, defunctum quid ex his dari noluisse. *idem probatur per l. ex facto. 35. §. rerum. 3. & §§ seqq. usq; ad fin. legis. ff. de hæred. instit.* Atq; hanc definitionem genitricē esse arbitror multarum maximarum in jure decisionum, quas videre licet *in l. quæ conditio. 39. §. cum ita. 1. ff. de condit. & demonstrat. l. nulli. 28. §. sin autem persona non designata. 1. ibi. ex qua testator oritur. & §. quod si testator. 3. & §. seq. & l. si quis ad declinandam. 48. §. & si quidem captivos. 2. & §. seq. C. de Episcop. & cler. Novell. de ecclesiast. tit. 131. cap. si quis in nomine. 6. ibiq; gloss. in verb. domicilium. Speculat. de instrument. edit. §. nunc verò aliqua. 13. num. 64. ibi. sexagesimò quintò quid si testator vult fieri pontē, &c.* & rationis similitudinem habent quoq; cum his *text. c. si peccaverit. 18. in fi. ibi. ut ubi contigerit malum ibi moriatur. 2. quæst. 1. c. postquam. 3. ibi. quia melius possunt, ubi est conversatus, &c. ext. de elect. l. capitalium. 28. §. famosos. 15. in pr. ff. de pœnis.*

32 Neq; † tamen hæc ita accipienda est destinatio, quasi ad illam aut istam domum facta sit, sed
33 generaliter ad domicilium. Sicut † id, quod mihi

mihi debetur, non auget hunc aut illum fundum, sed universum meum patrimonium.

text. in l. Caius. 86. in pr. ibi. sed omnium hæc esse communia ff. de legat. 2. gl. in l. si fideicommissum. 50. § tractatum. 1. in verb. facultatum. ff. de judiciis. & disserui pluribus quæstione sequente, nu. 32. ibi. similis ratio est, &c. & n. seqq.

34 Quare † non rarò evenit, ut testator fundum domicilii sui legans cum omnibus mobilibus quæ ibi sunt; aut sine fundo, quicquid in eo pecuniæ vel alterius rei mobilis, non tamen legasse credatur ea, quæ in illo fundo reperiuntur, nisi ad eum fundum perpetuò destinata sint.

text. in l. §. si fundus. 44. l. quæsitum. 78. §. fin. l. cum quæreretur. 60. §. prædiis. fin. l. si chorus. 79. § his verbis. 1. l. si ita legatum. 86. l. si mihi. 92. §. si mihi. fin. ff. de legat. 3. l si uxori. 39. § cum ita legatum esset. 1. & §. seq. usq. ad finem legis. ff. de aur. & argent. legato. l. generali. 32. §. uxori. & §. seq. ff. de usu & usufr. legat. l. prædiis. 1. & l. 2. C. de verb. & rer. signif.

35 Nihilominnùs † tamen verùm est, non ea tantùm, quæ ad hunc fundum destinata sunt, sed & reliqua quæ quoquo modo in eo fundo reperiuntur, ad jurisdictionem domicilii, cujus districtu continentur, pertinere, modò non sint ad fundum alterius territorii destinata.

ut clarissimè evincunt textus suprà n 31. commemorati.

Estq;

36 Estq; † hujus rei ratio evidentissima, nam cum paterfamiliàs pluribus opus habeat, ad sese atq; uxorem ac liberos sustentandos, & negocia expediunda:

de quibus est in l. fundo. 2. C. de verb. ac rer. signif. l. prædia. 27. §. ad fin. 1. & tot. tit. ff. de fund. instruct. vel instrum. legat. l. si chorus. 79. §. his verbis. 1. ff. de legat. 3.

37 Domicilium † ejus metiri non oportet solà domus possessione, multoq; minùs ex contestatione aliqua, sed ex re ipsa, factoq;, hoc est, si larem rerumq; ac fortunarum suarum summam eo loco collocârit, non recessurus inde, nisi aliqua eum inde causa avocet.

text. in l. libertus. 17. §. sola ratio. 5. & §. sola domus. 13. l. domicilium. 20. l. Imperatores. fin. §. item rescripserunt. 5. ff. ad municipal. l. cum neq;. 4. l. cives. 7. C. de incolis lib. 10.

38 Quamobrem † habere domicilium potest, etiam qui nihil possessionum tenet, quod opificibus sæ-
39 pè usu venit, † qui nullam domum aut prædium tenentes, ejus tamen quod exercent opificii nomine munera solvere magistratui tenentur, propter domicilium.

Andr. de Isern. in c. un. in verb. & plaustrorum. n. 55. vers. ut si sit artifex, &c. quæ sint regalia.

40 Manifestum † est igitur res mobiles, aliò non de-
41 stinatas, adhærere domicilio. Ceu † accessorium suo principali,

l. nam quæ accessionum. 2. ff. de pecul. legat.

Panormit. in c. ut nostrum. 56. n. 4. vers. cum hoc accessorium, & c. ex. de appellat. Matth. Afflict. decis. 35. incip. Si actum fuit. n. 4. ibi. & principale regulat, &c.

42 Vel † potiùs tanquam essentiale quoddam rei suæ, quam constituunt.

text. in l. jurisgentium. 7. §. adeò autem. 6. in pr. juncta gl. ibid. in verb. ex eodem. ff. de pact.

43 Altera † voluntatis exquirendæ pars, quæ extra domicilium patrisfamil. versatur, est restrictior; nam ea nihil mobilium ibi repertorum, sub ejus loci jurisdictione collocat, nisi ad locum istum perpetuâ manendi destinatione à domino relata sint.

l. ex facto. 35. §. rerum autem. 3. & §§. seqq. usq. ad fin. ff. de hæredib. instituend. l. quæsitum. 78. §. Mævi. 1. l. prædijs. 91. ex his verbis. 1. ff. de legat. 3. l. prædijs, 1. & l. 2. C. de verb. & rer. significat.

44 Quæ † verò casu aut temporis causa ibi reperiuntur, ea domicilium sequuntur, & suprà scripta ratione.

vide suprà n. 31. & seqq. usq. ad n. 42. inclusivè.

45 Atq; † hęc brevis explicatio facilè argumenta adversaria refutabit, nam quòd Imperator subditos suos propter aurum ad exteros delatum punire potest, id primum delicti causâ fit, ab eo commis-
46 si, qui certè imperio subjectus est. Deinde † dem⁹ sanè aurum quoq; aut alia mobilia, (quod præcipuum secundi argumenti robur est) pœna Impe-

ratoris

ratoris comprehendi, hæc tamen inde eveniunt, quod mobilia ex domicilio delinquentis æstimantur.

per supradicta n. 31. & seqq. usq. ad n. 42. inclusivè. & rursum n. 44.

47 Quod † autem tertiò producebatur mobilia loco non circumscribi id falsum est;

per tex. in l. si res mobilis. 10. ff. de rei vindic. ubi res mobilis restitui debere dicitur, ubi est, aut ubi agitur. simpliciter enim ubi agitur restituenda foret, non etiam ubi est, si locus in quo est, nihil ad jurisdictionẽ judicis, cuius autoritate restituitur, faceret.

aut enim domicilio adhærescunt, aut illi loco, ad quem extra domicilium destinata sunt.

ut propè digito intendere videtur text. d. l. si res mobilis. 10. ff. de rei vindic. dum ait restitutionem fieri aut ubi res est, aut ubi agitur, qui posterior ferè est domicilii locus, *ut probavimus infrà quæstione sequente n. 12. & diximus suprà n. 31. & seqq. usq. ad n 44. inclusivè.*

48 Quod † heic præterea attexebatur, nunquam mobilia loco certo adsignari, nisi eo nominatim destinentur, id ex posteriore tantùm jurisdictionis introducendæ modo petitum est, nam si ad priorem quoq; accommodes, falsum efficietur:

49 Semper † enim & regulariter mobilia adhærescunt domicilio; exterorum autem locorum jurisdictionem non ingrediuntur, nisi ut ista objectio ait, in locos eos perpetuâ manendi destinatione translata fuerint.

 per

per dicta supra n. 31. & seqq. usq; ad n. 44 & n. 46. 47.

50 Ejusdem † generis & quartum argumentum est, nam mobilia ossibus domini adhærere, & sensu
51 & juris ratione absurdum est : ac † sensum qui-
52 dem demonstrare non est necesse, Nam † si quæ sensu percipias, ea aut jure aut ratione disceptare velis, aliud nihil est, quàm si cum ratione insanias.

Bald. in l. actor. 23. n. 5. nam ut ait Aristoteles dimittere sensum, &c. C. de probat. & in l. testium. 18. (aliàs l. 13.) n. 37. vers. Aristoteles dicit, quod quærere rationem, &c. C. de testib. & cons. 410. incip. Quidam emerunt, n. 4 vers. & habere rationem, &c. lib. 5. Ias. in Auth. si qua mulier. nu. 11. vers. item quærere legem, &c. C. de SS. Eccles.

53 Juris † autem ratio, non ossibus domini, sed domicilio ejus adhærere mobilia evincit.

ut suprà demonstravimus n. 31. & seqq.

54 Atq; † hinc manasse errorem opinor, aut certè Interpretes per ossa non hominem, sed domicilium ejus voluisse significare, Quod & ex eo patet, dum argumenti hujus complexione idipsum referunt, quod nos volumus, nempè ex domicilio jurisdictionem esse existimandam, ut ita verbo tantùm, non re, hæc à nobis objectio dissideat.

55 Sequens † ratio, quod hominum causâ res omnes sint conditæ, fragilis admodum est, nam & so-

& soli res hominum causà non minùs sunt, quàm mobiles;

text. Gen. cap. 1. vers. 28.

56 Nec † tamen idcircò personæ forum sequuntur.

sicuti fatentur adversariæ sententiæ autores suprà relati n. 1. & dixi in quæst. præcedente, n. 3. & seqq.

57 Clericorum † à tributis exemtio minùs officit; nam si mobilia ipsorum ex conditione personæ metiri jam antè oportuisset, novum hoc eis, ab Imperatore, privilegium tribui, supervacaneum

58 erat: Nam † quæ antè sunt per legem remissa onera, non est opus denuò per Imperatorem remitti.

text. in l. quæ sub conditione. 8. §. de hoc jurejurando. fin. ubi Bald. n. 3. ibi. nota hic quod remissum à lege, &c. ff. de condit. instit.

59 Et † verò Imperator mundi totius dominus est,

l. deprecatio. 9. ff. ad l. Rhod. de jact. Oldrad. d. cons. 83. n. 1. vers. hic enim agitur de rebus temporalibus, &c.

60 maximè † quoad jurisdictionem,

Oldrad. d. cons. 83. n. 1. vers. & maximè, &c.

61 Facilè † igitur mobilia ista tributis eximere potuit, omni enim casu jurisdictione æjus continebantur.

per supradicta n. 31. 35. 43. & infrà n. 68.

62 Sicuti † econtrà hujus generalis jurisdictionis auctoritate, possessiones clericorum à muneribus tributisq; immunes esse noluit, sed præstare

jussit magistratui illi, sub quo prædia reperiuntur.

l. de his. 3. ibi. auctoritas tua. C. de Episcop. & cler. fac. novell. de ecclesiast. titul. 131. cap. ad hæc sancimus. 2.

63 Quod † ipsum magno argumento est, res non sequi personæ conditionem.

64 Eum † porrò qui pecuniæ judex est, hunc & bonorum esse judicem, id omninò ex nostra distinctione interpretari oportet.

de qua suprà n. 31. & seqq. usq. ad n. 44. & ex his quæ dicam infrà quæst. seq. nu. 12. ibi. atqui certum est, &c. & n. seqq.

65 Nam † in adducto

c. de prudentia 3. ex. de don. int. vir. & uxor.

nihil pro adversariâ sententiâ dicitur, sed delegatum, ad matrimonii quæstionem terminandam, posse etiam de dote incidenter cognoscere: nimirum quia & mandator (cujus † hîc jurisdictione utitur,

66

l. quæcunq. 1 §. qui mandatam. 1. ff. de offic. eius cui.)

poterat; nulla enim dubitatio fuisset, si nec Pontifex habuisset dotis cognoscendæ facultatem; itaq; eam ex regulis communibus supplere hîc oportet,

de quib. suprà d. n. 31. & seqq. latissimè.

67 ut † termini conserventur habiles.

c. ut Abbates. 1. ex. de ætat. & qualit. Alia quoq; huius rei explicatio dari potest ex natura accessionum. *de qua diximus suprà n. 40. & seqq.*

68 Alienatio † judicii mutandi causâ vel in potentiorem facta, nostram omninò firmat sententiam; ideò enim, quòd is in quem alienatio fit, aliò rem transfert, aut certè propter domicilium suum transferri creditur,

per tradita suprà n. 31. & seq.

forum quoq; immutatum est.

text. in l. quia etiam. 3. in pr. ff. de alienat. jud. mutand. caus. facta.

69 Idem † judicium de utensilium & cibariorum præstatione: quanquam enim de istà adhuc opinione addubito, fac tamen ita esse, nostra sanè sententia idipsum evincit, quod contrariæ opinionis defensores postulant, nempè ut ex omnibus prędiis, utensilia & cibaria persolvantur; Seu n. quædam ex his prędio cuiq; destinata perpetuò sunt, seu omnia ad prædium domicilii referũtur, Omnia certè prædia sunt sub jure Saxon. igitur utroq; casu sequuntur sanctionem ejus.

per ea quæ tradidimus s. n. 31. & seqq. usq; ad n. 44.

70 Quod † ultimo loco relatum est, mobilia jurisdictionem agnoscere ej⁹ in quo existunt, id à nobis tantùm obscuritate dissidet, Itaq; si interpretationem nostram adhibeas, quomodo quoquo loco existere videantur, plana res est atq; perspicua.

71 Nam † text. *in c. 1. de pace tenend.* id quod hic contenditur, minimè dicit, sed generaliter tantùm ait, mobilia à judice esse publicanda; quis autem sit ille judex competens, non exprimit, à nostra igitur distinctione assumi oportet, neq; est opus spe-

ſpecialitatem allegare in violatore pacis, ut Matthias Colerus fecit.

in tract. de proceſſib. executiv. part. 2. c. 3. incip. In præcedenti, n. 31. ibi. quantumvis enim alibi referat Baldus, &c.

72 Valde † enim hoc genus improbatur, vulgoq; creditur eſſe refugium miſerorum.

Contard. in l. diffamari. c. 1. n. 4. ibi. verum quia miſerorum eſt refugium, &c. C. de ingen. manumiſſ. Neguzant. de pignorib. 4. memb. 2. part. principal. incip. Sequitur modò quartum membrum. n. 13. verſ. quia iſtud dicere eſt recurrere, &c.

QVÆSTIO XL.

Sub qua jurisdictione nomina, jura & actiones constitutæ sint?

SUMMARIA.

1. *Nomina jurisdictioni illi subiecta esse videri, sub qua creditor habet domicilium.*
2. *Nomina neq; mobilibus neq; immobilibus annumerantur, sed sunt tertia bonorum species. Declaratur ibidem n. 21.*
3. *Nomina loco non circumscribuntur. Declaratur ibidem n. 23. & seqq. & n. 36.*
4. *Nomina personæ creditoris cohærent. Declaratur ibidem n. 40.*
5. *Nomina ossibus creditoris adeò infixa sunt, ut ab ijs nequeant separari.*
6. *Nomina illius territorij bonis adnumerantur, in quo exactio eorum fieri potest.*
7. *Nomina sunt de foro debitoris.*
8. *Forum Rei conventi quodnam sit & quàm varium?*
9. *Debitor quod mihi debet, magis ipse possidet quàm ego.*

10. *Nomina quoties necesse est, ad aliquam speciem mobilium vel immobilium aggregari, idem de ijs judicatur, quod de re quæ nomine debetur.*

11. *Nomina jurisdictioni magistratus ne eximantur necesse est aut mobilibus aut immobilibus aggregari & n. 22.*

12. *Rei vindicatio ubi instituenda?*

13. *Actio personalis ubi institui debeat?*

14. *Forum contractus quodnam sit? & n. 15. 16. 17.*

18. *Debitoris bona ubi venire debeant? & n. 19.*

20. *Creditor transiens, non tenetur de nominibus suis vectigal solvere.*

24. *AEs alienum non est unius loci sed universarum facultatum.*

25. *AEs alienum minuit totum debitoris patrimonium non certi loci facultates.*

26. *Impensæ, dotem ipso jure minuentes, non singula corpora, sed universam dotem minuunt.*

27. *Fundus non recipit æris alieni vel legati diminutionem. Ampliatur ibid. n. 28.*

29. *Pignori datum fundum actio personalis non comitatur.*

30. *Fideicommissum petenti non obstat exceptio maiorem hæreditatis partem alibi esse, etiamsi in loco petiti fideicommissi plus sit æris alieni. Declaratur ibid. n. 31.*

32. *Debitum mihi non auget certam bonorum meorum partem, sed universum meum patrimonium.*

33. *Debita res quamvis certo sit loco, jus tamen petendi incorporale est, & omni loco rem sequi potest.*

34. Actio-

34. *Actiones ideò inventæ, ut tanquam incorporales ubicunq; effectum suum possint exserere.*

35. *Nomina & Kalendarium, quod certo loco exercetur, non continetur patrimonio eius loci, etiam cum dispositio bona ibi sita nominatim comprehendit.*

37. *Nomina cur in familiæ erciscundæ judicium non veniant?*

38. *Nomina ipso jure inter hæredes dividuntur.*

39. *Dividere fundis certis necesse non est, quod jam antè fundis fuit adglutinatum.*

41. *Relatum tollitur cadente correlato.*

42. *Relatum sine correlato suo ne cogitari quidem potest.*

43. *Peculium servo in manumissione non ademtum, concessum quidem tacitè videtur, sed tamen nequit is convenire debitores peculiares, nisi mandatis sibi actionibus.*

44. *Cessis actionibus creditor quatenus adhuc ipse agere possit?*

45. *Nomina etiam post cessionem manent penes creditorem, & actiones tantùm possunt præstari. Declaratur ibidem n. 46.*

47. *Actiones directè nunquam ab actore separantur.*

48. *Actiones directæ ossibus actoris adhærent, ut character animæ.*

49. *Correlativa non sunt eiusdem jurisdictionis.*

JAmpridem vereor ne minùs verecundè optimos & ingeniosissimos legum Interpretes tàm veteres quàm recentes tractare videar, dum adeò sæpè, sæpius certè quàm vellem, eorum mihi placita sumo reprehendenda, sed cum sine omni acerbitate opinionis meæ exponam arbitrium, solam spectans veritatem, veniam, ut spero, mihi non gravatè dabit Lector, hujus in eam indulgentiæ meæ: Tractabo autem quæstionem in foro admodum vulgarem & frequentem, cujusnam propriè jurisdictionis æstimanda sint nomina, actiones, & reliqua hujusmodi jura incorporalia. Quo quidem in negocio sententiæ Interpretum
1 discrepantes sunt, planeq; contrariç. Pars † enim atq; hi non pauci existimant, nomina debitorum, jura, & actiones ex personâ creditoris æstimanda esse, eiq; subjacere jurisdictioni, sub qua creditor habet domicilium,

Alexand. cons. 31. incip. Viso titulo quæstionis præmissæ. n. 7. vers. si ergò nomen debitoris non cohæret, &c. lib. 1. & cons. 19 incip. Circa primum dubium. n. 9. idem videtur in nominibus debitorum, &c lib. 6. Carol. Molina. super consuet. Parisiens. §. 1. gl 4. in verb. mettre en sa main. n. 9. vers. tùm si hæc jura alicubi esse censerentur, &c. Matthias Coler. de process. executiv. part. 1. c. 3. incip. Viso de manus injectione. n. 239. ibi. unde isto casu verè locum habet, &c. Tiraquell. de jure primigen. quæst. 49. n. 10. (in fi.) Ioan. Dauth. in tract. de testam. n. 54.

in Apo-

in Apostill. ad verb. ita & unam. Rauchbar. quaest. 17. incip. Ex facto. n. 1. & seqq. usq; ad fin. lib. 1. & vide quos retuli in addit. ad Modestin. Pistor. illust. quaest. 124. incip. Iure Saxonico tutor. n. 5. ibi. illa itaq; nobis, &c. & nu. 126. ibi. est namq; nota juris sententia, &c. & n. seqq. usq; ad n. 130. inclusivè.

2 Adducuntq; † hujus rei rationem, quod nomina, jura atq; actiones, propriâ suâ essentiâ, neq; mobilibus neq; immobilibus rebus aggregari queant, sed tertia quaedam atq; ab his separata sint bonorum species, **Ratio dubitandi.**

l. quam Tuberonis. 7. §. in peculio autem. 4. vers. vicarios quoq; ff. de pecul. l. à Divo pio. 15. §. in venditione. 2. ff. de re judic. & retuli latè ad Modestin. Pistor. illust. quaest. 124. incip. Iure Saxonico uxor. n. 5. ibi illa itaq; nobis, &c. & n. seq.

3 Eamq; † ob rem loco nullo circumscribantur,

Alexand. d. cons. 31. n. 7. vers. quia locus seu territorium non circumscribit, &c. lib. 1. Ias. in l. omne jus. 1. n. 4. vers. quia locus non circumscribit, &c. ff. de stat. homin. & in l. à Divo pio. 15. § in venditione. 2. n. 7. vers. quia jura & actiones non circumscribuntur, &c. ff. de re judic. & in l. stipulatio hoc modo. 61. insi. vers. secundò & fortius fui motus, &c. ff. de verb. obligat. Carol. Molinae. super consuet. Paris. §. 1. gl. 4. in d. verb. mettre en sa main. n. 9. vers. cum nomina & quaecunq; jura incor-

poralia, &c. Toming. decis. 22. incip. In causa Hallensi. n. 6. ibi itaq; cum certò certius sit. & n 8. ibi. maximè verò cum nomina, &c.

4 Sed † personæ creditoris cohæreant:

Alexand. cons. 16. incip. Viso titulo quæstionis præmissæ. nu. 2. col. fin. vers. pro confirmatione prædictorum facit, &c. lib. 1. & cons. 141. incip. Viso statuto civitatis. in fi. lib. 7. Henning. Göden. cons. 37. incip. Primum dubium propositum. n. 5. ibi. item nomina debitorum, &c.

5 Adeò † firmiter, ut quasi infixa ossibus ejus separari ab iis nequeant.

Alexand. d. cons. 31. n. 7. vers. quia actiones ossibus, &c. lib. 1. & d. cons. 19. n. 9. vers. quia actio personalis cohæret ossibus, &c. lib. 6. & d. cons. 141. in fi. lib 7. Modest. Pistor. cons. 31. ins. quæst. n. 51. ibi & multò maior in nominibus, &c. lib. 1. Vdalric. Zas. in § omnium. 1. n. 3. ibi. ex parte actoris, &c. Instit. de act.

Decisio.

6 Alii † contrà arbitrantur, nomina, jura & actiones illius territorii bonis adnumerari, in quo exactio eorum & jure fieri, & facto ipso institui potest.

Alexan. d. cons. 16. incip. Viso titulo quæstionis præmissæ. n. 4. vers. nam concludit Lapus, &c. lib. 1. And. Tiraq. de retract. lignag. §. 36. gl. 3. in verb. de la jurisdiction. &c. n. 15 ibi, quod si nostra, &c. & n. 16. 17. (ubi finaliter hanc sententiam refert, tametsi nihil amplius aperit, qd ipse sentiat.) Vinc. de Franch. decis. 93. incip.

quam-

quamvis consuetudines civitatis. n. 6. ibi. ubi concludit quod nomina, &c. Modest. Pistor. d. cons. 31. in 5. quæst. n. 54. ibi. sic & nomina dicuntur, &c. lib. 1. adde dicta suprà quæst. 24. incip. Incola Gedanensis. n. 1. ibi dubitandi causa, &c.

7 Hoc † est, ut ego simpliciter ac regulariter definio, in foro rei conventi.

per tex. in l. quoniam. 2. C. ubi & apud quem cognitio in integ. restit. agitanda sit. & in l. juris ordinem. 2. l. in criminali. 5. in pr. C. de jurisdict. omn. jud. l. actor. 3. C. ubi in rem actio.

8 Quod † ut deinceps apparebit, quandoq; domicilium est debitoris, nonnunquam celebrati contractus, interdum etiam rei sitæ.

text. (qui haud dubiè ad hæc tria respexit) in l. Titium. 47. §. tutores. 2. ibi. neq; debitores in Italia essent, neq; eorum prædia, &c. rursumq; ibi. si provincialis contractus esset. ff. de administ. tut. fac. l. tutores. 39. §. hæres. 3. ibi. nam hæreditatis in provincia fideicommisso restituto causam quidem juris expediri posse, &c. ff. eod. tit. de administ. tut. l. quæro. 100. in fi. ff. de solut. & ita sensère omnes illi, quos paullò antè n. 6. adduxi.

9 Hanc sententiam posteriorem juri inprimis consentaneam esse existimo. Nam † debitor id, quod mihi debet, magis ipse possidet quàm ego. *1. Ratio decidendi.*

text. in l. nec ullam. 13. §. item à debitore. 15. (qui est §. fin.) ff. de petit. hæreditat. Simon Pistor. cons. 11. incip. Es hat Andreas. *n. 5.*

n. 5. verſ. Jedoch ſo wird jhm von der Gewehr. *&c. poſt lib. 1. Conſiliorum Modeſtini Piſtoris.*

2. Ratio decidendi.

10 Præterea † quotiens jura, actiones, nomina ad aliquam mobilium aut immobilium ſpeciem referri oportet, idem de iis judicamus, quod de re, ad quam competunt, eſt conſtitutum.

*Bart. in l. moventium. 93. in fi. Alciat. ibid. n. 3. verſ. ſed ſi ſub altera, &c. ff. de verb. ſignif. Bart. conſ. 50. incip. Filius Petri. n. 2. ibi reſpondeo ad jura, quæ dicunt, quod actiones, &c. Bald. conſ. 232. incip. Suprà infraſcriptis dubijs. n. 2. verſ. ſed quando eſt neceſſe, q̄ alicui iſtarum, &c. lib. 2. Panor. in c. nulli. 5. n. 9 verſ. tamen ubi oportet neceſſario, &c. ext. de reb. Eccleſ. non alienand. Alex. in l. à Divo pio. 15. §. in venditione. 2. n. 2. verſ. adde quod conſuevit eſſe communis concluſio, &c. ff. de re judic. ubi communem * dicit. & conſ. 125. incip. Viſis & conſideratis ſtatutis. n. 4. verſ. ſed ubi opus eſſet applicare, &c. lib. 1. Natt. conſ. 146. incip. Chriſti redemtoris invocato ſuffragio adeò ſubtiliter. n. 13. ibi. ulterius fuerunt donata, &c. ubi ait ita communiter * diſtingui ſolere. Tiraquell. de retract. lignag. § 1. gl. 7. in verb. ou autres choſes. n. 15. verſ. quod ſi neceſſe ſit, &c. ubi n. 17. ait hanc diſtinctionem eſſe communiorem ** & veriorem. Guido Papa. conſ. 52. incip. Factum tale eſt Ioanneta. n. 2. ibi. nec obſtat gloſſa poſita, &c. Carol. Molinæ. ſuper conſue*

consuet. Paris. §. 94. gl. 1. in verb. rentes constituees. n. 19. vers. tamen quoties necessitas, &c. Cravett. in repet. rubr. de legatis primo. n. 102. ibi præmissa conclusio quod dispositio facta, &c. Iacob. Toming. decis. 31. incip. Vt omnia illorum. n. 2. vers. quia tamen omnis quæ de alienatione, &c. Matth. Coler. de processib. executiv. part. 1. c. 3. incip. Viso de manus iniectione. n. 237. ibi, tamen quando quæritur de effectu, &c.

11 Hoc † autem loco, ubi de jurisdictione quæritur, necesse omninò est, ea alterutris adnumerari, ne potestati magistratus eximantur.

arg. Auth. qua in provincia. in pr. C. ubi de crimin. & tot. tit. C. ubi fideicommiss. peti oportet. & tit seqq. usq. ad tit. quando liceat unicuiq., & c. ubi Reus omnium rerum & controversiarũ atq. ita & nominum gratia ad forum ibi expressum adstringitur. Adde etiam aliam rationem suprà quæst. 24. incip. Incola Gedanensis. n. 16. ibi, hæc autem sententia, &c.

12 Atqui † certum est, non alibi vendicari posse res immobiles, quàm in loco domicilii, aut rei jacentis: mobiles etiam non alio, quàm in domicilio Rei conventi, vel in quem ab ipso destinatione perpetuâ delatæ sunt.

per fundamenta ea quæ suprà tradita sunt in quæst. 38. incip. Cum hæreditas. n. 1. 3. 7. 8. 12. & seqq. & quæst. 39. incip. Vtilissima hæc est. n. 22. & seqq. ubi latissimè.

13 Quotiens † autem personali aliqua obligatione debetur res soli vel mobilis, velut ex contractu, institui petitio potest, vel in domicilio debitoris, vel in loco eo ubi gestum est negocium, vel deniq; quò solutio collata est.

14 Forum † enim contractus est, in quo negocium gestum.

l. hares absens. 19. §. apud Labeonem. 3. ff. de judicijs.

15 Quod † ita puto regulariter esse, quoties nihil exprimitur.

per text. in l. semper in stipulationibus. 35. vers. unde si non appareat, &c. ff. de reg. jur.

16 Quod † si in certum locum nominatim collata solutio est, forum contractus erit, non ubi gestum est negocium, sed in quo quis loco ut solveret, sese obligavit.

text. in l. aut ubi. 3. ff. de reb. auctor. jud. possid. l. contraxisse. 20. ff. de obligat. & act. Bart. in l. quaro. 100. n. 2. ibi. secundò inducitur, &c. ff. de solut. ubi ait hanc esse veritatem. Socin. in c. dilecti, 17. n. 9. ibi. tertiò principaliter quaro, &c. ex. de for. competen. ubi communem * *dicit.*

17 Veruntamen † ratione contractus, quis non tantùm in foro contractus, sed etiam in loco domicilii conveniri potest.

d. l. hares absens. 19. §. fin. ff. de judic.

18 Unde bona † in quæ creditor ex contractu missus est, venire oportet, aut ubi Reus domicilium habet, *l. id*

l. id est. 2. ff. de reb. author. judic. possid.

19 aut † ubi quisq; contraxit.

d. l. aut ubi. 3. ff. de reb. author. judic. possid.

20 Deniq; † si priorem sententiam teneamus, sequetur, cum creditor per aliquam transit provinciam, eum non de mercibus tantùm, quas secum portat, sed etiam nominibus vectigal, quod à transeuntibus percipitur, solvere debere, id quod durissimum esse arbitror. *3. Ratio decidendi.*

argum. l. heres absens. 10. §. proinde. 2. ff. de judic.

21 Nunc respondebimus ad contraria, nam † principio verum quidem est, Jurisconsultos à significatione mobilium & immobilium ferè separare solere jura atq; nomina.

ut in l. quam Tuberonis. 7. §. in peculio. 4. ff. de pecul. l. à divo Pio. 15. §. in venditione. 2. ff. de re judic. l. si prætorium. 1. C. de prætor. pign.

22 At nos † antè ostendimus, necesse heic esse, ut nomina, jura & actiones ordini mobilium atq; immobilium connumerentur.

vide suprà n. 10. & 11.

23 Quod † autem postea dicitur, jura & nomina loco non circumscribi, eo quidem nihil in ore nostrorum frequentius est, sed aut abusi vehementer sunt homines sapientissimi, aut vim ejus mentemq; penitùs non intellexerunt, quod ut appareat rem totam ex legum fontibus

24 explicabo: Æs † igitur alienum ac nomina

non sunt loci unius, aut alterius, sed universarum facultatum.

l. si fideicommissum. 50. §. tractatum est. 1. vers. sed & hic placuit. ff. de judic.

25 Unde † æs alienum, quo quis est obstrictus, patrimonium totum imminuit, non certi loci facultates.

d. l. si fideicommissum. 50. §. tractatum est. 1. vers. æs enim alienum ff de judic.

26 Eâdem † ratione quòd vulgò traditur, ipso jure dotem impensis minui, id non ad singula corpora, sed ad universitatem erit referendum.

tex. in l. cum dos. 1. §. impensa. 4. ff. de dot. præleg.

27 Indidem † profectum, quod fundus non recipit æris alieni vel legati minutionem,

l. cogi. 16. §. inde quæritur. 3. ff. ad SC. Trebell.

28 ne † si pignore pro debito illo teneatur: Tamet-
29 si † enim fundus pignori datus est, æris tamen alieni personalis actio fundum non sequitur.

l. explicito. 1. §. si hæres. 16. ad SC. Trebell.

30 Hinc † etiamsi in eâ provinciâ ubi fideicommissum petitur, plus sit æris alieni, non tamen idcircò præscriptio locum habebit, quasi major hæreditatis pars alibi sit.

text. in d. l. si fideicommissum. 50. §. tractatum est. 1. ff. de judic.

31 Quod † si tamen hujus, in qua fideicommissum petitur, provinciæ patrimonium certis & inexcusabilibus oneribus destinatum sit, locum habebit præscriptio, non heîc, sed alibi majorem hæreditatis partem existere. *d. l.*

d. l. si fideicommissum. 50. § tractatum est. 1. vers. quid tamen si fortè. ff. de judic.

32 Similis † ratio est in contrario, nam quod mihi debetur, non auget certam bonorum meorum partem, sed universum patrimonium.

text. in l. Caius. 86. in pr. ibi. sed omnium hæc esse communia. ff. de legat. 2 gl. in d. l. si fideicommissum. 50. §. tractatum. 1. in verb. facultatum. ff de judic.

33 Etsi † enim id, quod debetur, certo est in loco, jus tamen petendæ sive vindicandæ rei, incorporale est, quod eam, quocunq; sitam loco, ad dominum potest, sive creditorem perducere.

l. fin. §. sin autem. 3. vers. quid enim prodest. C. de præscript. long. temp.

34 Idcircò † namq; actiones, & earum jura inventa à majoribus sunt, ut cum sint incorporalia, possint ubicunq; jus suum effectumq; corporalem exserere.

d. l. fin. §. sin autem. 3. vers. ideò enim nostri maiores. C de præscript. long. temp.

35 Hinc † nomina & Kalendarium, quod certo in loco, certà in provinciâ exercetur, non continetur patrimonio ejus loci, sive provinciç, ne si dispositio, etiam quæ ibi sint bona nominatim complectatur:

l. uxorem. 41. §. lagaverat. 6. vers item quæsitum est. l. quæsitum. 78. §. Mevi. 1. l. si ita legatum est. 86. l. prædijs. 91. in pr. & §. 1. 2. l. si mihi. 92. §. his verbis. fin. ff. de legat. 3. l. quæ-

 situm.

ſitum. 12. §. Papinianus. 45. ff. de fund. inſtruct. vel inſtrum. leg.

36 Ex his † planum, ut opinor, atq; perſpicuum ſit, omnibus hiſce in ſpeciebus id tantùm oſtendere voluiſſe legiſlatorem; quod jura, actiones atq; nomina non uni tantùm poſſeſſioni aut rei patrisfamiliàs, ſed univerſo patrimonio, & minutiſſimis ejus partibus pro indiviſo adhæreant:

arg. l. hæredes. 25. §. an ea ſtipulatio. 9. & §. 10. 11. 12. l. Mævius. 52. §. fin. & alibi ff. famil. erciſcund. ſignificatur hoc familiæ erciſcundæ judicio, in quod † haud dubiè
37 venirent nomina creditore defuncto. *l. per familiæ. 2. §. in hoc judicium. 5. l. cætera. 4. in pr. & d. l. hæredes. 25. §. ſimiles. 1. ff. famil. erciſ. fac. l. idem erit. 14. in fi. ff. de inſtitor. act.* niſi † per legem 12. tabularum ipſo
38 jure inter hæredes dividerentur. *d. l. hæredes. 25. §. idem juris. 13. ff. famil. erciſcund.*
39 Quid † enim neceſſe Decemviris fuiſſet, dividere nomina, ſi non omni univerſitate continebantur, ſed jam antè certo patrimonii fundo fuêre agglutinata? *argum. l. municipem. 1. in fi. ff. ad municipal.* Itaque ſi hinc arguere ad juriſdictionem debeas, dicendum eſſet, nomina eſſe omni illi juriſdictioni ſubjecta, in quâ aliquid poſſeſſionis vel bonorum creditor habeat, id quod & falſum eſt, &

ipſis

ipsis contrariæ sententiæ autoribus improbatum.

40 Quod † postremo loco dicitur jura & nomina personæ creditoris adhærescere: id verum est quidem, sed adhærent tanquam relatum suo fundamento sive correlato: quo † quidem cadente
41
42 etiam relatum tolli necesse est, cum † relatum sine relato ne cogitari quidem possit.

fac. l. vel si servo. 15. ff. famil. ercisc.

43 Quamvis † enim peculium servo in manumissione non adimitur, eoq; tacitè concessum videtur: debitores tamen peculiares convenire servus nequit, nisi nominatim ei mandentur actiones.

l. si Sticho. 53. & §. 1. ff. de peculio.

44 Quin † etiam posteaquam mandatæ sunt actiones, antequam tamen lis contestetur, vel aliquid ex debito capiatur, vel debitori denuncietur, creditor ipse exigere debitum non vetatur.

l. si delegatio. 3. in pr. C. de novat.

45 Manent † enim omninò penes creditorem in suo statu nomina, & actiones tantùm præstari possunt.

text. in l. ea verò. 3. in pr. ff. pro socio.

46 Non † directæ quidem sed solæ utiles.

Vdalric. Zas. in §. omnium. 1. n. 3. vers. & licet actor possit jus suum cedere, &c. Inst. de act.

47 Nam † directæ actiones nunquam ab actore separantur,

Zas. in d. §. omnium. 1. n 3. vers. sed directa actio, &c. Instit. de act.

Sed

48 Sed † ita ossibus actoris infixæ adhærescunt sicuti character in anima.

Zas. in d. §. omnium. 1. n. 3. vers. est enim infixa ossibus, &c. Instit. de act. pro quo est glossa prima in d. l. ea verò. 3. in fi. ff. pro socio.

49 Quod † si hinc existimare velis, hoc tàm arctum nominum cum creditore vinculum, jurisdictione quoq; creditoris nomina includere, correlata ejusdem jurisdictionis esse dixeris, id quod falsum est.

per l. hæres absens. 19. §. proinde. 2. ff. de judic.

QVÆSTIO XLI.

Arreſtum generale coram Principe factum, an comprehendat debitoris bona, tutelario nomine Principi ſubjecta?

SUMMARIA.

1. *Subiecta Principi bona nominans, proprio, non etiam administratorio nomine, ſubiecta intelligere videtur.*
2. *Verba ſunt accipienda in potentiore ſignificatione.*
3. *Arreſta ſunt odioſa.*
4. *Odia reſtringenda ſunt, quantum fieri poteſt.*
7. *Iudiciariam autoritatem non oportet eſſe ſupervacaneam.*
9. *Iurisdictiones non ſunt confundendæ.*

MIlitis cujuſdam creditores in Cancellaria Principis arreſtàrunt omnia bona ejus, mobilia, immobilia, nomina, jura & actiones: Quæſitum eſt, an hoc arreſto contineantur bona, quæ miles ſub pupillo Principis haberet? Reſpondi non contineri: *Deciſio.*

1. Ratio decidendi.

1 Primò † quod creditores arresto suo tantùm fecissent mentionem bonorum Principi simpliciter subjectorum, quare ad ea solummodò pertinet arrestum, quæ jure proprio subjecta Principi

2 sunt, non administratorio: Omnia † enim verba in potentiore significatione sunt accipienda.

Ias. in l. præscriptione. 2. n. 18. vers. & quia verba in dubio, &c. C. si contra jus vel utilitat. publ. Felin. in c. ex literis. 11. n. 22. col. pen. vers. & verba capiuntur, &c. ex. de Constitut. Hartm. Pistor. quæst. 3. incip. Quemadmodum ex eo. n. 37. ibi. quartò adminiculatur, &c. & n. 49. vers. quoties autem verba, &c. lib. 2. Paris. cons. 49. incip. Contractus iste celebratus. n. 40. ibi. & comprobatur, &c. lib. 1. Hieroym. Laurent. decis. 59. incip. Ludovicus & Bertrandus. n. 9. vers. quia verba in potentiore significatione, &c.

3 Quod † multò maximè, in arresto, cen re odiosa

4 admittendum est: Propterea † quod odia quoad fieri potest, restringi oportet.

c. odia. 15. ex. de reg. jur. in 6.

2. Ratio decidendi.

5 Secundò † Cancellaria quoq; Principis, in quo arrestatum erat, tantùm ad proprias provincias jurisdictione moderandas deputata est, pupillaribus autem provinciis, sua peculiaris Cancellaria instituta conservatur.

6 Inutilis † autem hæc pupillaris Cancellaria esset, si propria tutoris Cancellaria ad pupilli quoq; provincias extenderetur: Id quod à juris ratione valdè est alienum. Nec

7 Nec † enim ſupervacaneam eſſe autoritatem judiciariam convenit.

Ludov. Rom. conſ. 76. incip. Viſo themate præ narrato n. 5. ibi, ultimò hoc ipſum, &c. Menoch. lib. 4. præſumpt. 166. incip. Rectè præcedenti. n. 53. verſ. ne alioqui Principem. Clarus in §. teſtamentum. quæſt. 99. incip. Quæro tu ſcis. n. 11. verſ. non enim eſt præſumendum, &c.

8 Tertiò † ſi arreſtum coram Principe ſimpliciter factum, bona quoq; tutelariter ei ſubjecta, complecteretur, jurisdictionum fieret confuſio: *3. Ratio decidendi.*

9 Nihil † autem neq; familiarius in uſu forenſi eſt, neq; efficacius, quàm jurisdictiones non oportere confundi.

arg. l. ſi per errorem. 15. l. ſi convenerit, 18. l. cum quadam. 19. l. fin. ff. de jurisdict. omnium judic.

QVÆSTIO XLII.

An creditor æstimationem bonorum debitoris petens, emtore non reperto, ipse teneatur ea, secundum judicis æstimationem, in solutum acceptare?

SUMMARIA.

1. *Debitore pecuniam non habente, bona eius æstimato venalia proponuntur.*
2. *Debitoris bona, judicis autoritate, venire debent, precio eo, pro quo emtor inveniatur.*
3. *Creditor non cogitur bona debitoris capere in solutum, Ampliatur ibid. n. 4.*
5. *Creditor vendere ipse debitoris sui bona non tenetur: Fallit ibidem n. 26.*
6. *Solvi aliud pro alio, creditore invito, nequit: Limitatur ibidem n. 24.*
7. *Aestimatio judicis præsumi facit rem tanti esse, sed non cogit partem, ut eo precio rem emtam habeat.*
8. *Damnum quantò minoris res est, cuius sit, creditoris, an debitoris? & n. 9.*
10. *Culpâ alienâ nemo molestari debet.*

11. Cre-

33. *Sententia ad peritorum judicium lata, potest retractari, superveniente judicio peritiorum.*
34. *Aestimationes bonorum perficiuntur ministerio peritorum.*
35. *Aestimatio secundò facta, denuò retractari nequit, ne læsionis quidem prætextu.*
36. *Aestimationis retractandæ materia remissivè.*

1 RECeptum † in terris Saxonicis, & ferè Germania tota est, ut, cum nulla debitori pecunia solutioni faciendæ suppetit, creditorq; bona debitoris precio æquabili, in solutum capere recusat, tunc judex res debitoris, subhastatione facta, venales esse contestetur, siq; non inveniatur emtor, æstimet eas diligenter, æquitatis adhibità moderatione, ita ut neq; creditor, neq; debitor, nimis æstimatione illâ aggraventur.

Text. in Novell. de fidejussor. 4. cap. quod autem. 3. & inde sumta Authent. hoc nisi C. de solut. concordat Constitut. Elector. text. 32. Von der Hülffe. §. Findet sich aber. *part. 1. & latius Rescriptum Torgense anno 83. editum. tit.* Von Feilbieten/*Subhastation.* §. So aber der Gleubiger. *& duobus §§. seqq.*

Cum itaq; nuper creditor quidam similiter urgeret debitorem suum, ac neq; emtor reperiretur, neq; creditor ipse vellet licitari, sed judicem implorarel, ut is, ex commemoratâ juris formâ, æstimationem faceret: Quæsitum est, cum ne sic emtor adesset, qui rem precio isto compararet, an creditor hanc judicis æstimationem sequi teneretur,

neretur, eoq; precio rem æstimatam, solutionis loco, acceptare?

Ac prima quidem specie non videbatur, ut hoc 1. Ratio dubit.andi.
2 faceret cogi posse creditorem: Quod † omnia jura, consensu unanimi, ajunt, venire judicis authoritate, res debitoris oportere, quoad possit, facta licitatione, quod nihil est aliud, quàm precio eo, quod emptor tandem, qui dare velit, inveniatur,

text. in l. cum proponas. 9. in fin. C. de bon. author. judic. possidend. l. si causam. 2. in pr. C. de execut. rei judic. l. res. 1. l. cum in causa. 2. in pr. C. si in causa judicati pign. capt. sit. l. si pignora. 50. ff. de evict. l: à divo Pio. 15. §. item quid dicemus. 10. ibi. ut quod eis facilius videatur ad rem exequendam, hoc faciant. ff. de re judic. fac. l. venire. 1. & duabus ll. seqq. ff. de reb. autoritate judic. possid. ubi frustrà de foro, in quo venire debitoris bona debeant, quæreretur, si non judicis intervenire authoritatem venditioni oporteret.

3 Neq; † enim cogi potest creditor, ut bona debitoris emta, sibi solutionis causa habeat,

text. in l. incivile. 4. C. de bon. author. jud. possid.

4 Ne † tolerabili quidem sive æquo precio.

argum. l. pro debito. 6. in fin. C. de bon. author. judic. possid.

5 Cum † ne ipse quidem, ut venditionem faciat obligatus sit. 2. Ratio dubitandi.

text. in l. quamvis convenerit. 6. in prin. ff. de pigno-

pignorat. action. l. in venditione. 8. § de tempore. 3. vers. quemadmodum illud est, &c. & l. prætor. 9. § in eum. 6. vers. cum & voluntarium. ff. de bon. author. judic. possid. l. à Divo pio. 15 § quod si res sit pignorata. 5. ibi. & quamvis non cogatur. ff. de re judicat.

3. Ratio dubitandi.

6 Præterea † generale est, ut aliud pro alio invito creditore solvi nequeat.

vulgata. l. mutuum. 28. mutui datio. 1. 112. fin. ff. si cert. petat.

4. Ratio dubitandi.

7 Rerum † quoq; æstimationes, quas judex facit, tametsi rem tanti præsumi efficiant, non tamen necessitatem omnimodam parti adferunt, rem ea quantitate suscipiendi,

arg. l. videamus. 4. §. jurare. 2. vers. an igitur. & §. item videndum. 3. ff. de in lit. jur.

8 Nam † si fortè pluris æstimata res est, quàm verè sit, damnum hoc, quantò res minoris est, in creditorem redundat, nihil suâ culpâ commerentem.

ita arguit Modest. Pistor. lib. 1. illustr. quæst. 12. incip. In causa Petri. n. 4. ibi. præterea si hoc admittimus, &c.

9 Quin † potius debitoris culpa est, qui non solvendo quod debet, ad hanc executionis viam necessariò capessendam creditorem pertraxit.

idem Modest. Pistor. d. quæst. 12. n. 4. vers. qui pactis fidem non servat, &c.

10 Neminem † autem aliena molestari culpâ vel inertiâ convenit.

l. si

l. si pariter. 9. in pr. ff. de liberali causa. l. non debet. 75. ff. de reg. jur. Gail. lib. 2. de pac. publ. cap. 13. incip. Vasallo bannito. nu. 9. vers. nemoq; alterius odio, &c. Modest. Pistor. cons. 29. incip. Der Widerklagen. *nu. 13. ibi. factum enim alterius, &c. lib. 1. & cons. 40. incip.* Aus oberzehltem Bericht. *n. 17. vers. & civilis ratio suadet, &c. lib. 2. Cravett. de antiq. temp. part. 1. §. 3. incip. Propositum nostrum principale. n. 38. vers. quia factum unius alij, &c.*

11 Sed † enim hæc me non impediunt, quin verius esse existimem, emtore non apparente, teneri creditorem, qui taxationem à judice petiit, secundum eam æstimationem, bona debitoris in solutum acceptare. *Decisio.*

per text. evidentissimum in his ipsis terminis loquentem. in Novell. de fideiussoribus. 4. c. quod autem. 3. vers. sed si nec quispiam emtor. ubi plura in hanc sententiam prolata verba, valdè quidem illa perspicua pondero. *ut ibi* subtili æstimatione facta rerum debitoris dari creditoribus, *juncto paullò post sequente verbo*: sed coactum. *Et mox ibi.* clementia, *scilicet pro debitore*, Ergò contra creditorem. Quo etiam spectant verba illa *non ita multò post ibi.* infelicibus debitoribus auxiliamur. *& in fin. ibi.* undiq; enim creditoribus ita providendum est, ut non debitores graventur: Quid enim heic commodi debitoribus esset, si creditores

jure ad id, quod Constitutio sancit, non cogerentur? Quod porro etiam manifestius illa firmant verba: agnoscant autem creditores, &c. Ergò necessariò agnoscat: quia lex cogit, imperat, &c. *l. legis virtus. 7. ff. de legib.* Quibus suffragantur *sequentia illa*: necessitatis tamen ratio. *& iterum illa.* Quamobrem quod cum injuria & effectu acerbo perduceret creditorem, hoc nos clementer decidentes: &c. *hoc, id est,* quod alias extra hanc legem nihilomin⁹ facere tandem creditores oporteret, id nunc faciant jussi ista constitutione, & hoc fortassè sensit *gl. in l. a divo Pio. 15. §. si pignora. 3. in vers. non inveniant. Alexan. ibid. n. 6. ubi. quærit glossa, & c. ff. de re judic. fac. l. non dubium. 14. in. fi. ff. de legat. 3.* Sequitur hanc sententiam *Modest. Pistor. d. quæst. 12 n. 13. ibi limita hanc sententiam meam,* &c. ubi ait: aliquoties in Scabinatu Senatuq; Lipsensi ita esse judicatum. Eandem sententiam quasi indubitatam præsupponit *Rulandus in libro formularum de Commission. bus Cameræ Imperial. part. 1. lib. 3 cap 3. cuius tit. est*: Ben *æstimation.* Ubi formulam præscribit, quemadmodum debitor petat Commissarios constitui, ad æstimanda bona sua immobilia, creditori adjudicanda.

Ratio.

12 Ratio † hujus rei afferri poteſt, quod æſtimationem petens creditor, eam probare videatur. *1. Ratio decidendi.*

ita aſsignat Modeſt. Piſtor. d. quæſt. 12. num. 13. verſ. quæ ſententia ſatis videtur rationabilis, &c.

13 Eoq; † diſcedere ab ea deinceps non debet.

c. quod ſemel 21. c. mutare. 33. ex. de reg. jur. in 6. §. ſemel 6. Inſtit. quib. ex cauſis manum. non lic. l. juſta. 9. § ſciendum. 1. in fin. ff. de manumiſs. vindict.

14 Cum † variationes juri ſint inimicæ.

Bald. in c. cum acceſſiſſent. 8. n. 55. verſ. præterea variatio, &c. ex. de conſtit.

15 Neq; † movet, ſi quis fortè objiciat, non ſuâ ſponte eligere creditorem, ſed coactum neceſſitate, quod aliam conſequendæ ſolutionis viam non invenerit.

16 Nam † & coacta voluntas, voluntas eſt:

Bald. in l. ſi patre. 22. ff. de rit. nupt. Iaſ. in l. qui aliena. 6. §. Celſus. fin. n. 35. ibi. quia voluntas licet coacta, &c. ff. de acquirend. hæred. & in l. rem quæ nobis. 15. n. 1. verſ. quia coacta voluntas, &c. ff. de acquirend. vel omittend. poſſeſ. Schneidew. in §. poſsidere. 5. num. 174. verſ. ſiquidem & coacta voluntas, &c. Inſtit. de interdict.

17 Unde † & qui vi metuvè coactus, poſſeſſionem ſeu deſerit, ſeu non repetit, voluntatem animumq; relinquendæ poſſeſſionis habere, atq; poſſeſſionem amittere creditur.

Iaſ. in d. l. rem quæ nobis. 15. n. 1. ibi ſed quando coactè aut violenter. &c. ff. de acquir. vel amittend. poſſ. Schneidev. in d. §. poſſidere. 5. n. 174. verſ. ſecùs ſi coactè, &c. Inſtit. de interdict.

2. Ratio decidendi.

18 Et † verò hoc ipſum, ut creditor rem à Judice taxatam, ſecundum ejus æſtimationem ſolutionis causâ ſuſcipiat, connexum quiddam, ſive correſpectivum, vel executivum eſſe videtur petitæ æſtimationis:

intelligo id hoc in caſu, quo cum nullum adeſſe emtorem creditor videret, neq; ipſe etiam vellet licitari, æſtimationem à Judice petiit. *arg. Novell. de fidejuſſor. 4 cap. quod autem. 3. verſ. agnoſcant ibi. neceſſitatis tamen ratio ad* hanc *cauſam perduceret, &c. & paullò poſt. ibi. & rurſus res* ad creditorem *meritò venirent. fac. l. pro debito. 6. in pr. C. de bon. auth. jud. poſſid.* ubi patet voluntates haſce creditorum res debitoris in ſolutum capiendi non eſſe novas. Niſi enim ſecuturum ſe æſtimationem eam cogitâſſet, fruſtrà eandem petiiſſet, quod non eſt præſumendum. *Tiber. Decian. reſponſ. 89. incip. Video conſultum fuiſſe. n. 14. ibi. nemo enim præſumitur facere, &c. lib. 5.*

19 Quæ † autem connexa inter ſeſe ſunt, ſive correſpectiva, unius rei loco habentur:

Achill. Pedrocha. in reſponſ. de interpret. & reſolut. contract. n. 383. ibi. dicentem duos actus cor-

correſpectivos, &c. & n. 700. ibi. primò reſpondetur, &c. & in ſeq.

20 Alterumq; † alterius cauſa finalis eſſe, creditur.

Achill. Pedroch. in d. reſponſ. de interpr. & reſolut. contract. n. 384. ibi. unus etiam actus correſpectivus, &c.

21 Ita † ut qui unum eorum probat, alterum improbare nequeat, ne ſi conteſtetur, nolle ſe id acceptare, niſi quoad ea, quæ pro ſe faciunt.

Ut de inſtrumenti productione docet *Magon. deciſ. Lucenſi. 35. incip. Cauſa iſta. n. 10. ibi. licet cum proteſtatione in parte, &c.* & in genere *Flores Diez de Mena lib. 2. practicarum quæſtionum. quæſt. 21. incip. Pro introductione. nu. 22. ibi. his tamen non obſtantibus, &c. adde Ioan. Anton. Trigonam. ſingul. 116. incip. Volo etiam tibi dicere. per tot.*

22 Ad † contraria cuncta, ſimul ac ſemel reſpondeo, locum his non eſſe, propter Novellam quartam, nominatim his adverſariam:

23 Quoties † enim lex in promtu eſt, quæ propoſitam quæſtionem propriâ in materiâ ſpeciatim terminavit, non eſt ab ea diſcedendum, propter ſententias juris generales, & à præſenti materiâ paullò remotiores:

Alexand. in l. ſed et ſi quis. 4. §. quæſitum. 4. n. 15. verſ. præterea cum habeamus propriè in materia, &c. ff. ſi quis cautionibus.

24 Quibus † accedit, quòd jura ea, quæ aliud pro alio ſolvi invito creditore vetant, nominatim ſic

limitentur; ut ob debitoris inopiam suscipere teneamur id, quod debitor dare potest.

Bart. in l. mutuum. 2. §. mutui datio. 1. n. 21. vers. tertio casu quando debetur qualitas, &c. ff. si cert. petat. Ludovic. Rom. cons 163. incip. Constitutio Curiæ n. 4. vers. ergò Thomasio de Spinelis, &c.

25 Cujus † rei ratio evidentissima est, nam si propter inopiam adversarii, adimi prorsus videtur actio creditori:

text. in l. nam is nullam. 6. ff. de dol.

multò faciliùs duriore statu potest collocari:

26 Pari † ratione, quod creditor ad venditionem rerum debitoris faciendam, urgeri non debere dicitur, id intelligi oportet, cum alia adhuc solvendi media suppetunt:

27 Quod † si omnia penitùs deficiunt, inanis etiam, omnis de culpa debitoris querela est, Cum null9 alius culpæ hujus vindicandæ modus supersit.

arg. d. l. nam is nullam. 6. ff. de dol.

28 Extrema † objectio, præter hæc omnia, ad illas quoq; pertinet æstimationes tantùm, quibus læsio aliqua creditori contigit:

29 Eas † enim ex magnâ causâ retractari posse, non dubitamus, modò causam illam creditor liquidò probaverit:

arg. d. l. videamus. 4. §. item videndum. 3. ibi. & Magis est. ff. de in lit. jurand. Anton. Gabriel. lib. 3. communium conclusionum, tit. de emt. & vendit. concl. 1. incip. Si in contractu

vendi-

venditionis. n. 63. vers. & propterea qui in hoc casu læsionem vult allegare, &c. Rebuff. in Constit. regn. Franc. tom. 3. tit. de sequestris & commissar. art. primo. gl. 7. incip. Si enim fraudem in pr. idq; sensisse videtur etiam Modest. in. Pistor. d. quæst. 12. in fin.

30 Facit † quod hæc æstimationis retractatio, ex causâ justâ etiam debitori permittitur.

text. in d. Constit. Electoral. 32. §. Würde sich aber der Schuldener *&c. & d. Rescript. Torgens. tit.* Von feilbieten. §. So sollen auch zu Taxirung. *vers* Dem Schuldener aber sol nachgelassen seyn. *&c.*

31 Quare & actori, idem concedendum est, actoris enim † & rei, eadem debet esse conditio:

text. in c. prudentiam. fin. ex. de mut. petit. l. non debet. 42. in pr. ibiq; Cagnol. n. 1. vers. de æqualitate igitur inter actorem, &c. ff. de reg. jur.

32 Præsertim † in his, quæ ad causæ merita pertinent.

Paul. Castrens. in l. de die. 8. in pr. n. 2. vers. in prosecutione verò &c. ff. qui satisdar. cog. And. Gail. lib. 1. obs. 31. incip. In Camera Imperial. n. 12. vers. in medio pariter utriq;. &c.

33 Non † est quoq; alienum ab his, quod sententia ad peritorum lata judicium, semper possit retractari, superveniente judicio peritiorum:

Ias. in l. admonendi. 31. n. 39. ibi. quod sententia lata ex d. positionib &c ff. de jureiuran. in 2. lect ubi magis communem ** *dicit Andr.*

** *Barbat.*

Barbat. in addit. ad Abb. Panormit. in c. proposuisti. 4. sub num. 11. ad verb. non vera. & duab. addit. seqq. ext. de probat.

34 Hæ † autem rerum æſtimationes ferè peritorum miniſterio perficiuntur:

Francisc. Marc. deciſ. 484. incip. Quæritur de modo probandi valorem. n. 32. verſ. vel quod mittat peritos, &c. part. 1. Rebuff. in conſtit. regni Franciæ. tom. 2. tit. de præconijs & licitat. art. 1. gl. 2. incip. Et sic res poteſt capi. n. 4. ibi. tertiò apparitor, &c. innuitq́; Dan. Moller. in Commentar. ad d. Conſtit: Electoral. 32. n. 14. ibi. porrò de æſtimatoribus, &c. & num. ſeqq. part. 1.

35 Cæterum † ſemel hæc æſtimatio repetita, deinceps ne læſionis quidem prætextu reſcindi poteſt:

d. Conſtit. 32. § Würde ſich aber der Schuldener. *in fin. ubi Moller. in Commentar. n. 20. ibi. tandem an in caſu, &c. & n. 21. 22.*

36 Aliter † hanc rem tractat Bartolus

in l. cum aſſeveras. 1. n. 1. C. de præſcript. 30. vel 40. an. & in l. ſi quis. 1. n 4. ibi. item nota, quod decretum operatur, &c. C. de prædijs decurion. lib. 10. Rebuff. in Conſtit. regn. Franc. tom. 2. tit. de reſciſ. contract. art. un. gloſſ. 15. incip. Media juſti precij pars. n. 37. ibi. ſextò fallit, &c. & n. ſeq. & tit. de præcon. & licitat. art. 7. gl. un. in fin. n. 28. Franc. Marc. d. deciſ. 484. n. 35. ibi. & ibi etiam tractat, quando

res,

res, &c. part. 1. Pinel. in l. 2. part. 2. cap. 2. incip. Iis quæ proximè. num. 25. ibi. à præcedenti articulo, &c. & num. seqq. C. de rescind. vendit. Socin. reg. 281. incip. Lex secunda. vers. tertiò locum non habet, &c. & reg. 531. incip. Venditio ultra dimidiam. vers. tertiò fallit, &c. Anton. Gabriel. in com. conclus. lib. 3. tit. de empt. & vendit. d. concl. 1. n. 61. ibi. quartò limita, &c. & n. seqq.

Sed de his aliàs dicendi locus dabitur.

QVÆSTIO XLIII.

Creditor chirographum debitoris habens si ei à debitore protestatio fiat, debitum solutum esse, an adhuc agere ex eo chirographo queat?

SUMMARIA.

1. *Protestatio non tribuit jus novum, sed quod habemus conservat. Declaratur ibidem n. 12.*
2. *Tacere in dubio censetur quis, qui jus suum durare existimat. Declaratur ibidem n. 18. & seqq.*
3. *Tacens in obligatione damnosâ, nunquam habetur pro consentiente, Declaratur ibid. n. 24. 25. 26.*

5. *Paria sunt non esse & non apparere.*
6. *Non apparens dicitur non esse.*
8. *Epistolam sibi obligandi causâ missam, sine protestatione acceptans, consentire obligationi intelligitur*
9. *Cambij literas acceptans mercator, obligare se creditur, ad pecuniam literis comprehensam.*
10. *Cautela pro obligando aliquo per literas, & testes ibidem n. 11.*
12. *Testium & instrumentorum quoad fidem faciendam par authoritas est.*
13. *Liberatio favorabilior est obligatione. & n. 23.*
15. *Consensus fieri potest etiam sine Instrumento solemni.*
16. *Consensus etiam absenti fieri potest per nuncium vel epistolam.*
17. *Præsens negocio non indifferenti, ac principaliter sibi praiudicanti, consentire tacendo videtur, si dissentiendo impedire potuisset.*
19. *Consensus propinqui, in contractu mulieris, nihil propinquo praiudicat; si necessitate officij adest mulieri contrahenti.*
20. *Protestatio alicui eò facta, ut ipsi praiudicemus, non est negocium indifferens.*
22. *Protestatio non expeditur sine eo, contra quem fit.*
26. *Coniectura opus non est in re clara.*

QUidam Turoniæ sponsurus fratrem suum Gedani intra decem & quatuor dies Titio certam nummorum summam numeraturum esse, chirographum ei dedit, ad eam summam excur-

excurrens, neq; tamen causam intercessionis chirographo expressit. Cum autem frater die statuto pecuniam exsolvisset, nec Titius spontè chirographum redderet, fidejussor scripturæ veritus obscuritatem per duos eum fide dignos viros, testatò convenit atq; monuit, debitum chirographi esse dissolutum: quos seu aliud agens Titius, seu conscientia motus, à sese dimisit tacitus, Quæsitum an ea testatione tutus esset fidejussor, si nihil aliud haberet, quo liberationem edoceret?

1 Res dubio non caret, nam † protestationes suâ naturâ non generant nova jura, sed ea tantùm, quæ habemus, aut habituri sumus, conservant. *1. Ratio dubitandi.*

text. in l. si quis duas. 6. §. in venditione. fin. in fine ff. commun. prædior. l. si quis legaverit. 72. ff. de legat. 2. Alex. cons. 130. incip. In causa Strazarolorum. n. 12. vers. nam clarum est quod protestatio, &c. lib. 4. Addit. ad Cæpoll. cautel. 103. incip. quando testes. ad verb. protestari. Felin. in c. cum accessissent. 8 col. 12. vers. quintè limita nisi faciens contra privilegium, &c. ex de constit.

2 In † dubio etiam ideò tacere quisq; præsumitur, quòd sciat ubiq; sibi jus suum perdurare. *2. Ratio dubitandi.*

l. sicut. 8. §. non videtur. 15. ff. quib. mod. pign. vel hypothec. solv. Ioan. Petr. Surd. de aliment. tit. 6. quæst. 3. incip. Maxima est controversia. n. 3. ibi. quod in dubio præsumitur, &c.

3. Ratio dubitandi.

3 Et † ubi de obligatione tractatur, quæ damnosa esse potest, tacens nunquam habetur pro consentiente.

Wesemb. in paratit ff. de pact. n. 7. in fine eius numeri. vers. nam ubi de obligatione agitur, &c. Innocent. in c. in Genesi. 55. col. 2. vers. secus autem esset si res onerosa, &c. ext. de electione & elect. potest.

4 Quare † si fidejussor docere aliter solutionem nequit, non videtur hæc ei quidquam profutura contestatio, etiamsi alioquin verè pecunia soluta sit: Paria † namq; sunt, vel omninò non esse quid factum, vel factum quidem reverà, sed nullis idoneis probationibus demonstrari.
5

Bald. in l. duo sunt Titij. 30. n. 2. ibi. item quia non apparere, &c. ff. de testam. tutel. Dec. cons. 272. incip. Viso processu causæ vertentis. nu. 5. ibi. unde paria sunt non esse, &c. Capoll. de servit. rusticor. prædior. cap. de servit. juris pascend. 9. n. 27. vers. quia paria sunt non esse, &c. Guido Papæ cons. 28. incip Consilium pro illustri. num. 2. col. 5 vers. nam de his quæ non sunt, &c. Zas. cons. 5. incip ex facto deducitur. n. 64. ibi. & constat paria esse, &c. lib. 1.

6 Quod † enim non apparet, id omninò non esse creditur.

gl. in c. solemnitates, 15. in verb. iteratum de consecrat. distinct. 1. Matth. de Afflict. decis. 403. incip. Catholica maiestas. nu. 5. vers. quia quod non apparet, &c.

Sed

7 Sed † tamen probabilius mihi videtur, utilem hanc fidejussori protestationem fore, neq; chirographo ejus uti ampliùs creditorem posse, propter suam taciturnitatem. *Decisio.*

8 Etenim † qui alteri vel epistolam tantùm mittit obligandi ejus causâ, nisi ille, cui literæ afferuntur, continuò testationem interponat, contrariæ voluntatis, consensisse obligationi videtur. *Ratio decidendi.*

text. in l. si filiusfamilias. 16. ff. ad SC. Macedon. Viv. decis. 135. incip. Computus de jure fit. n. 6. ibi. imò ista hac sententia, &c.

9 Et † mercator literas cambii oblatas recipiens, legens, nec contradicens, agnovisse se debitorem intelligitur summæ ejus, quæ literis continetur.

Capoll. cautela 9. incip. Pone quod filius vel servus. n. 1 ibi. eo ipso quod mercator, &c. Fulv. Pacian. de probat. lib. 1. c. 29. incip. Tertiò principaliter quæro. n. 29. ibi. infertur etiam ex prædictis, &c.

10 Unde † insignis illa ac commemoranda cautela est, ut epistolam scribas alicui, qua significes, eum tibi centum debere, hac aut aliâ de causâ, mittasq; eam per homines duos, quibus contenta epistolæ nota sint, ut epistolam illi reddant, expectentq; dum legat; nam si taciturnus perlegerit, nullaq; contrariæ voluntatis significatione testes dimiserit, satis hoc ipso fundabitur intentio tua, etiamsi nullam aliam debiti probatio-

 nem

nem habeas, modò constet illum cum legeret, contenta epistolæ intellexisse.

Cæpoll d. cautel. 9. n. 2. ibi. dixit dominus Matthæus, &c. usq; ad fin. (dicens, hanc cautelam mille aureos valituram, qui rectè ea uti queat) Ioan. Baptista Costa de facta scientia & ignorant. cent. 1. distinct. 79. incip. Notabilis circumfertur. in prin. & n. 1. ubi ait, hanc esse notabilem cautelam, extorquendæ confessionis à debitore immemore, aut inconstante atq; moroso, cum aliunde debitum adversus eum probari nequit.

11 Et † quidem cum cautela hæc fieri possit scripturâ per testes exhibitâ, meâ sanè sententiâ poterit
12 etiam fieri per testes sine scripturâ: Par † enim utriusq; ad fidem faciendam in jure est authoritas.

l in exercendis. 15. C. de fide instrum.

13 Rursum † si hæc omnia ita sunt in obligationibus contrahendis, multo magis obtinebunt, in adipiscendâ liberatione, ad quam longè debemus esse propensiores,

text. in l. Arrianus. 47. ff. de obligat. & act. gl. in l. creditor. fin. in pr. vers. sin verò creditor, in verb. intelligere. ff. de jureiuran.

14 Quæ † contrà adducebantur, nihil obstant, nam protestatio sola quidem per se nihil novi operatur, at hisce in speciebus nuda non est, sed adest etiam consensus ejus, cui fit protestatio,

ut pa-

ut patet ex his quæ diximus supra n. 8 9. 10.

15 quem † consensum etiam sine sollemni scripturâ intervenire posse palàm est.

text. in d. l. sicut. 8 § non videtur. 15. in fin, ff. quib. mod. pign. vel hypothec solv.

16 Imò † etiam absenti per nuncium vel epistolam consentire possumus.

text. in l. consensu. 2. §. undè inter absentes. 2. ff. de obligat. & act. § ideò autem Instit. de obligat. ex consensu. Zilett. cons. crim. 46. incip. quidam supplicans. n. 12. ibi. & ideò dicit glossa, &c. lib. 2. fac. l. sufficit. 4. per tot. ff. de sponsalib.

17 Qui † itaq; vel præsens est, vel non ignorans negocii non indifferentis, quod principaliter ipsius præjudicio suscipitur, quodq; impedire dissentiendo posset, is si taceat, omninò consentire videtur.

text. in c. qui tacet. 43. ubi Dyn. num. 1. ext. de regul. jur. in 6. Cravett. cons. 425. incip. Agitur possessorio recuperandæ. num. 56. ibi. quia sciens & tacens sibi præiudicat, &c. Mascard. de probat. conclus. 1218. incip. Præsentia & scientia. n. 1.

18 Quòd † igitur in dubio idcircò tacere credimur, quia jus nostrum durare existimemus, id verum est quidem, sed, ita ut ab objectione refertur, nimirum in ambiguo & indifferenti negocio.

Bald in l. data opera. 11. num. 28. vers. quia in præ-

in praiudicialibus actus indifferens, &c. C. qui accusare non poss.

19 Cui † fortè non nostrâ causâ adhibemur, sed aliquo adducti munere publico, velut cum propinquus adesse contractui mulieris propinquæ jubetur, hic enim consensu suo, quem mulieri contrahenti præbet, nihil sibi præjudicat:

Bald. cons. 102. incip. Punctus super quo petitur consilium. n. 2. ibi. præterea regula quæ dicit quod ille qui consentit, &c. lib. 2.

20 At † cum aliquem eâ ipsâ de causâ testato cōnvenimus, ut ei præjudicemus, nequaquam ambiguum est, aut indifferens negocium.

text. in l. si procuratorem. 8. §. quod & ad actionem. 8. ibi. sed & si testato convenerunt, &c. ff. mandat.

21 Item † accipienda est hæc objectio de tali negocio, quod sine nobis expediri posset.

quo sensu loquitur text. in d. l. sicut. 8. §. non videtur. 15. ff. quib. mod. pign. vel hypothec. solv. pignoris enim obligatio dominium non aufert, Ergò nec alienandi facultatem.

22 Protestatio † autem hoc casu sine eo non expeditur, contra quem instituitur.

23 Deniq; † de obligationibus quoq; contrahendis omnes hæ tractant species, at nos de dissolvendis, quæ multò sunt majori favore dignæ.

ut suprà dictum est n. 13.

24 Quâ † ratione tertia quoq; diluitur objectio, quâ tradi-

traditum est, in obligatione damnosa neminem
tacendo consentire videri: Heic enim, ut diximus, non de obligatione, sed liberatione agi-
25 mus. Quanquam † & præcedentis objectionis
solutio hoc potest loco adhiberi. Nam & istam
objectionem de indifferenti atq; dubio casu ac-
26 cipi oportet quoniam † si perspicuum esset illum
dissensisse, nullus conjecturæ locus relinque-
retur.

l. continuus. 137. §. cum ita. 2. in fin. ff. de verb. obligat.

27 Quæ † cum ita sint sua sponte concidunt, quæ
extremo loco adjiciebantur, parem esse rationem ejus, quod non sit & quod non possit probari; nam heic taciturnitas sufficientem consensus probationem continet.

ut suprà demonstratum est n. 14. 15. 16. 17.

QVÆSTIO XLIV.

Fidejussor creditori denuncians, ut debitorem exigat, an liberetur?

SUMMARIA.

1. *Protestatio me non debere, liberat, tacente creditore. Declaratur ibidem n. 17.*
2. *Fideiussor condemnatus, si testatò debitorem conveniat, ut si putet, appellationem interponat, excusatur, nec ipse appellare tenetur. Declaratur hoc ibidem n. 18.*
3. *Actus positivus inducit consensum. Ampliatur ibidem n. 4. Declaratur n. 21.*
5. *Fideiussor creditori denuncians, ut debitum à debitore petat, non liberatur. Limitatur ibid. n. 13.*
7. *Denunciationis verbis non contenta, non possunt haberi pro denunciato.*
8. *Propositum mente retentum nihil operatur.*
9. *Voluntas in perficiendis humanis negocijs non sufficit, nisi verbis aut facto declaretur, & in dispositionem educatur.*
10. *Protestatio liberationem parit, propter consensum adversarij.*
12. *Esse prius oportet id, cui consentire debeo.*

14. Doli

14. *Doli querelâ non est opus, ubi adversarium contractu habemus obligatum.*

15. *Jactare vel donare nemo in dubio præsumitur.*

16. *Tacere quis ideò creditur, quod scit jus suum durare.*

19. *Fidejussor, si creditori nihil amplius est obligatus, mandati actionem adversus debitorem non consequitur.*

20. *Mandati actio cessat, cum agentis nihil interest.*

21. *Ex causis & respectibus pluribus quod fieri potest, non infert certum & determinatum modum.*

23. *Non probat hoc esse, quod ab eo contingit abesse.*

24. *Instrumentum exemplificari consentiens, non probat ipsum instrumentum.*

QUidam, cum pro mercatore fidejussisset, ac fortunæ vereretur inconstantiam, quæ multos etiam opulentissimos negociatores exercere solet. denunciavit creditori, ut debitorem ad solvendam pecuniam compelleret: creditor quanquam leviusculè debitorem compellavit, tamen propter necessitudinem, quæ ipsis inter se mutuo intercedebat, judicio cum eo cõtendere noluit, interea facultates ejus subitò sunt collapsæ; & creditor seriò convenire fidejussorem cœpit,
1 qui sese defendebat denunciatione suâ, neq; † enim incognitum esse ajebat, si testatò tibi significem, non esse me obligatum, tuq; taciturnitate protestationem meam transmittas, consentire te videri, idcircò posse me hoc modo liberari. *1. Ratio dubitandi.*

quam sententiam pluribus argumentis comprobavimus suprà quæst. præcedent. per tot.

2. Ratio dubitandi.

2 Unde si fidejussor judicio condemnatus testato debitorem conveniat, ut si putet, appellationem interponat, continuò excusatur fidejussor, etiamsi ipse non appellet.

text. in l. si procuratorem. 8. § quod & ad actionem. 8. vers. sed et si testato. ff. mandati.

3. Ratio dubitandi.

Quod multò fortiùs heîc existimandum videtur, cum non acquieverit modò creditor denunciationi, sed & debitorem de solutione commonefecerit.

3 Talis † enim actus positivus, ut vocant, sufficientem consensum demonstrat.

Rota Rom. decis. 396. incip. In ea causa Cremonensis pensionis. n. 4. ibi, ex actibus enim positivis, &c. part. 1. in noviss. Dec. cons. 98. incip. juridicam esse arbitror. in fi.

4 Præsertim † cum quis scit & patitur ea, quæ contradictione suâ posset impedire.

Schrad. de feud. 2. part. 9. part. principal. sect. 3. incip. Sextò quæro utrum amisso feudo. n. 135. vers. vel actus aliquis positivus, &c.

Decisio.

5 Verum † ego contrarium putavi propositâ in specie judicandum esse, tali namq; denunciatione creditori factâ non liberatur fidejussor.

text. in l. si fideiussor. 62. ff. de fideiussor.

1. Ratio decidendi.

6 Cum † denunciationi huic nihil præterea adjectum sit verborum, è quibus intelligi possit, fidejussorem, si creditor non pareat, nolle esse obligatum.

Quod

7 Quod † itaq; verbis denunciationis non continetur, id pro denunciato haberi nequit, etiamsi fortè cogitatum sit.

8 Propositum † enim mente retentum atq; occultatum nullam vim, nullumq; effectum habet.

text. in l. si repetendi. 7. C. de condict. ob causam datorum. l. si cum plures. 60. §. locator horrei. 6. ibiq; Bart. ff locat. Bald. in l. si ob rem. 1. §. si parendi. 1. ff de condict. caus. dat. Dec. in l. cum quid. 3. n. 58. in fin. ff. si cert. petat. in 2. lectura. & cons. 542. incip. Retentâ conclusione firmata. n 10. ibi. & propositum in mente, &c.

9 Et † ad omne negocium perficiundum non sufficit homini voluntatem habere, sive intentionem, mente conceptam, nisi hanc verbis quoq; aut facto declaret,

Magon. decis. Florent. 55. incip. Dominus Ioannes Franciscus. n. 65. ibi. homini enim qui in triplici, &c.

atq; in dispositionem apertam educat.

Alciat. in l. nepos Proculo. 125. n. 10. vers. nam non sufficit voluntas, &c. ff. de verb. significat. Tiber. Decian. respons. 31. incip. ardua profectò est præsens. n. 23. ibi. non enim sufficit quem ita velle, &c. lib. 1. Toming. decis. 44. incip. Casparus. nu. 9. vers. non enim sufficit voluntas, &c.

10 Præterea † liberationem contestationes hac in specie pariunt, propter ejus contra quem fiunt, consensum. *2. Ratio decidendi.*

ut suprà dictum in contrarijs rationibus. n. 1.

11 Hoc † autem loco taciturnitas consensum ad liberationem fidejussori concedendam non potest operari, cum de liberatione nihil fidejussor ex-
12 presserit: Prius † enim esse oportuisset id, cui consensus debuisset accommodari.

l. in lege 77. ff. de contrahen emt. l. sed et si manente. 5. in fin. ff. de precar. c. Petro. in fin. ex. de offic. deleg. c. significasti. 18. ex. de foro compet.

13 Quem † heîc consensum abesse, etiam inde colligitur, quòd si creditor, ad denunciationem fidejussoris, eo animo exactionem omiserit, ut creditori noceret, fidejussor doli mali tantùm exceptione sese tueri possit.

ut gl. sensit in d. l. si fideiussor. 62. in verb. non posse. in fin. ff. de fideiussorib. per l. in fundo. 38. ibi. nihil laturus nisi ut officias. ff. de rei vindicat. l. si cui. 1. §. denique Marcellus. 12. & l. in summa. 2. §. idem Labeo. 9. ff. de aq. pluv. arcend.

14 Nec † enim doli querelà esset opus, si ex consensu atq; ita conventione aliqua creditorem hoc nomine haberet obligatum.

text. l. 1. §. idem Pomponius. 5. l. & eleganter. 7. §. non solùm. 3. ff. de dol.

3. Ratio decidendi.

15 Accedit † his, quod in dubio nemo existimetur jus suum jactasse, aut gratuitò condonasse.

text. in l. cum de indebito. 25. in pr. vers. qui enim solvit. ff. de probat. Menoch. lib. 3. præsumt. 112. incip. Disputatio hac. num. 28. ibi.

quartò

quartò & ultimò ad rem, &c. Mascard. de probat. concl. 554. incip. donatio regulariter. n. 1.

16 Unde † & ideò tacuisse videri potest creditor, quòd actionem sibi suam contra fidejussorem integram manere credidit.

arg. l. sicut. 8. §. non videtur. 15 ff. quib. mod. pign. vel hypothec. solv. & dixi suprà quæst. 33. incip. Lacum Sempronius. nu. 69. ibi. sed & aliàs dictu proclivius est, &c.

17 His † ita constitutis, non obest quidquam quod obligationem dissolutam protestans, taciturnitate creditoris accedente, liberetur. Quia id verum est, propter consensum creditoris, qui nostrâ in specie deficit.

ut modò demonstravimus n. 10. & seqq.

18 Quod † autem secundo loco proponebatur, fidejussorem protestatione suâ excusari; id non eò prodest, ut à creditore liberetur, sed tantùm ut adversus debitorem mandati actionem habeat,

ita textus expressè loquitur in d. l. si procuratorem. 8. §. quod & ad actionem. 8. ff. mandat. qui. §. de hoc solo passu tractat.

19 quam † certè non consequeretur, si nihil creditori ampliùs esset obligatus, nihil enim tunc ejus

20 interesset; mandati † autem actio cessat, cum nihil interest.

text. in d. l. si procuratorem. 8. §. mandati actio. 6. ff. mandati.

21 Facto † etiam positivo consensum declarari verum

rum est, ubi rectà atq; præcisè consensum infert, hoc est, cum tale est factum, quod non faceret quisquam nisi consentiret: Nam si alia etiam ratio movere eum ad idem efficiendum potuit, consensus ex facto positivo non oritur:

22 Generale † est enim, ut quod ex pluribus causis atq; respectibus fieri potest, non inferat certum ac determinatum aliquem modum.

Bald. in l. ad probationem. 22. in fin. C. de probat.

23 Quodq; † abesse à re aliqua potest, id eam esse non evincit.

text. in l. neq; natales. 10. ibiq; gl. in verb. cum nihil. C. de probat. Cyn. in l. matrem. 17. in pr. C. eod. tit. Guido Papæ singul. 222. incip. Nota quod probatio. in fin. Mascard. de probat. concl. 1339. incip. Subditus. n. 4. ibi. inquit enim hoc non probat esse, &c. Zas. cons. 5. incip. Ex facto deducitur. nu. 104. ibi. nam non probat hoc esse, &c. lib. 1. Modest. Pistor. cons. 34. cuius argumentum est, de accusatione contra violatores pacis publicæ. n. 41 ibi. non ergò probat hoc esse, &c. lib. 1. Felician. de Solis de censib. lib. 1. c. 6. incip. Dixeram quarto capite. n. 10. vers. & non probat hoc esse, &c.

24 Hinc † si quis assentiatur postulanti, exemplum instrumenti confici, non is consensu eo instrumentum quoq; ipsum creditur approbavisse, nam & aliâ de causâ admittere exemplificationem potuit, fortè ut videret an fidem mereatur.

Cravett. cons. 197. incip. Quanquam & abundè. n. 13. vers. similiter si quis consentiat, &c.

QVÆ-

QVÆSTIO XLV.

Solutio ſimpliciter facta an & quatenus in uſuras facta eſſe exiſtimetur?

Ad materiam huius quæſtionis vide Iacobum Menochium lib. 3. præſumt. 136. incip. Quando multis ex cauſis. per tot. & Hartmannum Piſtoris lib. 3. quæſtionum parte priore quæſt. 21. incip. Quoties is qui ex pluribus cauſis debet. per tot.

SUMMARIA.

1. *Solutio dubia uſuris magis quàm ſorti imputatur. Declaratur ibid. n. 2. 6. 10. 18. 22.*
2. *Vſurarium nomen gravius eſt eo, quod ſine uſuris debetur.*
4. *Solutio dubia in cauſam graviorem accipitur.*
5. *Vſuræ ex more regionis æſtimantur. Declaratur ibid. n. 7.*
8. *Vſurariam pravitatem conſuetudo non poteſt concedere, ne in unico nummo.*
9. *Vſurarum modus legitimus quis hodie ſit?*
11. *Vſuræ ultra legitimum modum ſolutæ ſorti imputantur.*
12. *Vſurarum quod ſupra legitimum modum promiſſum eſt, pro non adiecto habetur.*
13. *Vſuras legitimas excedens conventio, quò ad exceſſum inutilis eſt.*
14. *Vſurarium contractum celebrans, quartâ parte ſummæ mulctatur. Ampliatur ibid. n. 15. & 16.*

17. *Vsuræ illegitimæ jure Saxonico prohibitæ sunt.*
19. *Mutuum est contractus stricti juris.*
20. *Vsuræ, in contractu stricti juris, citra stipulationem non debentur.*
21. *Vsuræ, in contractibus stricti juris, quamvis tacito consensu quandoq; præstitæ, non tamen debentur, nisi conventæ.*
23. *Vsuras quas creditor omninò non est stipulatus, nec solvi necesse est & solutas sorti oportet imputari.*

QUidam sex aureorum millia mutua sumens fassus est chirographo dato, se eam summam sub usuris, decem in singula centena debere creditori, cui & alios similiter ex mutuo nummos debebat, sed sine scripturâ, aut usurarum conventione; atq; ita quotannis aliquid ei numeravit, nullâ mentione factâ, cui causæ solutio imputaretur, sed simpliciter tantummodò dictum est, solvi in subductionem, auff Rechnung.

Cumq; ad extremam solutioné perveniretur, voluit creditor, utriusq; sortis nomine usuras prius reputare, & quod superesset, demum loco sortium; Cujus rei rationem habere videbatur non contemnendam:

Ratio dubitandi.

1 Quoties † enim ex plurib. obligationib. debetur pecunia, neuterq; solutionis tempore voluntatem suam expressit, cui causæ solutionem imputârit, quod solvitur, in usuras prius, deinde quod superest, in sortem accepto referendum est.

text. in l. in potestate 1. C. de solut. l. si usuras 21. ibiq; gl. in verb. facultatem. C. de usur. l. cum & sortis, 35. in pr. ff. de pignorat. act.

Sed

2 Sed † ego rem ita putavi esse interpretandam, ut solutio primum referretur in usuras solius summæ ejus, quæ sub usuris debebatur, hisce autem dissolutis, mox eidem quoq; sorti tantùm minuendæ, non alteri, quæ sine usuris promissa erat. *Decisio.*

3 Illa † enim causa quæ sub usuris debetur, gravior est alterâ, quæ usurarum conventione caret: *Ratio decidendi.*

arg. l. & magis. 4. ibi. & potiùs quod cum pœna, &c. & l. si quid ex famosa. 7. in fin. ibi. quod pœna habet liberationem. & l. cum ex pluribus. 97. in pr. ibi. mox eis quæ pœnam continet. ff. de solut. Matth. Wesembec. in paratitl. ff. eod. tit. n. 7. vers. neq; verò Vlpianus heic certos gradus, &c.

4 Semper † autem dubia solutio in causam graviorem debet imputari.

text. in l. his verò. 5. in pr. d. l. si quid ex famosa. 7. in pr. l. ex pluribus. 89. §. Lucius Titius duabus. 2. l. cum ex pluribus. 97. ff. de solut.

5 Quoniam † verò in quantitate usurarum constituenda, mos regionis attendendus est:

text. in l. cum servus. 39. § fructus autem. 1. vers. in usurarum. ff. de legat. 1.

6 Illa † quam dixi, usurarum solutio ad usuras, regionis consuetudine permissas, moderanda erit, ita tamen si mos iste legitimum modum usurarum non excedat:

7 Judex † enim legitimam usurarum quantitatem pronunciando transgredi non potest, ne quidem occasione consuetudinis in regione obtinentis.

text. in l. cum judicio. 1. in pr. ff. de usur. l. idemq́. 10. §. si procurator. 3. ibi. qua legitimo modo, &c. ff. mand. l. cos. 26. §. cæteros. 4. C. de usur.

8 Neq; † enim permittere consuetudo potest pravitatem usurariam, ne quidem in unico nummo, nam ita naturalem pecuniæ usum, commutaret in abusum & concussionem, quod consuetudine nullà potest effici.

Bald. in rubrica decretal. de consuet. n. 34. ibi. consuetudo non potest permittere, &c. Iason in l. de quibus. 32. n. 70. ibi. eodem modo non valet consuetudo, &c. ff. de legib. & huc collineant omnia Imperij Romani decreta, Anno 1530. 1548. 1577. ut & ordinationes Electorum Saxoniæ Anno 1550. 1555. & 1583. infrà n. 9. 13. 16. & 17. allegata per tot.

9 Hunc † autem legitimum modum jure hodierno ad quinq; vel summum sex inter quosvis; inter mercatores autem non ampliùs quàm octo in singula centena videmus esse redactum.

per l. cos. 26. §. super usurarum. 1. C. de usuris. & testantur decreta Imperij Romani Augusta, An. 1548. tit. Von wucherlichen Contracten. *in prin. & Ordinat. politic. Francofurti Anno 1577. tit.* Von wucherlichen Contracten. *17. in pr. Sicut & Constitutio Electoralis Saxonica Rescripto Torgensi comprehensa. sub tit.* Von Wucher / wucherlichen Contracten. §. Derowegen unsere getrewe Landschafft. etc.

Igitur

10 Igitur † si quas in specie proposita supra legitimam quantitatem usuras creditor supputatione sua retulit, eas in sortem ipsam debebit imputare.
11 Usuræ † enim supra legitimum modum solutæ, imputantur in sortem.

l. si non sortem. 26. in pr. ff. de condict. indeb. d. l. eos. 26. §. si quis autem aliquid. C. de usur.

12 Neq; † quicquam debitori obstat conventio ejus, quod enim supra statutum modum promisit, pro non adjecto habetur, & licitæ tantùm usuræ peti possunt.

l. placuit. 29. ff. de usur.

13 Nam † contractus legitimum usurarum modum quacunq; ratione excedentes, quoad excessum inutiles sunt.

text. l. eos. 26. §. si quis autem. C. de usur. fac. decret. Imperij Augustæ Anno 1500. tit. Von wucherlichen Contracten. *& Anno 1530. ibid. tit.* Von wucherlichen Contracten. §. Dieweil aber. *vers.* Wann solche wucherliche Contracte für sie bracht/ etc. *& Anno 1548. tit.* Von wucherlichen Contracten. §. Dieweil aber. *vers.* Damit allen Richtern/ etc. *& Ordinat. Francofurtensi An. 1577. d. tit. 17.* §. Dieweil aber solche. *vers.* Damit allen Richtern geistlichen vnd weltlichen. etc.

14 Imò † contractum usurarium celebrans quartâ sortis parte mulctatur.

ut verbis disertis constitutum reperitur prædictis

imperij decretis Anno 1530. 1548. 1577. titulis ac locis modò commemoratis.

15 Quæ † non tantùm communi totius Imperii Romani,

ut patet ex c. sicut non suo fin. distinct. 46. c. quoniam. 2. & c. consuluit. 10. ex. de usur. gl. in Novell. de ecclesiast. tit. 131. in pr. Speculat. de act. seu petit. §. sequitur videre. 2. n. 51. ibi. sed videtur quod usura, &c.

16 Sed † & separato Saxonum jure probata sententia est.

text. ordinatione divi Mauricij Electoris Anno 1550. tit. Von Wuchern. *& divi Augusti Electoris Anno 1555. tit.* Von Wucher. *& Rescripto Torgensi Anno 1583. tit.* Von Wucher/ wucherlichen Contracten. §. Setzen/ ordnen/ und wollen auch hierüber. etc.

17 Eò † enim jure omninò prohibitæ sunt usuræ, saltem legitimum modum superantes, quacunq; tandem ratione excessus iste committatur.

ut patet ex gl. Landrecht. *art. 54. incip.* Kein Zinßman. *in verb.* Wer seinen Zinß *vers.* Sage aber du Man möge *lib. 1. & Dd. ordinationibus Electorum Mauricij & Augusti, ut & commemorato Rescripto Torgensi* Von Wucher. *&c. per totum, maximè verò in pr. §* Daß auch daher allerley Rencke. *& aliquot §§. seqq. nos quoq; in Iudicijs Electoratus Saxonici sæpè vidimus, usuras quamvis promissas, nunquam ultra quinq; pro centum adiudicari.*

Ad

18 Ad † alteram autem sortem quod attinet, quæ sine usuris accepta est, nihil usurarum à creditore
19 supputari potest, Mutuum † enim stricti juris contractus est,

text.in §. *actionum.28. Instit. de actio.* (ubi hic contractus in bonæ fidei actionibus enumerandis omittitur) *fac. l. singularia. 15. ff. de verb. credit. & l. qui negocia.34 in pr. ibi. id enim benignè,&c. ff. mandat.* (ubi singulare aut benignè quibusdam casibus receptum dici necesse non esset, si æquitatis ratio generalis locum inveniret, & bonæ fidei judicium posset efficere.) *l. aut si mutua. 6. juncta l. præcedente. & seqq. ff. de eo quod certo loco.* ubi mutui certo loco reddendi obligatio arbitrarium non efficeret judicium, si bonæ fidei esset.

20 In † quo usuræ citra stipulationem minimè debentur:

text. in l. Titius.24. & ibi Gothofred. in verb. credita. ff. de præscript. verb. text. in l. quamvis. 3. in pr. ubi Bald. Salyc. & Dd. C de usuris. Paull. lib. 2. sentent. tit. 14. qui est de usuris. in pr. ibiq. Cuiac. idem Cuiac. consultat. 16. incip. Pater delphinæ. col. 2. vers. & in strictis judicijs usuræ non veniunt, &c.

21 Adeò † ut si fortè aliquando tacito quodam consensu debitor etiam de hisce pecuniis usuras præstitisset, non tamen ex eo deinceps, ad futuras usuras obligetur, nisi & promisisse eum creditor instrumentis suis, aut aliis legitimis documentis ostenderit. *text.*

text. in l. creditor. 7. & in l. si interrogatione, 1. C. de usur.

22 Quod † itaq; suprà generaliter traditum est, usuris prius deinde sorti solutionem ambiguam imputari oportere, id verum est de usuris promissis;

23 Quas † enim creditor in mutuo dando omninò non est stipulatus, eas & solvi non est opus, & solutas sorti potiùs, quàm usuris accepto ferendas esse, nemo dubitat.

per text. in l. in his. 5. §. Imperator. 2. ff. de solut.

QVÆSTIO XLVI.

An propter delictum mariti multæ executio fieri possit in fructus fundi, quem uxor à patre suo conductum tenet?

SUMMARIA.

1. *Dotis fructus constante matrimonio ad maritum pertinent.*
2. *Cum mulier fundum suo nomine, maritoq; semoto conduxit, neq; fundus neq; fructus dotales sunt, aut parafernales.*
3. *Parafernalia quæ sint.*

4. Re-

4. *Recepticia mulieris bona describuntur.*
5. *In bonis mulieris non dotalibus nihil maritus fructuum lucratur uxore repugnante.*
6. *In fructus mulieris, qui mariti non sunt, debiti maritalis causa exsecutio fieri nequit.*
7. *Vxores ob maritorum culpam inquietari non debent.*
8. *Vim contrahit, qui ob debitum viri in res uxoris exsecutionem facit.*
10. *Dote certâ non constitutâ, omnia mulieris bona in dubio non dotalia, sed parafernalia existimantur. Ampliatur, idem etiam de jure Saxonico. ibid. n. 11.*
12. *Iure Saxonico maritus & uxor bona divisa non possident, & n. 24. 40. etiam quò ad usumfructum n. 14.*
13. *Ferè in toto Franciæ regno coniuges bona divisa possidere non existimantur.*
15. *Iure Saxonico, fructus omnium bonorum uxoris, ad maritum pertinent, etiam parafernalium ac receptitiorum, etiamq; uxore repugnante.*
16. *Doctor dictione, Fortè, utens, non tamen cò minùs decidere propositam quæstionem videtur.*
17. *Maritus uxorem suam, jure Saxonico, cum omnibus bonis eius in curam potestatemq; suam suscipit.*
18. *Maritus in bonis mulieris extra dotem, nullam potestatem habet, uxore adversante.*
19. *Potestatis proprium est, lucrari fructus bonorum eius, quem sub potestate habes.*
20. *Mater, jure Saxonico, tutrix est liberorum ut pater.*

21. *Mater, jure Saxonico, lucratur fructus bonorum liberorum suorum, sicut pater.*

22. *Fructus, quos uxor ex fundo sibi conducto percipit, jure Saxonico, mariti sunt.*

23. *In fructus fundi, mulieri conducti, exsecutio fieri potest, jure Saxonico, etiam pro debito mariti.*

25. *Vxor socia mariti tenetur ad debita viri exsolvenda.*

26. *Quando propter delictum mariti, bona eius confiscantur, veniunt etiam ea lucra, quæ maritus ex bonis uxoris acquisivit.*

27. *Consuetudines Galliæ etiam in foro Saxonico allegari possunt.*

28. *Iura extra territorium vigentia allegare ineptum est. Fallit hoc in rationibus eorum jurium. ibidem n. 29.*

30. *Galli parent etiam rationibus juris Romani.*

31. *Ob delictum mariti confiscari possunt fructus dotis.*

32. *Debitum quod maritus communi nomine contraxit, exequi potest in fructus dotis.*

33. *Pro debito mariti, quod non communi nomine contraxit, in fructus dotis tantùm pro dimidiâ parte executio facienda est.*

34. *Quod juris est in toto, quò ad totum, id etiam jus est in parte, quò ad partem.*

35. *Vbi pater delictum committit, propter quod perditur patria potestas, eiusq; bona confiscantur, pars dimi-*

dimidia ususfructus bonorum filij, fisco cedit, & altera pars filio.

36. *Quando patris facto usufructus bonorum filij amittitur, pars dimidia patris manet, & sic creditorum eius, & pars dimidia filio redit.*

37. *Communis rei pars pro indiviso hypotheca esse potest, & facta divisione utriusq; pars pro indiviso, & parte dimidiâ, manet obligata.*

38. *Argumentari licet à conventionali hypothecâ ad judicialem.*

39. *Auctoritas jubentis ex causâ judicati, succedit in vicem justa obligationis ex contractu.*

41. *Vbi partes societati dicta non sunt, aequales sunt.*

42. *Aequalitatem amant leges, & persequuntur etiam coniecturis.*

43. *Cum duo altaria sunt paria, non debet unum ita tegi ut alterum nudetur.*

44. *Dotis fructus ideò mariti sunt, ut onera matrimonij sustineat, uxoremq; alat.*

45. *Vxor sustentari debet de fructibus bonorum dotalium.*

46. *Fructus dotis eo fine cedunt marito, ut inde mulierem alat.*

47. *Fructus paraphernalium, quos volente uxore maritus percipit, in usum communem impendi debent.*

48. *Intellectus* l. maritus. 95. in fi. pr. ff. ad L. Falcid.

49. *Fundo uxori conducto, ob delictum mariti, jure*

Saxonico, in partem dimidiam fructuum exsecutio fieri debet.

50. *In executione fructuum deduci impensæ debent.*

51. *Fructus intelliguntur quicquid deductis impensis superest.*

MAritus quidam propter contemtam inhibitionem supremæ Curiæ provincialis Lipsensis in multam condemnat⁹ est trecentorum aureorum: cum autem executio peteretur, uxor ejus sese interposuit, eumq; nihil habere contendit proprii, sua esse omnia, quemq; possiderent fundum sibi à patre suo esse conductum: Quærebatur, an exsecutio in ejus fundi fructus fieri posset?

Ratio dubitandi.

1 Videbatur fronte primâ, quòd non: Etsi † enim fructus dotis constante matrimonio ad maritum pertnent,

l. dotis fructus. 7. in pr. l. si ex lapidicinis. 32. l. si servo. 47. ff. de jur. dot. l. pro oneribus. 20. C. eod.

2 Tamen † cum heic uxor fundum conduxerit, & quidem suo nomine, sine marito, adeoq; nolit marito fundi administrationem committere, palàm est, neq; fundum neq; conductionem ejus dotalem esse; imò ne quidem parafernalem, sed tantùm è tertio illo genere, quod vulgò vocant bona extra dotem:

3 Parafernalia † enim ea dicuntur, quæ mulier præter dotem in domum viri secum affert ad usum

uium suum vel communem, & ut penès maritum sint, quasi quendam administratorem.

text. in l. si ego Seia. 9. §. cæterum. 3. ff. de jure dot. Matth. de Afflict. decis 44. incip. de tribus mihi. n. 1. & n. 4. (ubi eleganter explicat naturam parafernalium) Guido Pap. quæst. 468. incip. De fructibus n. 4. vers. bona parafernalia sunt illa, &c.

4 Quæ † verò non inferuntur, nec traduntur marito, sed mulier sibi retinet, ea dici parafernalia nequeunt, sed tertium quoddam sunt bonorum genus abs dote parafernalibusq; remotissimum.

Matth. de Afflict. d. decis. 44. n. 1. vers. quia illa bona feudalia, &c.

5 In bonis † autem non dotalibus, sive sint parafernalia, sive ex illo genere tertio, nihil fructuum ad maritum pertinet, uxore repugnante.

*Bertrand. cons. 19. incip. Ponitur in facto quod dudum. n. 14. col. penult. vers. quod ex eis colligitur, quia omnes Doctores, &c. in parte priore voluminis tertij, ubi ait, omnes * Doctores ita tenere Guido Papæ d. quæst. 468. nu. 2. Matth. Wesemb. cons. 25. incip. In hac quæstione. n. 14. vers. quid quod nec fructus quidem talium bonorum, &c.*

6 Ex his † efficitur, cum in specie propositâ neq; fundus conductus, neq; fructus ex eo nascentes mariti sint, sed uxoris; non posse ullo modo, debiti ejus causa, ne in fructus quidem fieri exsecutionem:

7 Cum † ob maritorum culpam uxores inquietari leges vetent:

per text. qui in terminis nostris loquitur in l. ob maritorum. 2. C. ne uxor pro marito.

8 Adeò † ut qui ob debitum viri res uxoris pignori capiunt, vim contrahere videantur.

l. ob debitum. 1 C. ad l. Iul. de vi publ. & priv.

Decisio.

9 Sed istis † ac similibus non obstantibus, probabilior illa videtur sententia, quæ contra uxorem est, versamur enim heic in terris Saxonicis:

1. Ratio decidend i.

10 Etsi † autem jure communi, cum nulla dos certa constituta est, illatam mulieris bona, in dubio, non dotalia, sed tantum parafernalia existimantur,

*Wesembec. cons. 25. incip. In hac quæstione. per tot. maximè. nu. 10. vers. hæc etsi speciosè proponi queant, &c. & num. seqq. usq. ad fin. (ubi latè hanc sententiam confirmat, refellitq; contraria) Toming. decis. 30. incip. Cum hac quæstio. per tot. maximè num. 15. & seqq. usq. ad nu. 22. exclusivè, ubi hanc regulam, item communem * nec ab ea in judicando discedendum ait, maximamq. Collegii juridici Lipsensis partem consensisse. Gail. lib. 2. obs. 82. incip. Certum est mulierem. nu. 2. ibi. sed quia si simpliciter, &c. & num. 3. ubi hanc * communem dicit.*

11 Id quod † nec jus Saxonicum immutavit,

Moller. ad constit. 28. tit. de jure prioritatis, &c. n. 38. ibi. sed nunquid nulla certa dote, &c. & n. seqq. part. 1.

Dubium

12 Dubium † tamen nullum est, hoc eodem jure Saxonico, aut non esse ullam bonorum uxoris, respectu conjugii, differentiam, aut certè nulla uxorem bona à marito divisa possidere:

text. in art. 31. incip. Mann vnd Weib. *in prin. & art. 45. incip.* Vnd ob wel ein Man. *ibi.* Vnd das er mit jhr in der Gewehr sitzet. *lib. 1.* Landrecht *Matthias Coler. de processib. executiv part. 1. cap. 2. incip. circa hunc passum. n. 191. ibi. quod vel inprimis procedit, &c. & part 2. cap. 3. incip. In praecedenti capite. n. 205. ibi idq. vel maximè procedit, &c.*

13 (Quale † jus etiam ferè in toto regno Franciæ viget,

Boër. in consuet Bituricens. tit. 8. §. 2. gl. 1. in verb. & en tous conquestr. per tot. Pyrrhus in consuet. Aurelian. tit. 9. cap. 1. incip. Inter coniuges.)

14 Etiam † quò ad usumfructum.

gl. nov. d. art. 31. lit. a. in pr. & ad d. art. 45. lit. d. lib. 1. Landrecht.

15 Quamobrem † etiam, jure Saxonico, ad maritum generaliter omnes fructus pertinent, non dotis tantum, sed omnium bonorum uxoris, sive ea parafernalia repures, sive in tertio illo ordine colloces extradotalium; itemq; sive assentiatur uxor sive repugnet.

Matth. Wesembec. dict. consil. 25. numer. 14. versic. nisi fortè jure Saxonico, &c. (ubi tametsi per particulam, Fortè: loquatur,

non

non minùs tamen hujus sententiæ esse creditur.
16 Licet † enim Doctor istam sententiæ suæ dictionem adjiciat, non tamen idcirco minùs eam asserere creditur. *Cravett. cons. 91. incip. Nobiles Ioannes de Chamberanco. n. 4. ibi. & licet loquatur Alexander, &c.*) idem expressiùs *cons. 63. incip. Non dubium est. n. 4. vers. quod maximè procedere debet jure Saxonico, &c. Fachs. diff. 6. incip. jure civili mulier. versic. sed de jure Saxonico, &c. Reinhard. part. 6. diff. 21. incip. Iure civili in bonis paraphernalibus. vers. secus de jure Saxonico, &c. Henning. Goden. cons. 101. incip. Videtur quod donatio hujusmodi. nu. 11. ibi. quia durante matrimonio, &c. & vers. quod procedit maximè, &c.* Et memini Scabinos Lipsenses ita respondisse in causa viduæ & hæredum Christophori à Nitzschvvitz Capitanei Wurzensis.

17 Cujus † rei ratio hæc est expeditissima, quod jure Saxonico maritus uxorem cum omnibus bonis ejus sine ulla differentià vel distinctione in curam potestatemq; suam accipiat.

text. d. art. 31. ibi. Wann ein Mann ein Weib nimt / so nimt er sie in seine Gewehr / vnd alles jr Gut / etc. *& d. art. 45. in prin. & rursum ibi.* Vmb das daß er mit jhr in der Gewehr sitzt. *lib. 1.* Landrecht. *Beust. in l. admonendi. 31. n. 954. ibi. & notanda est ista conclusio, &c. & n. 956. ff. de jureiuran. Wesemb. d. cons.*

d. conf. 63. verf. quo maritus mulierem, &c. Fachf. d. diff. 6. verf. fed de jure Saxenico &c. Reinhard part. 6. d. diff. 21. Göden. d. conf. 101. d. verf. quod procedit maximè, &c.

18 Id quod † jure communi non ita eſt, quippe quo maritus in paraſernalia cæteraq; extra dotem bona nullam poteſtatem aut adminiſtrationem habet uxore adverſante.

text. in l. hac lege. 8. ubi Bald. C. de pact. convent. tàm ſup. dot. Cravett. conf. 164. incip. Nobilis domina Catharina. n. 2. verf. pro quo facit textus, &c. Beuſt in d. l. admonendi. 31. n. 955. ibi. quod de jure civili ſecus eſt, &c. ff. de jureiur. Fachf. & Reinhard. modò dictis locis.

19 Hujus † autem poteſtatis proprium eſt lucrari fructus bonorum ejus quem ſub poteſtate habeas.

text. in l. cum oportet. 6. in pr. C. de bon. quæ lib. & artic. 11. incip. Helt ein Vater. *lib. 1.* Landrecht. *Weſemb. d. conf. 63. nu. 4. verf. quod proprium poteſtatis eſt, &c.*

20 Atq; † hanc ob cauſam etiam, ni fallor, moribus noſtris invaluit, ut, cum mater vidua tutrix liberorum ſuorum ſit, quemadmodum pater eſt, defuncta matre:

d. art. 11. in fi. lib. 1. Landrecht.

21 idcircò † etiam fructus interim è bonis liberorum ſuorum lucretur, ſicut pater.

Weſemb. in paratit. ff. de tutel. num. 5. col. 5. verf. quin moribus Saxonicis, &c.

22 Quæ † cum ita sint, sequitur, fructus, quos uxor ex re conducta percipit esse mariti,

per suprà dicta n. 12. 14. 15.

23 atq; † idcircò in eos rectè fieri exsecutionem.

2. Ratio decidendi.

Ad cujus rei confirmationem & illud pertinet,

24 Nam † cum, ut suprà dixi, *n. 12.* jure Saxonico nulla inter virum & uxorem bonorum sit distinctio, sed potiùs quædam omnium facultatum

25 communio atq; societas, consequens † est uxorem etiam ceu sociam cum marito omnium bonorum ad debita viri exsolvenda obligari.

ita in terminis nostris tradidit Zobel. part. 2. diff. 26. incip. Iure Saxonum. n. 6. ibi. insuper si ut dictum est, &c.

3. Ratio decidendi.

26 Præterea † & adhuc propius ad rem in specie nimirum hujus juris Saxonici, cum maritus & uxor bona indivisa non habent, quando propter delictum mariti bona ejus confiscantur, tunc etiam lucra ea, quæ maritus ex bonis uxoris (sibi tamen quò ad usum & fructum communibus) matrimonio constante acquisivit, in confiscationem veniunt, eò quòd dominus ipsorum sit.

Boër. in consuet. Bituricen. tit. 2. §. 10. gl. 1. in verb. & par le coustume usance. col. 2. vers. & non solùm propria bona mariti delinquentis, &c. Pyrrhus in consuet. Aurelian. tit. de societate 10. cap. 10. gl. 1. vers. nam ut Boërius docet, &c.

27 Ubi † quanquam loquuntur de suis consuetudinibus Galliæ, *de quo suprà n. 13.* tamen etiam ad

nostrum

noſtrum jus Saxonicum accommodari poſſunt, eò quòd in hoc jus noſtrum cum Gallico concordat, nec potuiſſent id ita Galli conſtituere, niſi ratio juris ſui talis fuiſſet qualis eſt juris Saxonici.

de quo ſuprà n. 12. 14.

28 Etſi † igitur jura extra territorium Saxonicum, imò Imperium Romanum vigentia allegare ineptum eſſet.

arg. l. fin. ff. de jurisdict.

29 Rationibus † tamen eorum uti non inverecun-
30 dum eſt, cum † Galli etiam noſtri juris rationibus pareant.

Bald. in l. nemo. 13. in pr. C. de ſent. & interlocut. om. judic.

31 Quinimò † ob delictum mariti confiſcari etiam fructus dotis poſſunt. *4. Ratio decidendi.*

Vincent. Caroc. de excuſſ. bon quaeſt. 10. decimae quaeſt. prin. incip. nunquid in publicatione bonorum. n. 58. ibi. limitatur tamen principalis concluſio, &c.

32 Deniq; † his adjicio deciſionem ſupremi Senatus Luſitaniae, qui decrevit, ut propter debitum, quod maritus communi, ſuo nimirum & uxoris nomine contraxit, exſecutio fieri poſſit ſaltem in fructus dotis, ex ratione, quod fructus rerum dotalium mariti ſint. *5. Ratio decidendi.*

Gamma deciſ. 200. incip. Vxor Ioannis. per tot.

33 Cum † autem heic debitum non sit contractum communi nomine, sed maritus suâ tantùm culpâ in multam inciderit, consequens est, ut & pro parte dimidia, in fructus fiat exsecutio.

Sic sensit Lupus in rep. rub. de donat. int. vir. & uxor. §. illud autem quod suprà dictum est. 66. col. 5. vers. prædicta sunt intelligenda quando debitum descendit ex contractu, &c. ubi latè.

34 Nam † (1) quod juris est in toto, quò ad totum, id etiam jus est in parte, quò ad partem.

gloss. in l. etsi pluribus. 4. in verb. concessa non est. ff. de author. tut. Bald. in c. si quis miles n. 7. vers. & sic quod est in toto quò ad totum, &c. tit. Constitutiones feudales D. Lotharij. &c.

35 Sic † (2) quando pater committit delictum, propter quod perditur patria potestas, bonaq; ejus confiscantur, pars dimidia ususfructus, quem in bonis filii habet, fisco cedit, & altera dimidia filio.

Vincent. Caroc. de excuss. bon quæst. 7. decima quæst. prin. incip. Quæro septimò. n. 8. ibi. ultra alios, &c.

36 Generaliter † enim quando patris facto ususfructus bonorum filii exstinguitur, pars dimidia patris manet, (atq; ita consequenter creditoribus patris) & altera pars filio redditur.

Bart. in auth. idem est. n. 2. vers. quando verò ususfructus extinguitur facto patris, &c. C. de bon. quæ lib. per text. in §. hoc quoq;. 2. vers. ideoq; statuimus. Instit. per quas person. & l.

cum

cum oportet. 6. §. cum autem. 3. C. de bon. quæ lib.

37 Præterea † (3) etiam communis rei pars pro indiviso hypothecæ esse potest, & factâ divisione, utriusq; pars pro indiviso, in parte dimidiâ manet obligata.

text. in l. si quis. 6. §. si fundus. 8. ff. commun. divid. & in l. si consensit. 7. §. fin. ff. quib. mod. pig. vel hypoth. solv.

38 In † conventionali autem hypotheca quod est statutum, id etiam ad judiciale pignus referri consentaneum est:

39 Cum † in vicem justæ ex contractu obligationis succedat auctoritas jubentis ex causa judicati.

text. in l. res ob causam judicati. 1. C. si in caus. judic. pignus capt. sit.

40 His † adde (4) quod, ut antè dixi *n. 12. & 24.* jure patrio universalis quædam inter virum & uxorem est omnium bonorum communio atq; societas.

41 Ubi autem † partes societati non sunt nominatim adjectæ, æquas eas esse constat.

l. si non fuerint. 29. in pr. ff. pro soc.

42 Et † (5) semper in omni aliâ re leges quò ad possunt æqualitatem aucupantur, eamq; si possunt, persequuntur etiam conjecturis.

l. quæsitum. 12. §. idem respondit. 43. vers. sed & ipse Papinianus. ff. de fund. instruct. vel instrum. leg.

43 Nam † cum duo altaria sunt paria, non debet unum ita tegi, ut alterum nudetur.

Bald. in l. aßiduis. 12. n. 7. vers. nota quando duo altaria sunt paria, &c. C. qui pot. in pign. hab. Zas. cons. 4. incip. Orta controversia. nu. 32. ibi. nec enim debet unum altare, &c. lib. 1.

44 Facit † (6) etiam, quod dotis fructus idcircò sunt mariti, ut sustineat communia matrimonii onera, uxoremq; alat.

Bald. Novell. de dot. part. 2. incip. Descendo nunc ad secundam. n. 6. vers. insuper advertendum est, &c. usq; ad fin. per discursum.

45 Debent † enim mulieres sustentari de fructibus bonorum dotalium.

text. in l. aßiduis. 12. § oportebat 3. C. qui pot. in pign. hab. gl. in l. Pomponius. 35. in verb. naturaliter. ff. famil. ercisc. Bertrand. cons. 19. incip. Ponitur in facto n. 13. vers. tertiò ex congruentia personarum, &c.

46 Cum † marito fructus dotis eo cedant fine, ut uxori inde alimenta impertiat.

Wesemb. cons. 63. incip. Non dubium est. n. 1. vers. quem in finem, &c.

47 Jure † (7) etiam communi, maritus paraphernalium bonorum fructus, quos volente uxore percipit, in usus communes impendere debet.

text. in l. fin. in pr. C. de pact. convent. tam

48 *sup. dot.* Quod † etiam fortaßè sensit *l. maritus. 95. in fi. pr. ff ad L. Falcid.* ubi ex administratione rerum uxoris extra dotem

apud

apud maritum aliquid reſediſſe dicitur, nimirum quia fortè in ſuos uſus fructus omnes erogârat.

49 Ex his omnibus † planum eſſe arbitror atq; perſpicuum, quòd & in propoſitâ ſpecie exſecutio fieri debeat in partem dimidiam fructuum conductorum.

50 Qua tamen † in exſecutione deducendos etiam putârim impenſas eas, quas mulier in agriculturam collocavit:

per tradita Verginij de Bocat. in tract. de interdicto uti poſſid. cap. 18. incip. Veniunt in hoc interdicto. n. 32. ibi. & in fructuum reſtitutione, &c.

51 Hoc † enim ſolum fructuum nomine continetur, quod juſtis ſumtibus deductis ſupereſt.

l. hoc fructuum. 1. C. de fructib. & lit. expenſ. l. fructus. 7. in pr. ff. ſolut. mat. Bald. in l. neq; ſcriptura. 6. in fi. C. de compenſat. Vergin. de Bocat. d. cap. 18. n. 32. verſ. & propterea quod in fructibus, &c.

Contrariorum

ſuprà n. 1. & ſeqq.

ſolutio patet per ſe, ex his, quæ tradita ſunt

n. 12. & ſeqq. maximè collato n. 17. & 18.

QVÆ-

QVÆSTIO XLVII.

An Prælatus æris sui dissolvendi gratia, fructus Præbendæ suæ creditori cedere possit?

SUMMARIA.

1. *Clericus debiti sui causâ, in subsidium executionem patitur in fructus beneficij, quoad aliunde sustentari potest. ibid. n. 2. & 3.*
4. *Clericus debita sua ex fructibus beneficij spontè solvere potest.*
5. *Clericus omnes beneficij sui fructus lucratur.*
6. *Dominus quisq; rerum suarum arbiter est.*
7. *Dominus re sua latius uti potest.*
8. *Bonam fidem quisq; agnoscere potest.*
9. *Fide nihil inter homines maius est.*
10. *Clericus, si de fructibus beneficij sui non posset solvere debita, nemo cum ipso contraheret.*
11. *Clerici de fructibus beneficij testari possunt.*
12. *Clerici de fructibus beneficij disponere possunt inter vivos.*
13. *Argumentum ab ultimis voluntatibus ad contractus valet.*

14. *Hæreditatis titulus lucrativus est.*
15. *Solutionis titulus onerosus est.*
16. *Damni non patiendi causa favorabilior est, quam lucri capiendi.*
17. *Clericus cedere fructus beneficij potest, dissolvendi æris sui gratia.*
18. *Abbas Panormitanus improbatur.*
19. *Petri Peccij sententia reprehenditur.*
20. *Clerici etiam mortui fructus applicari creditori eius possunt; extenditur ibid. n. 21.*
22. *Clericus secularis quis appelletur?*
23. *Clericus locare fructus beneficij potest cuicunq́;, etiam laico, infra decennium.*
24. *Clericus secularis locare fructus beneficij potest in perpetuum.*
25. *Clericus locare commoditates beneficij potest, quoad vivit.*
26. *Locatio ipsius rei, & locatio commoditatum sive fructuum rei, quid differant?*
27. *Fructus rerum spiritualium non sunt spirituales.*
28. *Clericus vendere fructus beneficij potest laico, modò per clericum sacra ministrentur.*
29. *Ecclesiæ bona, debiti eius causâ, locari & vendi in subsidium possunt laico, modò clericus sacris officijs deputetur. Ampliatur ibid. n. 30.*
31. *Symbolum habentia facilè transeunt ac permutantur.*
32. *Clericorum mobilia victui & officio necessaria, libera sunt ab executione: Fallit hoc ibidem nu. 33. & 34.*

Decisio.

1. Ratio decidendi.

CRedo equidem posse eum cedere, quando
1 enim † Prælatus vel alius clericus ex suo facto vel debito suo convenitur, deficientibus aliis rebus, quæ executionis causâ capi queant, in subsidium devenitur ad fructus & reditus Præbendæ sive beneficii ejus,

text. in l. stipendia. 4. ibiq; gl. in verb. stipendia. Bald. in princ. C. de execut. rei judicat. text. in cap. pervenit. 2. ubi Panormitan. num. 12. versic. dicit etiam quod clericus tenetur, &c. ext. de fideiussorib. ubi hanc ait communem esse. Speculat. in tit. de primo & secundo decreto. §. restat videre. 3. num. 9. ibi. quod si Reus non habet nisi reditus, &c. & tit. de execut. sentent. §. sequitur videre. 5. num. 16. vers. quod si debitor habet tantùm Præbendam, &c. Bart. in l. commodis. 40. nu. 1. vers. sed quando clericus convenitur ex suo facto, &c. Alex. ibid. n. 1. ibi. & idem videtur in fructibus, &c. Ias. ibid. n. 2. ibi. similiter fructus & reditus Præbendæ, &c. ff. de re judic. Bald. in cap. contingit. 9. num. 28. ibi qui de reditibus beneficij, &c. ext. de dol. & contumac. novissimè Pet. Frider. de continent. caus. cap. 3. incip generale vulgatum. nu. 13. ibi quando etiam in clerici, &c.

2 Saltem † eatenus, quoad aliunde Prælatus seu clericus habet, è quo vitam possit sustentare.

Bald. in d. c. contingit. 9. n. 28. vers. tamen credo quod debeat servari clerico, &c. ext. de dol.

dol. & contum. Ias. in d. l. commodis 40. n. 2. vers. ubi limitat hoc esse verum, &c. ff. de re judic. Anton. Franc. in addit. ad Panormitan. super. d. c. pervenit. 2. sub n. 12. in addit. incip. Quod autem hîc dicitur de fructibus beneficij, &c. ex. de fideiuss.

3 Quod † si ergò debitum Prælati solvi ex fructibus beneficii ejus potest exequendo in invitum:

l. inter stipulantem. 83. §. si Stichum. 1. ff. de verb. obligat.

4 Multò † magis ei suâ sponte bonam agnoscere fidem licet, ac de fructibus beneficii sui creditori satisfacere.

arg. l. si pupilli. 6. §. videamus. 12. vers. certè si quid à se. & l. Proculus. 18. ff. de negoc. gest. l. quotiens. 9. §. si paterfamilias. 1. ibi. hoc enim ei imputabitur, &c. & §. & generaliter. 3. & §. nec utiq. 6. ibi. nec enim prohibentur tutores bonam fidem agnoscere. ff. de administrat. tutor.

5 Præterea † certum est, clericos hodie omnes beneficiorum suorum fructus sibi acquirere. *2. Ratio decidendi.*

Vti testatur communis notoriaq; consuetudo hodierna, cui Abbas Panormitanus testimonium, etiam de suo tempore perhibet in d. c. pervenit. 2. nu. 12. vers. sed communis opinio invaluit. quod hodiè clerici appropriant, &c. ext. de fidejuss. ubi communem appellat.*

6 Dominus † autem quilibet rerum suarum moderator est & arbiter.

l. in re mandata. 21. C. mandati.

7 Req; † sua impunè etiam latiùs uti potest.

l. sed & si lege. 25. §. si quis re sua. 12. ff. de petit. hæredit.

8 Quantò † ergò magis ad liberandam fidem suam,
9 qua † nihil inter homines majus est:

l. huius edicti. 1. ibiq. Bald nu. 2. vers. & nihil maius inter homines, &c. ff. de pactis. l. hoc edictum. 1. in pr. ff. de pecun. constitut.

3. Ratio decidendi.

10 Tertiò † si non tenerentur clerici, ne de fructibus quidem beneficiorum suorum solvere debita sua, raró invenirentur, qui contrahere cum ipsis, aut in creditum ire vellent, atq; ita efficerentur, quasi Judæi inter Christianos.

Hac ratio refertur à Panormitano in repet. c. cum esses. 10. n. 27. vers. item alia opinio sapit iniquitatem, &c. ext. de testament. & laudatur in puncto domus clerico conducta. per Rebuff. in Constit. reg. tom. 1. art. 2. gl. un. n. 123. ibi. alioqui clerici non invenirent domos, &c.

4 Ratio decidendi.

11 Quartò † possunt quoq; clerici de fructibus Ecclesiæ intuitu acquisitis, testari, hæredesq; relinquere.

Anton. Gamma decis. 313. incip. Archiepiscopus. n. 8. ibi. pro sententiâ verò, &c. & n. seqq. usq. ad fin. Alvar. Valasc. consultat. 35. incip. Pro evidentia quæstionis. num. 9. ibi. caterum licet præfata opinio, &c. & n. seqq. ubi uterq; multa allegat præiudicia.

Nega-

12 Negari † igitur ipsis non debet, quò minùs de fructibus hisce disponant, etiam rebus inter vi-
13 vos gerendis aut contrahendis; Licet † enim ab ultimis voluntatibus ad contractus argumentari.

text. in l. quæ de legato. 46. ff. de legat. 1. Cyn. in l. in emphyteuticarijs. 2. n. 9. vers. nam de ultima voluntate, &c. C. de jure emphyteu. Hartm. Pistor. lib. 2. quæst. 13. incip. De agnatorum jure. n. 3. ibi. argumento ab ultima voluntate, &c. Peregrin. de fideicommmiss. art. 50. incip. Absolutis præcedentibus articulis, n. 2. vers. & quia ab ultimis voluntatibus, &c.

Quod equidem argumentum heîc longè firmissi-
14 mum esse puto; Prius † enim illud per testamenta hæreditatesq; transferendi genus, lucrativum est:

text. in l. inter stipulantem. 83. §. si rem. ff. de verb. obligat. Alvis. de Albert. sing. 55. incip. Hæreditas licet sæpè. Natta. cons. 214. incip. Viso & benè discusso processu. n. 7. ibi. prædicta eò magis procedunt quia hæreditas, &c. Cravett. cons. 644. incip. Statuto Mediolani expressum est. n 13. vers. lucrum planè in hæreditate transversali, &c. & cons. 844. incip. mortem Ioannis Mariæ Micolanus. n. 11. ibi. in qua causam lucrativam versari, &c. & cons. 958. incip. de legato annuo. n. 26. ibi. à lucro tamen omittendo &c. & cons. 984. incip. Non miror profectò. n. 63. ibi. quid in hæreditate admittendum, &c. & n. seq.

15 Hoc † verò, quo creditori ſatisfacimus, nihil ei affert lucri, ſed tantùm, ne damno afficiatur, pecuniæ ſuæ efficit:

16 Favorabilior † eſt autem cauſa damni non patiendi, quàm capiendi lucri.

l. error 8. ff. de jur. & fact. ignorant. l. non debet. 41. §. fin. ff. de reg. jur. l. Proculus. 26. in fin ff. de dam. infect. gl. in l. eleganter. 24. §. qui reprobos. 1. in verb. non liberat. verſ. ſolutio, ego puto eum qui, &c. ff. de pignorat. act. Alexand. conſ. 71. incip. Videtur prima conſideratione dicendum. n. 4. verſ. quia magis ſubvenitur tractantibus, &c. lib. 1.

5. Ratio decidendi.

17 Sed † quid argumentis utimur, nominatim hoc ab Interpretibus traditum eſt cedere clericum alteri poſſe fructus ac reditus beneficii ſui, ut ex his creditori ſuo ſatisfaciat, ſive æs alienum contraxerit ſui ſuſtentandi causâ, ſive alterius rei gratiâ.

Panormitan. in d. c. pervenit. 2. n. 12. verſ. item Collectus. & c. ext. de fidejuſſorib. ubi refert, quendam Collectum vidiſſe admitti clericum fructus Præbendæ cedentem. *Et paullò poſt ſubdit, communem * ita invaluiſſe opinionem.* Quod exemplum Collecti etiam refert *in repetit. cap. cum eſſes. 10. n. 27. in 4. principal. quæſt. verſic. Collectus in capitulo Odeardus, &c. ext. de teſtament.*

18 Malè † igitur idem Panormitanus ſibi contrarius *in repetit. d. c. cum eſſes. 10. n. 27.*

ibi

ib. quartò principaliter quæro, &c. ext. de testam. limitare hanc decisionem conatur, saltem ad debita contracta pro clerici sustentatione; Ratio enim ejus, qua potissimum nititur, est, quod clericus non omnes beneficii reditus suos faciat, quod falsum esse *suprà n. 5.* ipsius Panormitani testimonio demonstravimus. Manifestior

19 † Petri Peccii error est, qui *in tractat. de jure sistendi. c. qui & quorum bona arrestari non possunt. 5. num. 8. ibi. existimant plerique, &c.* omninò negavit, reditus beneficiorum ecclesiasticorum in executionem rei judicatæ, aut capi, aut arrestari posse, authores enim laudat eos, qui contrarium sentiunt, atque à nobis *suprà num. 1.* pro nostra sententia adducti sunt.

20 Nunc † sic confirmata hæc definitio nostra amplificatur, *1. Extensio decisionis.*

Primò, ut etiam post mortem clerici possint fructus ex Præbenda ejus nati, creditoribus ejus applicari.

Rot. Rom. decis. un. n. 4. ibi. ubi si esset simplex clericus, &c. de solution. in antiquis. per text. in c. præsenti fin. ibi, quæ solutis debitis ex ipsis reperta fuerint superesse. ext. de offic. ordinar. in 6.

21 Idq; † sine omni dubio procedit saltem in clericis secularibus seu seculariter viventibus.

Rot.

Rot. Rom. d. decis. un. in fin. de solution. in antiq.

22 Habentur † autem pro clericis secularibus, qui exercent res, sive negocia ad seculares pertinentia.

Rebuff. in tract. concordat. tit. de collat. §. cum verò. col. 3. vers. quod est notandum ad clericos, &c. mihi pag. 638. & in Constit. reg. tit. de liter. obligator. art. 2. d. gl. un. n. 121. ibi. & clericaliter vivere dicuntur, &c. ubi duo praiudicia rerum judicatarum refert. fac. tradita Masverij in pract. forens. tit. de tallijs. 38. n. 2. vers. item illi qui sunt, &c. mihi pag. 551.

2. *Extensio.*

23 Præterea † clerici quoq; beneficia sua ad reditus ac fructus inde percipiendos locare possunt, & quidem etiam laicis, ad tempus quodcunq; modò id sit intra decennium.

Franc. Marc. decis. 195. incip. Quaritur an sit permissum. n. 2. ibi. sed in contrarium facit. & n. seq. lib. 2. per text. in c. vestra. 2. cum ibi notat. ex. de location. c. dilecti. 8. & c. quamvis. 17. ex. de decim. c. querelam fin. ex. ne Prælati vices suas, &c. Clem. monasteriorum. 1. in fin. ibiq. gl. in verb. locationes. & in verb. fructuum. & in verb. ad tempus modicum de reb. Eccles. non alienand. Ioan. Andr. in rubr. ad Speculat. de reb. Eccles. non alienand. in prin. Bald. cons. 483. incip. an locatio. n. 1. lib. 3. Boër. decis. 224 incip. Abbas Meymacij. n. 2. vers. sed tene quod indistinctè, &c.

24 Quod † identidem in iis tantùm credo clericis, qui

qui ſtatum ſuum uſquequaq; retinent, in ſecularibus verò liberiores, hujuſmodi contractus eſſe videntur, etiam ultra decennium.

per dict. Rot. Rom. deciſ. un. in fin. de ſolution. in antiquis. quæ *d. clementinam monaſteriorum, de rebus Eccleſiæ non alienandis* modò dictos contractus ad tempus concedentem ad ſolos clericos religioſos reſtringit: Ergò à contrario ſenſu, ultra decennium eos permittit in clericis ſecularibus.

25 Sin † etiam non beneficium ipſum, ſed commoditates tantùm ſive fructus aut penſiones locentur, poteſt ea locatio ſine diſtinctione fieri, uſquedum vivit locator.

Molinæ, de Hiſpanorum primogenijs. lib. 1. cap. 21. incip. Ex his quæ in præcedentibus. n. 27. ibi. hæc autem in rerum maioratus locatione, &c. junct. nu. 25. verſ. in tertia & ultima ſpecie, & : fac dicta M. Antonij Peregrini de fideicom. art. 50. incip. Hæres gravatus purè. n. 110. ibi attamen poterit hic fructus, &c. pag. mihi 1070. & Caſparis Roderici de annuis reditibus lib. 1. quæſt. 3. incip. Quid nominis. n. 13. ibi. ſimile eſt quod Parochus, &c.
26 Differt † hoc genus locationis à ſuperiore, illic enim res ipſa locatur, conductoriq; exhibetur fruenda ſuo arbitratu, ſic ut quaſi jus quoddam in re conſtituatur. *quod indubitatè colligo ex eo, quod ſi locatio ad decennium fiat, dominij translationem ſapere incipiat.* heic verò ſola

 perſo-

personalis obligatio constituitur ad fructus percipiendos. *vide & pondera in hanc distinctionem quæ tradit Molinæ. de primogen. Hispanor. lib. 1. d. c. 21. n. 24. vers. ut autem in hac quæstione, &c. & n. 25. 26. 27. Menoch. lib. 3. præsumt. 107. incip. postquam de contractu census. n. 4. ibi. constituitur seu creatur autem, &c. & n. 5. Caspar. Roder. de annuis reditibus. lib. 2. quæst. 22. incip. Reditus reservativus. n. 1. & seqq. usq. ad num. 7. inclusivè. & lib. 3. quæst. 1. incip. Vltimo loco agen-*
27 *dum est. n. 1. & 2.* Qui † quidem fructus tametsi ex re spirituali veniunt, minimè tamen inter spiritualia computantur, neq; causa eorum spiritualis esse creditur. *Matth. Wesembec. cons. 56. incip. Pastor conqueritur. n. 7. ibi. pro quo sunt, quod fructus decimarum, &c.*

3. Extensio.

28 Quin & † fructus beneficii sacerdotalis vendi laico possunt, modò clericus ad exercitia ecclesiastica deputetur.

Franc. Marc. d. decis. 195. n. 4. vers. veruntamen secundum ipsum, &c. & n. seq. lib. 2.

4. Extensio.

29 Hoc † ampliùs, quando Ecclesia gravata est ære alieno, nec subveniri ei, nisi per laicum potest, Ecclesiæ quoque bona locare licet aut vendere, modò sacerdos sit, qui officiis spiritualibus defungatur.

Franc.

Franc. Marc. d. decis. 195. n. 5. vers. & ibi etiam ponit exemplum. lib. 2.

30 Atq; † hi quidem contractus omnes, quoniam ista ratione fieri possunt cum laicis, multò sanè magis poterunt, cum clericis, qui longè majorem cum Ecclesia cognationem habent: 5. Extensio.

31 Notum † est enim, quod in his, quæ symbolum inter sese habent, perfacilis sit transitus ac permutatio.

Bald. in l. si aquam. 2. n. 57. vers. nam in habentibus symbolum, &c. C. de servitut. & aqu.

32 Quanquam † etiam mobilia sacerdotum, velut vestes, libri precationum, breviarium, & hujusce generis alia sine quibus commodè vivere non possunt, libera sunt ab executione: 6. Extensio.

latè Rebuff. in Constit. reg. tom. 1. tit. de lit. obligator. art. 2. d. gl. un. n. 106. ibi. item non fuit executio, &c. & n. seqq. Bald. in rubr. C. qui bonis cedere possunt, in fin. Matth. Coler. de processib. execut. part. 2. c. 3. incip. In præcedenti capite. n. 128. ibi. unde pulchrè scriptum reliquit Baldus, &c.

33 Tamen † & hæc in subsidium executioni & alienationi obnoxia esse videntur, quotiens alia sacerdotem satisfaciendi ratio destituit.

Matth. Coler. de Process. execut. part. 2. d. c. 3. num. 104. vers. si verò deficiant alia bona, &c. & nu. 172. vers. ac quod hæ res privilegiatæ, &c.

34 Hæc † quoq; clerici mobilia in executionem capi possunt, 7. Extensio.

possunt, quando clericus non manet intra statum suum, sed exercet negocia laicorum.

Rebuff. in Constit. reg. tom. 1. d. tit. de liter. obligat. art. 2. d. gl. un. n. 120. ibi secundò fallit, &c. & n. seq. faciunt quæ dixi suprà n. 21. & 22.

QVÆSTIO XLVIII.

An domicilium mutet nominis exigendi causa suscepta peregrinatio?

SUMMARIA.

1. *Voluntatis mutatio non præsumitur, sed probanda est ab allegante.*
2. *Domicilium quomodo constituatur. & n. 6.*
3. *Domicilium decennio constituitur, non spacio minori.*
4. *Domicilium paternum filiusfamiliâs retinet, sine novâ contestatione.*
5. *Originaria jurisdictione nemo facilè eximitur.*

Titius cive Dantiscano genitus, domicilium ibi post obitum patris retinuit, sed mercaturâ ductus, homini cuidam transmarino, gravem num-

nummorum ſummam credidit, cujus quidem pecuniæ exigendæ gratiâ, perſæpè illo in loco extraneo verſatus eſt, nihil tamen reliquarum facultatum eò contulit, ſed prædiola quæ Dantiſci habuit, retinuit, ſeq; epiſtolis, chyrographis, & id genus aliis ſcripturis, civem Gedanenſem profeſſus eſt, cumq; cauſæ illi transmarinæ apud judicem debitoris operam daret, mortuus ibidem eſt; Unde tractari cœpit, an domicilium mutaſſe crederetur? Mihi ſanè nulla hoc caſu videbatur eſſe cauſa dubitandi:

1 Præterquam † enim quod voluntatis mutatio non facilè præſumitur, ſed probari ab eo debet, qui mutatam dicit:

l. cum tacitum. 3. & l. cum. 22. ff. de probat. l. fideicommiſſa. 11. §. ſi rem. 12. ff. de legat. 3.

2 Illud † quoq; conſtat domicilium non ſtatim conſtitui, ſimul ac quis alicubi verſari cœperit, annis tribus, quatuor, ſex aut octo, neq; ſi domum ibi comparârit, niſi quoq; larem, rerumq; ac fortunarum ſuarum ſummam ibi conſtituerit, ea mente atq; intentione, ut non aliquâ negociorum ſuorum neceſſitate, ſed perpetuâ manendi voluntate ibi habitet, non receſſurus unquam, niſi quid eum inde avocet.

text. in l. libertus. 17. §. ſola ratio poſſeſſionis. 5. & §. ſola domus. 13. l. domicilium. 20. l. eius qui. 27. §. Celſus. 2. ibi. exiſtimatione animi: & paullò pòſt, ibi. deſtinato ſit animo. ff. ad municipal. l. nec ipſi.

3 (ubi † demum decennii

morâ domicilium constitui dicitur, Ergò non pauciorum annorum commoratione) *l. cum neq. 4. l. cives. 7. ibiq. gl. in verb. larem. & verb. summam. C. de incolis. lib. 10.* adde *Pet. Wesembec. cons. 49. incip.* Die vns *proponirte* Frage. *n. 2. ibi.* Es wird aber das *domicilium, &c. lib. 1*

4 Quæ † sanè adeò sunt vera, ut & filiusfamiliàs, sine nova côntestatione, paternum credatur retinere domicilium.

l. placet. 3. & l. seq. ff. ad municipal. faciunt notata Iacobi Tomingij cons. 41. incip. Quandoquidem amplißimi. num. 46. ibi. tum etiam quod manifesti, &c.

5 Nam † & aliàs tàm fortis cujusq; origo est, ut non facilè legibus ejus subjectus esse desinat.

l. senatores licet. 11. ibiq. glossa in verb. adiectionem. ff. de senatoribus. l. adsumptio. 6. in pr. & l. ordine. 15. §. jus originis. fin. & l. seq. & d. l. libertus. 17. §. sed eodem. 4. vers. cum simul. & l. incola. 29. ff. ad municipal. l. decuriones. 1 ff. de decurionibus. l. & qui originem. 3. in pr. ff. de munerib. & honorib. l. nulli. 28. §. sin autem. 1. ibiq. gloß. in verb. oritur. C. de Episcop. & cler. (quatenus ibi primum origo proponitur, deinde domicilio mutato, originis tamen locus unà cum domicilio attendi dicitur) text. expreßior in l. in adoptionem. 7. C. de adoptionib. Tiraquell. de jure primogen. quæst. 46. num. 13. ibi. & idem quoque in simili casu, &c.

Faciunt

Faciunt dicta Tomingii d. cons. 41. nu 9. ibi, qua tamen assumtio, &c.

6 Quæ † cum ita sint, solaq; contestatio, sine larium translatione, veràq; animi destinatione, domicilium non efficiat, multò minùs nomen quamvis magnum, ejusq; exigendi causâ commoratio, domicilium efficiet ei, qui semper originis suæ civitatem retinere se, palàm professus est.

QVÆSTIO XLIX.

Feudo vendito, an pecunia inde redacta, in gratiam simultaneè investiti, sit à venditore in feudum convertenda?

SUMMARIA.

1. *Simultanea investitura societas quædam est.*
2. *Simultaneam investituram uni esse cum altero, alteri autem non item, iniquissimum. Declaratur ibidem n. 13.*
3. *Ioannis Lindemanni sententia profertur, & refellitur ibidem n. 14. & n. 16, 18, 19.*
4. *Pecunia ex venditione feudi redacta feudalis non est.*

5. Feu-

5. *Feudum non consistit in pecuniâ sed in rebus soli, aut solo cohærentibus. Limitatur ibidem n. 6.*
7. *Pecunia à Principe potest feudalis effici.*
8. *Simultanea investitura tantùm feuda, non etiam allodia comprehendit.*
9. *Precium ex feudo redactum simultaneè investitus non tenetur in feudi comparationem collocare.*
10. *Precium ex feudo redactum simultaneè investitus feudale efficere quando teneatur?*
11. *Frustrà ab homine exprimitur, quod ipso jure intelligitur.*
12. *Impetrari novâ pactione, vel alio modo necesse non est, quod ipso jure competit.*
15. *Feudo, quod propriam feudi naturam non habet, vendito, non tenetur venditor ex precio aliud feudum comparare. Declaratur ibidem n. 16.*
17. *Rationes ubi plures sunt, una sublata, non tamen tollitur dispositio.*
18. *Baldi sententia enodatur.*

TItius & Sejus fratres vendidêre feudũ quoddam avitum, quò facilior ipsis nominum esset paternorum dissolutio: ære tamen persoluto, supererat ex precio ampla satis pecuniæ summa, quam quidem horum agnatus ac simultaneè investitus, qui tamen alienationi consenserat, in feudum converti postulabat, ita ut portionem aliquam, vel saltem spem in ea pecunia, fundoq; inde clientari comparato consequeretur.
Interrogato mihi hac de re, quid juris esset, videbatur

batur sanè primo adspectu assentiendum esse agnato. Nam cum † simultanea investitura sit quædam societas seu communio, Esset † contra omnem rationem, ut cum duo agnati sint simultaneè investiti (Haben die gesambte Hand an ihren Gütern beyderseits erlanget) unus quidem cum altero retineat conjunctam manum in bonis ejus, alterum autem, à conjuncta manu suorum feudorum excludat, bonaq; sua libera ab omni ejusmodi obligatione possideat: *1. Ratio dubitandi.*

1

2

ita in terminis tradit & arguit Modest. Pistor. consil. 40. incip. Aus obenerzehltem Bericht. *n. 22. ibi.* Den der gesambten Hand. *&c. & n. 23. lib. 2.*

3 Et † pro ista sententia concludit Joannes Lindemannus *2. Ratio dubitandi.*

inter consilia Henning Göd. consf. 84. incip. Casus & facti contingentia n. 19. vers. immò licet hoc non fuerit dictum, &c. & n. 20. 21. 22.

Ubi apertè statuit, quod vasallus venditor in gratiam simultaneè investiti sui teneatur precium ex feudo redactum in feudi alterius emtionem convertere, eumq; ad conjunctam ejus manum admittere.

Sed in istis non obstantibus secundum Titium ejusq; fratrem judicandum esse censebam. *Decisio.*

Constat enim in præsenti specie, fundum hunc clientelarem, agnato isto assentiente, ob prædictum æs alienum, venditum esse. *1. Ratio decidendi.*

4 In confesso † etiam est, precium sive pecuniam

ex feudi venditione redactam, non esse aut censeri feudalem.

*text. in c. 1. §. si vasallus de beneficio. tit. si de feud. defunct. controvers. sit int. Dom. & agnat. Vasal. Ias. in l. si cum servum. 23. n. 6. vers. pone ergò quod ego, &c. ff. si cert. pet. Schurff. (in terminis nostris loquens) cons. 11. incip. In proposito casu non est multum disputandum. n. 1. cent. 1. ubi hoc ait esse clarum. Rosenthal. de feud. cap. 4. conclus. 7. incip. His consequens. n. 1. & conclus. seq. n. 2. ibi, sed etsi feudum vendatur, &c. ubi compluribus adductis hanc communem * ait, & cap. 9. conclus. 39. incip. Sed si non jure proprio. n. 5. ibi. secundò amplia &c. ubi iterum multos adducit. Toming. post Hartm. Pistor. quaest. 27. in consil. incip. Reverendissimus. n. 9. ibi. usq; adeò ut licet alias, &c. Moll. in Constit. Saxon. 30. tit. pecunia ex feudo redacta, &c. n. 5. vers. nec pecuniam, &c. part. 3.*

5 Neq; † enim feudum in pecunia consistit, sed in rebus soli aut solo cohærentibus, vel quæ soli vices obtinent:

text. in cap. 1. §. sciendum. de feud. cognit. Isern. in c. 1. in pr. n. 1. vers. quia feudum non consistit, &c. si de feudo vasal. ab aliquo interpellat. fuerit. Schurff. cons. 22, incip. Nobilis quidam vendidit. num. 1. ibi. nam & primò expediti juris est, &c. cent. 3. ubi ait, hoc esse juris expediti. Tileman. Brandis inter consilia Henning. Goden.

Göden. conf. 83. incip. Informatio. nu. 26. ibi. sed contra naturam feudi est, ubi ait, id repugnare naturæ feudi.

6 Nisi † à domino feudi eam potestatem habente (ut sunt Principes, cæteriq; regiâ dignitate hæreditaria florentes) precium nominatim res feudalis effecta sit.

Matth. Coler. decis. 94. incip. De jure communi feudali. n. 5. & 6. Constit. Electoral. Saxon. part. 3. d. Constit. 30. in fin.

7 Cum † igitur pecunia ista feudum non sit, neque natura, neq; Illustrissimi Electoris effectione, aut quavis alia idonea ratione, sicut necesse erat,

per tradita Rosenthalij de feud. cap. 2. conclus. 16. incip. Vasallus vendidit. n. 1. vers. probatur nam res, &c.

Consequens est, agnatum in illa tanquam simultaneè investitum nullum jus, nullam societatem, nullam communionem habere: Quo-
8 niam † simultanea investitura sive conjunctâ manu feuda tantùm comprehendi notissimū est.
9 Ex quo † deniq; sequitur, ut cum hîc omnis cesset obligatio, venditor feudi precium inde acceptum non teneatur ad feudi comparationem collocare,

ita in terminis terminantibus decidit Schurff. d. cons. 11. n. 1. vers. nec tenetur venditor, & c. cent. 1.

10 Firmat hanc sententiam magnoperè prędicta Saxonica Constitutio 30. part. 3. dum ait, quod is demum precium ex feudo redactum teneatur *2. Ratio decidendi.*

efficere feudale, qui sese ad id pacto nominatim obligavit. Nam si etiam sine conventione teneretur, conventionem exigere, supervacaneum esset.

11 Frustrà † enim ab homine exprimitur, quod ipso jure intelligitur.

text. in l. quæsitum. 9. §. 1. in fin. ff. de distract. pign. l. non rectè. 3. vers. nam licet. C. de fidejussorib. Francisc. Milanens. decis. 8. incip. Et quia causa. n. 238. vers. & frustrà ab homine exprimitur, &c.

12 Et generale est, novâ † pactione vel quo alio modo impetrari necesse non esse, quod jam antè juris communis beneficio est introductum.

text. in l. 1. C. de thesaur. lib. 10. Ludov. Rom. cons. 129. incip. Franciscus de quo quæritur. n. 4. ibi, non enim impetratur, &c. Modestin. Pistor. cons. 29. incip. Außgeführte Beweisung. *n. 5. vers. frustrà enim, &c. lib. 2. Hartm. Pistor. lib. 2. quæst. 2. incip. Agnatum repudiata. n. 46. ibi. cum frustrà precibus, &c. Francisc. Milanens. dicta decisione 8. n. 238. vers. quia frustrà precibus impetratur, &c. Anton. Quett. cons. 5. incip. Magnifici & generosi Domini. n. 13. ibi. quia frustrà, &c. Chassanæ. in consuet. Burgund. rub. 7. §. 13. in verb. ils sont tenus, &c. n. 1. ibi. cum frustrà precibus, &c.*

13 Ex his † patet non obstare, id quod in principio *n. 1. & 2.* dictum est, simultaneam investituram quandam esse societatem, & participationem feu-

feudorum utrinq; exigere, quia hoc ad pecunias ex feudi distractione redactas non pertinet, ut hactenus *n. 4. & seqq* demonstravimus.

14 Non † movet etiam autoritas D. Lindemanni *suprà n. 3.* adducta: Ratione enim utitur per argumentum sensus contrarii,

15 Ex † eo, quod cum vasallus feudum, quod propriam feudi naturam non habet, vendidit, Interpretes vulgò existimant, hunc venditorem non teneri aliud feudum ex ista pecunia comparare, nimirum quia feudum venditum omninò propriam feudi naturam amiserat,

ista doctrina habetur ac traditur per Bald. in c. 1. in fin. Præp. ibid. n. 2. vers. sed an dictum precium, &c. Alvarot. ibid. n. 5. vers. sed an dictum precium debeat, &c. de feudo non habente propriam feudi naturam.

Putat enim hinc contrarium statuendum esse, si vendatur feudum, quod veram feudi naturam obtinebat.

16 At mihi † ista consecutio multis de causis viciosa videtur.

Primum (1) namq; etiam aliæ duæ à Baldo cæterisq;, *(d. locis)* causæ commemorantur, quare illis vasallus precio isto non teneatur aliud comparare feudum, nimirum non tantum, quod venditum feudum naturam non habeat proprii feudi, sed & quod precium loco rei non succedat, & Dominus pro uno feudo duo non debeat

consequi. Etsi igitur prima ratio in feudo proprio non militet: posteriores tamen duæ etiamnum habent locum.

17 Ubi † autem plures ejusdem rei rationes sunt, tametsi una sublata est, cæteræ tamen si supersint, dispositio vigorem suum retinet.

Bart. in l. ex facto. 43. n. 45. vers. & de duabus rationibus, &c. ff. de vulg. & pupill. substit. Ludov. Roman. in l. posthumo. fin. n. 18. ibi. quia quando statuitur quid non solùm una, &c. C. de bon. possess. cont. tab. & in l. apud Iulianum, 11. §. idem Iulianus. 1. n. 53. ibi. modò habemus regulam, &c. ff. ad SC. Trebell. Ias. in l. cum filiofamiliâs. 11. n. 146. ibi. confirmo ultra cum, &c. ff. de legat. 1. Tiraquell. in reg. cessante causa. limitat. 22. n. 1. & seqq. Hartm. Pistor. lib. 1. quæst. 15. incip. cum seculo hoc. n. 13. ibi. quotiescunq; enim aliquid, &c. Seraphin. de privileg. jur. privil. 100. n. 8. ibi. unde quamvis cesset una, &c.

18 Præterea (2) Baldus † quoq; suprà dicto loco ait, feudum primum non omninò esse extra naturam feudi, ut ita ex Baldi etiam sententia prima ratio, in nostra specie, locum habeat.

19 His (3) accedit † quod hanc Lindemanni sententiam communiter * improbatam esse attestatur Rosenthal,

de feud. cap. 4. d. concl. 8. in allegationibus sub lit. B & cap. 9. d. conclus. 39. in allegationibus sub lit. d.

QVÆ-

QVÆSTIO L.

Domino feudi mutato, an leges quibus vasallus utitur, immutentur?

SUMMARIA.

2. *Iura superioris sui quisq; agnoscere tenetur. Declaratur ibidem n. 17.*
5. *Leges imperij ab omnibus servari convenit.*
6. *Lex à subdito semper recepta creditur.*
7. *Lex semper loquitur.*
8. *Legem usu non receptam dicens, probare hoc tenetur. Ampliatur ibid. n. 9. 10. 11.*
12. *Lex solo non usu ne mille quidem annis abrogatur, nisi usus evenerit in contrarium. ibid. n. 13.*
14. *Legis abrogatione non probata, statur ipsi legi.*
15. *Ius semel ab aliquo receptum, semper apud eum vigere creditur. Ampliatur ibid. n. 16.*
18. *Provincia qualibet abundat suo sensu.*

QUidam Imperii vasallus externo Principi parere cœpit, salvis veteribus suis immunitatibus, quæsitum, si quæ ipsi controversiæ cum aliis intercedant, Imperialibus, an recentis Domini

Ratio dubitandi.

1 Domini legibus terminandæ sint? Videbantur † enim recentis domini leges esse attendendæ,
2 quoniam † subditi jura agnoscere debent sui superioris.

text. §. quam formam fin. in fin. Instit. de satisdat. l. Deo auctore. 1. § sed & si qua leges. 10. C. de veter. jur. enucleand. Pet. Ancharan. cons. 11. incip. Factum super quo petitur consilium. n. 2. ibi. subditi tenentur obedire, &c.

Decisio.

3 Verum † ego respondi, juxta leges Imperii Romani, causas hujus vasalli oportere dijudicari;

Ratio decidendi.

4 Has † enim leges principio, cum adhuc sub Im-
5 perio esset, haud dubiè suscepit, quia † leges Imperii, ut generales, ab omnibus subditis observari convenit:

text. in l. leges ut generales. 3. in pr. & l. leges sacratissima. 9. & l. seq. C de legib.

6 Et † semper lex sive constitutio in usum recepta à subditis, semperq; apud eos in viridi observantia extitisse præsumitur.

Schrad. de feud. part. 10 sect. 20. incip. Sciendum vigesimò est. n. 153. vers. sed semper præsumitur quod lex, &c. Knichen. de privileg. non provocandi verb. jus. cap. 3. incip. Quamvis consuetudo. n. 19. ibi. namq; lex in dubio, &c.

7 Unde † & dici vulgò solet, legem omni die, & semper loqui, imperare, vetare atq; permittere.

Bart. in l. omnes populi. 9. n. 64. vers. nam omni die, &c. ibiq; And. Pomate in addit. ad verb. semper loquitur. ff. de just. & jur. Knichen de pri

de privileg. non provoc. verb. jus. d. cap. 3. n. 21. ibi. dicuntur; semper loqui, &c.

8 Eamq; † ob rem, qui constitutionem vel legem aliquam usu non receptam esse contendit, omninò probare hoc debet,

Schrader. de feud. part. 10. d. sect. 20. nu. 153. vers. ideoq; is qui non usum, &c. Knichen d. privil. non provoc. verb. jus. d. cap. 3. n. 21. vers. ideoq; asserens legem, &c.

9 Non † quidem præsumtionibus aut conjecturis, sed veris probationibus & plenè ac perfectè;

Schrad. de feud. part. 10. d. sect. 20. n. 155. ibi. & hoc usq; adeò verum est, &c.

10 Adeò † ut hoc casu ne quidem juramentum suppletorium admittatur.

Schrader. de feud. part. 10. d. sect. 20. nu. 155. vers. usq; eo casu quando agitur, &c.

11 Quinimò † etiamsi quis paratus sit ostendere, toto eo tempore, quo vasallus iste sub Imperio fuit, nunquam cum legibus Imperii Romani usum esse, nihil tamen istâ probatione perficiet;

12 Nam † solo non usu ne mille quidem annis

*Jas. in l. de quibus. 32. n. 33. vers. breviter omissis multis superfluis, &c. ff. de legib. ubi ait, ita communiter * teneri. Paull. Fuscus in singularib. lit. L. sing. 19. incip. lex per non usum.*

leges statutavè tolli queunt,

Knichen de privileg. non provoc. verb. jus. d. c. 3. n. 22. ibi. quia per simplicem non usum, &c.

Salazar. de consuetud. cap. 8. incip. De actibus ergò. n 11. ibi. namquod Cynus, &c.

13 Nisi † casum extitisse ostendatur, servatumq; in eo esse contrarium.

Knichen de privil. non provoc. ver. jus. d. cap. 3. n. 22. vers. nisi appareat, &c. Felin. in c. sententia. 1. nu. 3. col. 1. vers. item quia per non usum, &c. ext. de sent. & re judic.

14 Interim † itaque dum probationes istæ non perficiuntur, lege vel constitutione Imperii, ceu recepto jure innitendum est.

Schrader. de feud. part. 10. d. sect. 20. nu. 153. vers. illaq; probatione non impleta, &c. Knichen de privil. non provoc. verb. jus. d. cap. 3. n. 21. vers. alioquin pro lege vel constitutione, &c.

15 Etenim jus, † quod semel ab aliquo receptum est, semper apud eum vigere creditur,

l. Arriani. 5. C. de Haret. & Manichæ. Menoch. lib. 2. præsumt. 2. incip. Non certè satis est. n. 3. vers. nec ad rem, &c. & nu. 4. dixi ad Modestin. Pistor. illustr. quæst. 56. incip. Ius Saxonum. nu. 26. ibi. quibus accedit, quod lex quæ semel, &c.

16 Etiam † ubi provincia ejus è territorio legislatoris exiit.

per tradita Oldradi cons. 276. incip. Quod domino Episcopo. n. 10. col. fin. vers. sic ergò Monachi isti, &c. & Ioannis Vincent. Hondeda. cons. 13. incip. Defuncto illustri Domino Marco. n. 34. ibi. sed quia ut infrà ostendam, &c. & n. 44.

n. 44. ibi. nec obstat quartum, &c. & n. seqq. & n. 50. vers. ulterius si de unione constaret, &c. & n. 51 lib. 1.

17 Nec † movet, quod domini sui leges agnoscere quisq; teneatur, quia id verum est, nisi proprium jus institutum habeat, id enim hoc casu generalibus superioris sui legibus anteponitur,

l. omnes populi 9. & l. de quibus. 32. in pr. (ubi demum jure municipij deficiente recurritur ad jus urbis Romanæ) ff. de legib. Ludov. Roman. cons. 61. incip. Licet mihi magna n. 2. col. fin. vers. respondetur enim illud procedere, &c. & n. 3. Cravett. de antiquit. temp. part. 4. prin. §. transeo nunc ad quartam. 1. n. 54. ibi. quod tamen intellige nisi in comitatu, &c. Renatus Choppin. de doman. Franciæ lib. 1. tit. de tacita bonorum cum domanio coniunctione. 6. nu. 11. ibi in proposito Vilhelmus Cuneus, &c & n. seq. per tot. maximè vers. porrò ut institutum repetam, &c.

18 ita † ut heic locum habeat, quod post Hieronymum, Pontifex ait, quamlibet provinciam suo abundare sensu.

c. certificati. 9 ex. de sepultur.

QVÆSTIO LI.

Quæ sit ratio & quis usus, quòd servitutes prædiorum, ipso jure, neq; tempus, neque conditionem admittunt?

SUMMARIA.

1. *Ioannis Superioris ignoratio.*
2. *Leges amant constantiam & perpetuitatem.*
3. *Leges naturam imitantur.*
4. *Legis actiones diem & conditionem non admittunt.*
5. *Prædiorum jura, ut prædia ipsa perpetua esse convenit.*
6. *Servitutes prædiorum propter utilitatem eorundem constituuntur.*
7. *Vsum rerum natura ipsis rebus quasi adstrinxit.*
8. *Finis rei à re ipsâ videtur esse inseparabilis.*
9. *A fine rei essentia & forma eius denominatur.*
10. *Fine existente res existit, & cadente fine cadit.*
11. *Coniuncta naturaliter quæ sunt, non debent separari.*
12. *Iura prædiorum nihil aliud sunt, quàm prædia qualiter se habentia.*

13. Bo-

13. Bonitas, salubritas, amplitudo prædij ex tempore, die aut conditione, non pendet, sed perpetua est, vel certè judicatur.

14. Bonitas, salubritas, amplitudo prædij præstanda emtori est, prout promissa.

15. Qualitates prædiorum non perpetuas quamvis promissas præstare non tenemur.

16. Servitutes quas prædio vendito accessuras diximus, præstare tenemur, unà cum accessorijs, quamvis non promissis.

17. Servitutes prædio vendito debitas præstare tenemur etiamsi non promissas.

18. Servitutes prædio debitas si propter reticentiam venditoris emtor amiserit, tenetur hoc nomine venditor.

19. Mobilia, quæ usus perpetui gratiâ in fundo sunt, fundi venditione continentur.

20. Nomina, jura, actiones, ossibus creditoris adhærent, ut nulla ratione separari ab ijs queant.

21. Servitutum amittendarum certi modi sunt.

22. Servitutis amittendæ modi, non sunt tempus solùm, aut conditio.

23. Tempus aut conditio non habent potestatem constituendæ servitutis.

24. Directè quod fieri nequit, non potest fieri per indirectum.

25. Servitutum realium natura usuumque individuus est.

26. Servitus, tempore aut conditione, non potest dividi, ita ut modò sit, modò non sit.

27. *Intellectus* L. servitutes. 4. ff. de servit.
28. *Prætor jus civile non tollere sed tueri debet.*
29. *Prætor edicto de pactis noluit jus civile tollere.*
30. *Ipso jure quid notet?*
31. *Iuris civilis appellatione quid contineatur?*
32. *Publicæ utilitatis gratia prætor jus civile adiuvat, supplet, corrigit & mitigat.*
33. *in Pactis quatenus à prætore conservantur, non jus sed factum versatur.*
34. *Servitutum per pacta restrictiones, non tam actione, quam exceptione, defenduntur.*
35. *Praxis defendendi se contra eum, qui in usu, modoq; servitutis, pacta excedit.*
36. *Pactorum natura prima est exceptionem facilius parere quam actionem.*
37. *Servitutes ut constent, an eas necesse sit purè constitui? & n. 41.*
38. *Natura primitiva cuiusq; rei, non accidens, eam moderatur.*
39. *Servitutes prædiorum in dubio purè constitutæ præsumuntur, etiamsi ratio fundi dominantis aut servientis, aut ipsius servitutis aliud suadere videatur.*
40. *Voluntas disponentis declaratur secundum rei naturam.*

CUm mihi ductus aquarum nuper defendendi essent, maxima defensionis expediendæ pars, ab illa ratione pendere videbatur, quare servi-

servitutes prædiorum ipso jure, neque ex tempore, neque ad tempus, neque sub conditione neque ad certam conditionem constitui posse dicantur?

in l. servitutes. 4. ff. de servit.

1 quam † quidem rationem, vir meâ sententiâ non indoctus Joannes Superior planè non potuit invenire:

Ioan: Superior in d. l. servitutes. 4. in fin. ff. de servit. per tot.

Ego autem perfacilem esse credo, ac principio quidem fortasse non usquequaq; ineptum erit, 1. Ratio.

2 si dicamus, eò id esse, quòd † leges constantiam ament & perpetuitatem,

l. justicia. 10. in pr. ff. de justic. & jur. Instit. eod. tit. in pr. adde quæ dixi suprà quæst. 28. n. 43.

3 naturamq;, † quoad fieri potest, imitari conentur,

text. in §. minorem. 4. vers. adoptio enim. Instit. de adopt. l. confeßionibus. 13. in fi. prin. & l. seq. §. in totum. fin. ff. de interrogat. in jure faciend. l. adoptio. 16. ff. de adoptionib.

quæ immutabilis est, perpetuamq; firmitatem obtinet:

§. sed naturalia. 11 Instit. de jur. nat. gent. & civil. fac l. jura sanguinis. 8. ff. de regul. jur. facit dictum Baldi in c. 1. in princ. n. 6. vers. quia natura dominiorũ acquisitorum, &c.

de eo qui sibi & hæredib. suis masculis & fœminis investit. accep.

4 Quâ † de causâ & legis actiones sive actus legitimi diem vel conditionem non admittunt,

l. actus legitimi. 77 in pr. ff. de r. g. jur.

5 Quemadmodum † igitur prædium ipsum sive fundus, cui servitus constituitur, res perpetua est; ita convenire videtur rationi, gravitati ac
6 constantiæ legum, ut jura, quæ † prædii sive fundi commodo, usui, ac necessitati constituuntur,

text. in l. quotiens 15. in pr. ff. de servitut. l. ergò. 5. §. Neratius. 1. ff. de servit. rustic. prad. Cæpoll. de servit. rusticor. prædior. cap. de servit. juris pascendi 9. n. 37. vers. & quia secundum indigentiam fundi dominantis, &c.

perennia sint, neq; temporum, dierum aut conditionum intervallis intersecentur aut periman-
7 tur: Videtur enim † natura usum, utilitatemq; rerum creatarum, quam homini præstant, ipsis quodammodo rebus adjunxisse, tanquam finem rerum:

text. in l. in pecudum. 28. §. partus. 1. ibi. cum omnes fructus rerum natura hominum gratiâ comparaverit. ff. de usur. cui consentit. text. in §. in pecudum. 37. Instit. de rer. divis.

8. Quem † rerum finem leges inseparabilem ab ipsâ re existimare videntur,

Ex hac ratione omninò profectum esse arbitror, quòd prædiorum servitutes aut omninò non, aut perquàm difficulter pignori

pignori dari possunt, *text. in l. si is qui bona. 11. §. jura prædiorum. fin. & l. seq. ff. de pignorib.* nimirum quia oppignerationis ea natura est, ut per eam ad alienationem separationemq; perveniatur. *text. in l. si convenerit. 4. vers. sed et si non convenerit. ff. de pignoratit act. Hartm. Pistor. lib. 1. quæst. 15. incip. Cum seculo hoc egentissimo. n. 55. ibi. quibus accedit quod regulariter pignoris obligatio, &c.*

9 cum † & essentiam, formamq; ejus à fine denominent;

Bald. in c. 1. n. 5. vers. finaliter igitur quantum pertinet, &c. (in fin.) an mut. vel alias imperfectus & cons. 122. incip. Vtrum dictus processus. n. 2. ibi. constat autem quod omnis, &c. lib. 1. Tiber. Decian. respons. 7. incip. In hac igitur tam illustri. n. 21. vers & ideò appellatur substantia & forma, &c. lib. 1.

10 Et † fine existente rem ipsam necessariò existere, deficiente autem deficere arbitrentur.

Cæsar Barz. decis. Rotæ Bononiens. 79. incip. Aliquæ in causâ istâ aderant difficultates. n. 42. ibi. causa verò finalis ea est, &c.

11 Quæ † autem naturâ conjuncta sunt, non debent ab sese invicem separari:

l. obligationum. 44 §. circa diem. 1. in fin. ibi. quod naturâ solo cohæret. ff. de obligat. & act.

12 Sed † accedamus ad rem propius: quid enim aliud prædiorum jura sunt, quàm prædia qualiter 2. *Ratio*

ſeſe habentia, ut bonitas, ſalubritas, amplitudo, & id genus alia:

text. in l. quid aliud 86. ff. de verb. ſignif.

13 Quemadmodum † igitur hæc ipſa bonitas, ſalubritas, & amplitudo prædii non ex tempore, die, aut conditione aliqua pendent aut variantur, ſed ferè perpetuæ ſunt, aut certè pro perpetuis habentur, adeò ut † in venditionibus prædiorum, hoc nomine de evictione quoq;, aut redhibitione teneamur;
14

l. ſi prædium. 4. C. de ædilit. act. l. ſed ſi communis. 18. §. ſi ſervus. l. quod ſæpè. 35. §. veneni. 2. & §. in his quæ pondere. 5. & §§. ſeqq. uſq; ad finem. l. ſi debitor. 39. §. veriſimile. 1. l. qui fundum. 40. §. qui agrum. 2. l. Rutilia. 69. ff. de contrahend. emt. l. id quod poſt emtionem. 7. §. quod venditur. 1. ff. de peric. & com. rei vendit. l. tenetur. 6. in princip. l. ex emto. 11. §. redhibitionem. 3. & duobus §§. ſequentib. l. Iulianus. 13. in princip. & aliquot §§. ſeqq. uſq; ad §. offerri. 8. excluſivè. rurſumq; §. ſi Titius fundum. 14. & l. ſi ſterilis. 21. §. quamvis. 2. ibi de qualitate autem. & l. ſi in qualitate. 22. l. quicquid. 27. l. quæro. 39. in princip. l. ſi duorum. 42. l. Titius. 48. (quatenus ibi fundum eo jure, quo habuit, vendens amplitudinem quoque ſive fines, fundi præſtare atq; oſtendere tenetur) *ff. de act. emt. l. Labeo. 1 in prin. & l. etiam in fundo. 49. ff. de ædilit.*

ædilit. edict. l. Prætor ait. 2. §. item ait si odore. 29. ff. ne quid. in loco publico.

15 Quod † minimè fieret, si non perpetuò rebus hæ qualitates adhærerent:

l. Labeo. 1. §. idem Vivianus. 10. l. quaritur. 14. § quod pedius. 5. §. si quis ἀντίαδας. 8. l. quod ita sanatum. 16. ff. de ædilit. edict.

16 Ita † servitutes quoque, quas in prædiorum venditione accessuras dicimus, omni modo præstare tenemur,

l. tenetur. 6. §. sed si fundum. 6. ff. de act. emt. l. id quod. 7. §. quod venditur. 1. ff. de peric. & com. rei vendit. l. quod ad servitutes. 75. versic. nisi nominatim, de eviction.

unà, cum servitutum accessoriis, licet nominatim accessoria ista non sint promissa:

text. in l. qui fundum. 40. §. in lege fundi. 1. ff. de contrahend. emt. l. servitutes. 20. §. si domo. 1. ibiq; Gothofr. ad verb. possum. ff. de servit. urban. prædior. l. item sic possunt. 3. § qui habet. 3. ff. de servit. rustic. prædior. l. legatis. 6. quaq; ibi latè Gothofr. notat ad verb. sine. ff. de aliment.

17 Imò † etiam ubi de totâ servitute nihil dictum est, adhuc tamen si prædio debetur, & transit ad emtorem,

text. in l. via. 23. §. si fundus serviens. 2. ff.

 de ser-

de servitutib. rusticorum prædior. l. cum fundus. 12. ff. com. prædior. & in l. si aquæductus. 47. & l. seq. ff. de contrahend. emt. Schrader. de rer. divis. §. 4. incip. Tertia rerum divisio. n. 6. ibi. tum quia servitutes per se, &c.

18 &, † si fortè ab emtore per ignorantiam non utendo amissa fuerit, venditor hoc nomine emtori obligatur.

l. in vendendo. 66. § si cui servitus. 1. ff. de contrahend. emt. l. si res. 1. §. venditor. ff. de act. emt.

19 Neq; † hoc mirum videri debet, nam & mobilia quamvis à fundo separari possunt, si tamen perpetui usus causâ in fundo sunt, fundi esse, fundiq; venditione contineri existimantur.

text l. fundi. 17. §. Labeo. 7. ff de act. emt.

20 Quodq; † propiùs ad rem præsentem conducit, nomina quoq; & jura, actionesq; personis debita, sic ossibus creditoris adhærent, ut nullâ ratione ab iis separari queant.

quod pluribus explicavimus suprà quæst. 40. n. 4. 5. 40. 47. 48.

21 Cum † itaque certi modi servitutum amittendarum jure civili constituti sint,

de quibus est in tot. tit. ff. quemadmodum servit. amit.

22 quorum † in numero tempus solùm conditionesq; non reperiuntur,

l. obligationum ferè. 43. ff. de obligat. & act. Alexand. cons. 132. incip. Visa facti narratione. in pr.

in pr. nec solum tempus est modus, &c. lib. 1. Modestin. Pistor. cons. 57. incip. In Sachen den Achtbaren. *n. 13. vers. quod tempus non sit modus, &c. lib. 1.*

23 non † potuit his ulla servitutum constituenda-
24 rum potestas adscribi, ne † obliquè fieret, quod rectà erat denegatum.

text. in l. eos. 26. §. fin. C. de usur. l. fin. C. si mancip. ita venierit. Boër. in consuetud. Bituricens. tit. 8. §. 1. incip. Homme & femme. in fin. Cravett. cons. 197. incip. Quanquam & abundè. n. 9. vers & per indirectum fieret, &c Quetta cons. 43. incip. Postquam collega. n. 5. ibi. quia statutum non possit, &c.

25 Omnium † quoq; servitutum realium natura usúsq; est indivisibilis; 3. Ratio

text. in l. vice. 17. ff. de servit. l. haredes. 25. §. an ea stipulatio. 9. & duobus §§. seqq. ff. famil. ercifcund. l. ait Prator. 1. §. item quaritur. 17. ibi. non posse dividi, quia non potest ita in parte vis fieri, ut non in tota aqua fiat. ff. de aqu. quotid. & astiv. l. cum filius. 76. in pr. ff. de legat. 2. l. lex Falcidia. 1. § si usus fructus. & l. lege Falcidia. 7. l. si is, 80. §. quadam, 1. in pr. ff. ad l. Falcidiam. l. stipulationum. 2. §. & harum. 1. & §. item si in facto. 5. l. stipulationes non dividuntur. 72. in pr. de verb. obligat.

26 Quare † non potest natura servitutis, tempore aut conditione aliquâ ita dividi aut dissecari, ut modò esse, modò non esse existimetur.

quà ratione sive consecutione usus videtur *Cæpoll. de servit. rustic. prædior. cap. de servitute juris pascendi. 9. n. 37. tamen ipsa servitus judicatur individua, &c.*

27 Quod † autem nihilominùs pacta, quibus servitutes ad tempus vel conditionem certam adstringuntur, observanda sunt,

text. d. l. servitutes. 4. in pr. ff. de servit.

id naturam servitutum, quam ab ipso jure habent, non evertit;

arg. l. quo lucidius. 1. §. ideò autem. 1 ff. de dol. mal. & met. except.

28 Neque † enim prætor, qui non tollere sed reddere ac tueri jura debet,

text. in l. necessarium. 2. §. post originem. 13. ff. de origine juris. c. ubi periculum. 4. §. præterea quia parum. in pr. ex. de elect. in 6.

29 unquam † in animum induxit, edicto de pactis
30 proposito, ea quæ † ipso jure, seu quod idem est, jure civili,

text. in §. non autem omnes. 1. Instit. de perpet. & temporalib. act. Fachin. lib. 5. controversiarum juris cap. 72. incip. Imperator sic ait. col. 3. vers. cogitabam dici posse, &c. fac. l. in causa. 16. §. Pomponius. 2. ibi. non enim ipso jure. ff. de minorib. l. si libertus. 16. in prin. juncto fine pr. vers. at cum alienatione & §. fin. ff. de jure patronat. l. qui bis. 18. ff. de verbor. obligationib. junct. l. bona fides. 58. ff. de reg. jur.

hoc

31 hoc est † legibus, plebiscitis, Senatusconsultis, decretis Principum, & authoritate Prudentum constituta sunt,

text. in l. jus autem civile. 7. in pr. ff. de justic. & jur. l. quod Principi. 1. in prin. & §. 1. ff. de constitut. prin.

32 penitùs evertere, sed † tantùm quoties publica societatis humanæ commerciorumq; utilitas posceret,

d. l. jus autem civile. 7. §. jus prætorium. 1. ibi propter utilitatem publicam. ff. de just. & jur. l. necessarium. 2. §. & hæc omnia. 33. ff. de origine jur. l. si quis mancipijs. 17. §. si impubes. 2. ff. de instit. act. l. sed an via. 12. in fine ff. de pignorib. l. si ad pupillum. 11. in pr. ibi. expediendarum rerum gratiâ. ff. de autorit. tut. l. pereg. e. 44. §. quæsitum. 1. ff. de acquirend. vel omittenda possessione.

adjuvare, supplere, & quadantenus corrigere vel mitigare.

text. d. l. jus autem civile. 7. §. jus prætorium. 1. ff. de justic. & jur. l. hujus edicti. 1. §. idem Pomponius. 5. ff. quod falso tutore, autore gestum esse dic.

33 Unde † effectum est, ut in pactis quoque, quatenus à prætore conservantur, non jus versari dicatur, sed merum factum,

l. si unus. 27. §. pactus ne peteret. 2. ff. de pact.

34 Et † hujuscemodi servitutum restrictiones ut plurimum non tàm actione defenduntur, quàm exce-

exceptione, ſeu pacti, ſeu doli mali propoſitâ adverſus eum, qui ſervitutem, ipſo quidem jure ſibi competentem, contra placita vindicat;

text. in d. l. ſervitutes. 4. in pr. ff. de ſervit. l. obligationum. 44. §. circa diem. 1. & §. conditio. 2. ff. de obligat. & act. l. eum qui. 56. § qui iſta ſtipulatur. 4. ff. de verb. obligat. ut

35 † plurimum dixi, haſce ſervitutum reſtrictiones exceptione defendi; quod agente adverſario, planum eſt, actioni enim opponitur exceptio: *l. exceptio. 2. in pr. ff. de except.* ſi autem de facto adverſarius ſervitute utatur, ſupra fidem placiti. Primùm de facto ei poſſum reſiſtere, *juxta l. quemadmodum 29. § ſi protectum. 1. verſ. aliud eſt dicendum. ff. ad l. Aquil. l. ſed ſi inter me. 27. in pr. ibi. aut rem perdere. ff de ſervit. urban prædior. l. ſi duo. 3. §. item videamus. 4. ff. uti poſſidetis. Cravett. conſ. 4. incip. Præſupponitur conſuetudo. n. 7. ibi. conſequenter cum homines Gomellini, &c. & faciunt tradita Barthol. Cæpoll. de ſervit. urban. prædior. cap de ſervitute tigni immittendi. 30. n. 8. verſ. ſi poſſidet in ſolidum poſſet propria auctoritate, &c. facit & nonnihil l. ait Prætor. 1. §. item quæritur ſi quis aqua. 17. & §. Trebatius. 18. ff. de aq. quotid. & æſtiv. Cæpoll. de ſervit. ruſtic. prædior. cap. de ſervit. & aquæduct. 4. n. 68 ibi, ſed eſt ultima prædicta quæſtio, &c. & n. 98. verſ. tamen utens ampliori aqua,*

aqua, &c. & de servit. pecoris ad aquam appulſ. 8. n. 4. ibi. quartò dubitatur, &c. cui ob hanc reſiſtentiam meam agenti, iterum opponetur exceptio: Quod ſi de facto modum excedenti ego de facto reſiſtere nolim, tunc actionem quoq; habebo, in factum ſcilicet, *per tradita Cæpolla de ſervit. ruſtic. præd. cap. de ſervit. juris paſcendi. 9. nu. 37. ibi. ſed ſi quæritur quæ actio competat, &c.*

36 Scilicet † ex primâ pactorum conventorum naturâ, quæ eſt, ut facilius exceptionem pariant, quàm actionem.

l. jurisgentium, 7. §. ſed cum nulla, 4. ff. de pact.

37 Ut † itaque diſſertationem hanc concludamus, ejusq; uſum oſtendamus in foro verſantibus, patet opinor, ex his, quæ diximus, non quidem neceſſe eſſe, ſervitutes omninò purè conſtitui, quaſi aliter conſtare nequeant,

ut vulgò exiſtimavêre Interpretes, *de quibus vide Bartholom. Cæpoll. de ſervit. urban. prædior. cap. 17. incip. Sextò principaliter aperiamus, n. 1. ibi, ſextum quod ſervitus purè conſtituatur &c. & cap. 20. incip. Dictum eſt ſuprà, num, 13. ibi. ex his nota quod ſervitutes reales, &c.* ad quam opinionem adducti ſunt ſolo textu *l. ſervitutes. 4. ff. de ſervit.*

38 Sed † tamen cum res unaquæq; ex naturâ ſuâ

primitivâ, non verò ex accidenti aliquo debeat æstimari,

text. in l. qui habet. 3. in pr. ff. de tutel. c. requisisti. 11. ext. de testament. gl. in l. vindicatio 56. in verb. singulas. ff. de rei vindicat. Bald. cons. 355. incip. Præmittendum est ad evidentiam. col. 1. vers. quia naturam rei, &c. lib. 1. Zasius cons. 4 incip. Ortâ controversiâ. n. 25. ibi. cum & aliàs potiùs naturam &c. lib. 1.

39 Consequens † est, in dubio servitutem purè, hoc est, non ad tempus, neque ex tempore, neque sub conditione, aut ad certam conditionem præsumi esse constitutam, ut maximè aut dominantis aut servientis prædii, aut etiam ipsius servitutis ratio aliud suadere videatur;

40 Ratio † hujus rei expedita est: voluntas enim aliquid instituentis declaratur ex natura rei propositæ, ita ut id voluisse censeatur, quod est secundum rei naturam.

Cravett. cons. 231. incip. Circa præsentem consultationem. n. 14. vers. & declaratur voluntas disponentis, &c.

41 at † posse tamen nihilominùs ita constitui, & constitutam pacti æquitate vel doli mali exceptione defendi.

hic verus & sensus & usus est *d. l. servitutes. 4. in prin. ff. de servit.* optimus sanè ac quotidianus, cui consentit. *l. eum qui. 56. §. qui ita stipulatur. 4. vers. nam & hæres. ff. de ver-*

de verbor. oblig. neque sic opus erit ipsam servitutem ab usu sive commoditate servitutis dijungere, ut fecêre Interpretes, *de quibus vide Cæpollam de servit. rustic. præd. cap. de servit. juris pascendi. 9. n. 37. vers. qui subdit quod licet fieri possit, &c.* Nec enim satis tuta hæc aut commoda oratio est, cum certum sit, usum quoque realium servitutum esse indivisibilem, *ut suprà num. 25. ostendimus.*

INDEX SUMMARIUS

Materiarum quæ hoc Quæstionum libro continentur, juxta ordinem Alphabeti.

Dolo

INDEX OMNIUM RERUM, VERBORUM, AC NOTABILIUM, QVÆ HOC QVÆSTIONUM

Volumine continentur, ita digestus, ut numerus prior Caput Quæstionis, alter partem ejus, marginali paragraphorum dinumeratione notatam, ostendat.

A

quid

Census

DE-

cum

 cleri-

in Fa-

Fru-

Intellectus singulares, vel novi aut notabiles ex variis juris nostri partibus, & primò quidem

EX PANDECTIS.

L. patri. 27. §. si pecuniam. 1.

 vers.

EX CODICE.

EX FEUDALIBUS.

EX INSTITUTIONIBUS.

EX DECRETALIBUS.

EX JURE SAXONICO.

L

Mobi-

Mora

N

Præ-

Reser-

SE-

V

FINIS.